BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXIII
D
17
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

THEOPHRASTI CHARACTERES

RECENSVIT ANIMAD VERSIONIBVS ILLVSTRAVIT

ATQVE

INDICEM VERBORVM

ADIECIT

IOH. FRIDER. FISCHERVS

ACCESSIT

COMMENTARIVS

ISAACI CASAVBONI

B. R. NEAPOLIS

COBVRGI

EX OFFICINA ET SVMTV

IOH. CAROLI FINDEISII

A. C. cIↄIↄCCLXIII

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO

DOMINO

IOHANNI GOTHELF

A GLOBIG

SENATVS SACRI DRESDEN
SIS SVMMI PRAE
SIDI

DOMINO INDVLGENTISSIMO

LLVSTRISSIME DOMINE
DOMINE INDVLGENTISSIME

Quum Ereſius Theophraſtus cura noſtra et diligentia ita comtus ornatus que eſſet, vt odire iam in publicum, et ſubire ilos vultumque aliorum, ſibi recte ſe videretur: non diu dubitauit et cumſpexit, DOMINE, *cuius poſimum in tutelam atque patrocinium committeret. Audiuerat enim aceratque a me ſaepius, quam indulster a* TE, *vt omnino omnes litteri homines, ſic veteres praecipue phiphi, optimi et doctiſſimi morum vique magiſtri, haberentur: et quan-*

topere adiuuarentur, auctoritate TVA, et ornarentur ſtudia maxime eorum, qui Lipſiae, domicilio nunc et ſede bonarum litterarum in Germania facile principe, ſiue indigenae ſiue aduenae viuerent et commorarentur. Cuius quidem orationis cotidianae et aſſiduae praedicationis ille memor neminis in clientelam voluit geſtiuitque magis a me commendari, quam in TVAM, DOMINE, praeſertim quum cognouiſſet, quantum et quam inſigne ornamentum nuper ab magnitudine animi TVI profectum ad me eſſet, vt ſpem ſibi liberalitatis etiam erga ſe TVAE videretur poſſe facere. Parendum igitur ego voluntati hominis cenſui, mittendumque eum ad TE, DOMINE, cum his mandatis duxi, vt, ſi intromiſſus et a TE exceptus eſſet fronte

ſerena

ſerena et indulgente, non ſolum, meo no-
nine, gratias ageret TIBI de illo be-
ıeficio verbis quam poſſet ampliſſimis et
rnatiſſimis, quibus etiam abundare o-
orteret Platonis Ariſtoteliſque diſci-
ulum, qui diuinitate loquendi nomen et
ocabulum inueniſſet; promitteretque
TIBI ac confirmaret, me, iuuante fa-
enteque deo, ornamento illo ſemper
ſſe vſurum ita, vt magnitudine eius et
xcellentia, ſi non digniſſimus, certe ta-
nen non indignus, iudicarer: ſed roga-
et etiam TE, DOMINE, et oraret
ublice ac priuatim omnibus precibus,
t me iuberes porro TVA clientela
audere et gloriari, atque pergeres opti-
as litteras, certiſſima religionis omnis
raeſidia, alere liberalitate TVA et
uere, ſtudioſoſque illarum ornare prae-
dio TVO ac complecti. Quod quidem

* 4 *Theo-*

Theophraſtus noſter iam eo magis eoque certius futurum confidit, quum, reſtituta Germaniae finibus a deo Pace, humanitati TVAE, DOMINE, campus apertus pateat, ſine vllo impedimento, et ampliſſimus et vberrimus. Quae Pax vt non modo maxime diuturna ſit, atque adeo aeterna, ſed e Cornu etiam benigno effundat maximam copiam ſummorum propriorumque omnis generis bonorum in TE, DOMINE, Domumque TVAM Illuſtriſſimam, vterque, et ego et Theophraſtus, ab immortali deo ita optamus, vt videamur magis et acrius optare non poſſe. Scripſi Lipſiae Kalendis Aprilibus A. C. CIↃIↃCCLXIII.

ILLVSTRISSIMI NOMINIS TVI

addictus cliens,

Ioh. Frider. Fiſcherus

LECTO-

LECTORI ΦΙΛΕΛΛΗΝΙ

S. D. P.

OH. FRIDER. FISCHERVS

Recte profecto atque ordine faci-
vnt, qui docent, atque adeo in-
culcant, non debere quenquam
aggredi enarrare et interpretari
os ſcriptorum veterum ante, quam vera cu-
ıue loci et genuina lectio reperta fuerit et
ſtituta, mendaque librariorum correcta et
lata. Neglecta enim diligentia hac quaeren-
t emendandi, ſemper timendum eſſe, ſponte
ıt et apparet, ne aut omnino non poſſint ex-
ari verba ſcriptorum, aut certe eliciatur ex
aepe atque adeo exprimatur ſententia aliena,
e abhorreat a mente atque ſenſu auctorum.
ncredibile eſt, quam ingentem copiam ac

multitudinem falſarum ineptiſſimarumque interpretationum pepererit omni tempore, vel vt fecundiſſima mater, turpis neglegentia hoc in genere; praeſertim in libris diuinis, quibus, neſcio quo facto, accidit ſemper, vt nanciſcerentur fere interpretes imperitos, qui carerent paene omnibus virtutibus et dotibus quibus boni doctique interpretes cenſentur. Sed magnas tamen res illa habet et multas cautiones. Neque enim vlla ratione licet mutari quidquam et moveri loco, niſi appareat, ex editis verbis aut nullum aut non aptum ſatis atque commodum ſenſum exiſtere, nullam in iis ſtructuram, ordinem nullum, inueniri, et niſi libri ſcripti oſtendant monſtrentque veſtigia et tanquam notas quaſdam mendorum: ſine qua re vix poteſt indubia et certa videri vlla emendatio. Sed ipſae tamen coniecturae, etiam certiſſimae et facillimae, atque remedia, quibus tollantur vulnera ſcripturae et ſanentur, etiam efficaciſſima et praeſentiſſima, in notis proponi et exhiberi debent, neque inferri et coniici in contexta. Atque hanc quidem rationem ſequuti reperiuntur maximi et doctiſſimi omnium temporum interpretes, vt Manutius * et alii innumeri. Sed extiterunt tamen ſemper, vt fit, qui, quum ingenii magis, quam diligentiae, laude ducerentur, temere abuti auderent primo

* Manutius ad Cic. 13 ep. 21 *Non delector mutatione: facio tamen libenter, vt in locis mendum redolentibus teſtificer ſententiam meam.*

rimo hoc et maxime neceſſario adiumento in-
:rpretationis bonae et iuſtae, hoc eſt, qui muta-
ent corrigerentque ea quae non intellegerent,
ui libros veteres non adirent et inſpicerent, ſed
)onte reciperent iuberent que migrare in con-
:xtum orationis conie̥cturas et commenta inge-
ii, etiam leuiſſima atque vaniſſima. Hi quum
:re magnam haberent opinionem doctrinae ex-
uiſitae et rarae, adeoque valerent plurimum
ıctoritate apud omnes: euenit, vt contaminata
ıec et deprauata ſcriptorum veterum exempla
:peterentur ſaepius, vt etiam hodie in multis
ɔrum libris coniecturae falſae et verba inter-
retum ſpuria legantur pro lectionibus veris et
:rbis auctorum genuinis, quae, vel poſtea re-
:rta ſunt in Codicibus ſcriptis bonis, vel iam
ıtea fuerant in libris editis antiquis. Cuius
ıidem audaciae et crudelitatis temerariae in-
ʒne documentum habetur minutus hic et bre-
s Theophraſti Ereſii libellus, qui inſcribitur
ιϱακτῆϱες, vt ab omnibus cognoſcetur e recen-
et hiſtoria editionum eius: quam, Schelero,
iro doctiſſimo, qui nunc Scholae Lubenenſi,
Luſatis, Rector praeeſt, adiutore, adornaui-
us etiam propterea, quoniam aliae earum
nnino ignoratae fuerunt adhuc ab omnibus
litoribus, aliarum etſi indices ſunt tituliquenon
:is, tamen ornamenta fere et virtutes latent.

Poſſunt autem commode et debent earum
nſtitui aetates tres. Prima enim aetas ab anno
ſeptimo

ſeptimo et vigeſimo ſaeculi ſexti decimi pertinet ad annum ſecundum et quinquageſimum eiuſdem ſaeculi: aetas ſecunda ſpatio continetur et interuallo quadraginta annorum: a quo tempore tertia incipit, pertinetque ad noſtram vſque memoriam. Sed de ſingulis aetatibus, age, ſeparatim dicemus.

Prima igitur aetas, quae, vt demonſtrauimus, annos quinque et viginti patet, dici Pircameriana recte poteſt. A Bilibaldo enim Pircamero, Patricio Noribergenſi, quem vt propriae virtutes multae immortalem reddidere, ita amicitia etiam et neceſſitudo ſummi Camerarii valde nobilitauit, primum reperi et cognoui Graece editum eſſe libellum Theophraſti, Noribergae octonis anno ſeptimo et vigeſimo ſaeculi ſexti decimi *. Quod etſi magnus Ritterſhuſius iam animaduertit et docuit in elegante Commentariolo de vita Pircameri **: tamen et Fabricium id, Virum non magis induſtrium quam diligentem, fugit, et editores recentiores, quod ſciam, omnes ignorarunt: ita vt paullo diligentius differendum de hac editione putem. Etenim quum ego a Ioh.

* Index eſt, Θεοφράστου χαρακτῆρες *cum interpretatione Latina per Bilibaldum Pirckeymberum, iam recens aedita. Norembergae, per Io. Petreium, Anno MDXXVII.*

** Opp. Francof. a. CIϽIϽCX. p. 15: *Nec minus feſtiuus, facetus ac vtilis eſt libellus, qui inſcribitur* Theophraſti Characteres Ethici, *quem libellum a Comite Mirandulano, Iohanne Franciſco Pico, ex Italia nactus Graecum, Latina interpretatione ſua illuſtratum* primus *edidit, inſcriptum familiari ſuo Alberto Durero.*

Ioh. Godofredo Mullero, Viro clariſſimo et
oćtiſſimo, petiiſſem per litteras, vt venire ad
ıe copias bibliothecae Academiae Ienenſis iu-
ɜret, quibus adiuuaretur et ornaretur editio no-
:a libelli Theophraſtei; etſi nullae ibi opes re-
:riebantur, quibus non iam inſtructus eſſem
ſe: tamen e propriis theſauris ſponte miſit
ir humaniſſimus editionis Pircamerianae ex-
ıplar, vt mihi primo omnium ea vti licuerit.
ɔnſtat autem plagulis tribus, et ducta eſt e
ınu ſcripto Codice, cuius exemplar acceperat
:camerus ab Ioh. Franciſco Pico, Comite Mi-
ıdulano, vt non modo ipſe fatetur et praedi-
: in epiſtola ad Albertum Durerum †, nobilem
illum

† Quam epiſtolam, quia breuis eſt et tamen ſummam quaſi hiſtoriae editionis Pircamerianae continet, appoſuimus, praeſertim quum copia Operum Pircameri, in quibus ipſis extat p. 212 ſ., non omnibus lectoribus noſtris fore videretur. *Bilibaldus Pirckeymherus ſuo Alberto Durero S. Lepidum hunc libellum, a lepido quondam mihi amico donatum, tibi, mi lepidiſſime Alberte, dono dare conſtitui, non ſolum ob amicitiam noſtram mutuam, ſed quoniam pingendi arte admodum praecellis, cerneres etiam, quam affabre ſenex ille et ſapiens Theophraſtus humanas affectiones depingere nouiſſet. quae quidem legibus et inſtitutione aliquantiſper refrenatae, diutiſſime tamen aliquando ſe occulere ſolent, et nonniſi data opportunitate ex altiſſimis cordium erumpere receſſibus, ac ſi tam primum oriantur, et non potius legalis illius paedagogi timore, iam pridem conſtrictae delituerint, quo e medio ſublato, tum demum palam in lucem prodire, et manifeſte ſe oſtendere audent. quod quidem veriſſimum eſſe, vel praeſentia tempora prae caeteris declarant, quibus nimia libertas, nimium etiam procreat contemptum. ita vt licet paſſim veritas praedicetur, nil minus tamen interim quam quod illa exigit peragitur, perinde ac regnum dei in verbis*

illum atque doctum pictorem Noribergenſem; huic enim inſcripſit editionem: ſed litterae etiam, quas Picus menſe iam Septembri anni quinti decimi dederat ad Pircamerum ††, idem loquuntur.

his potius nudis, quam operibus conſiſtat peragendis. Proinde quum omnes adeo teneri ſimus, vt nemo vitia ſua libenter reprehendere audiat, nihil vtilius cenſeo, quam eos relegere libellos, in quibus vnuſquiſque proprii animi habitum tanquam in ſpeculo quodam contemplari, ac contemplando emendare poteſt. ex quibus hunc vel praeſtantiſſimum iudico, ita acri perlutus aceto, feſtiuiſſime circa praecordia ludit. Accepi illum dono olim Graecum, a doctiſſimo et amiciſſimo principe Iohanne Franciſco Pico Mirandulae Comite et Domino Concordiae, nunc autem tibi quoque amiciſſimo et Graecum pariter dedico et Latinum. vt ſtudioſi habeant, quo ſe in vtraque lingua valeant oblectare. tametſi pleriſque in locis ſcriptoris incuria, aut etiam cura, non parum fuerit corruptus, reſtitui tamen illum quantum licuit, donec emendatius aliquando prodierit exemplar. Proinde etſi eum ſtilo elegantiori vertere potuiſſem, nolui tamen longius a Graeca diſcedere phraſi, etiamſi eam ob cauſam obſcurior nonnunquam videri poſſit. ſed mox vt Graeca cum Latinis fuerint collata, omnia reddentur clariora. tametſi in dictionibus quibuſdam tranſſerendis, nec mihi ipſi ſatiſſacere potuerim. quod quidem non tam culpa propria, quam Latinae linguae accidit penuria. quo pacto enim ἀρεσκείαν, λογοποιΐαν, μικρολογίαν *ac* περιεργείαν *aliter vertere potuiſſem. nec ignoro quaedam eſſe quae coniectore potius quam interprete indigeant. verum vnicuique liberum erit indicare, aut ſingula pro libito vetere. Tu vero, mi Alberte, benigne graphicam hanc Theophraſti picturam accipe, et ſi illam penicillo imitari nequis, mente ſaltem diligenter reuolue. nam praeterquam quod non parum proderit, abunde riſum praebebit, ac multum oblectare poterit. Bene vale ex aedibus noſtris, Kal. Septembris, Anno Salutis M. D. XXVII.*

†† Opp. Pircam. p. 212: *Magnifico Domino Bilibaldo Pirckheimero Norimbergenſi unico et vti fratri. Salue. En tibi Theophraſti characteres exſcriptos Graece. Relue iam debitum ex tua ephemeride. Si caſtigatius volumen fortaſſe deſiderabis, culpabis librarium, dabiſque ſimul veniam*

Digitized by Google

uuntur. Qui Codex complexus erat, praeter rooemium ', Characteras quindecim priores, .iitque ipſe quidem bonae notae, vt eius lectio-es ſatis declarant, ſed exemplar valde fuit con-iminatum neglegentia et incuria librarii, cuius pera Picus in deſcribendo Codice vſus erat, nendatum, neque vbique tamen *, a Pircamero. erſio autem Latina, haec enim ſubſequitur tex-.m Graecum, ipſum que Pircamerum aucto-m habet, ſane non eſt contemnenda, verum ›ſcura tamen multis locis, ipſo fatente Pirca-ero, neque ſatis accurata et fidelis †. Inſerta ;itur, cum ipſa Pircameri ad Durerum epiſtola, peribus eius a Melchiore Goldaſto collectis et ancofurti forma maxima editis *. Atque haec itio facta eſt mater parenſque aliarum quatuor, c eſt, Cratandreae, Oporinianae, Geſnerianae, .rlanianae. tot enim, neque plures, reperire itiones licuit, quae vitam, vt ita dicam, et na-:s Pircamerianae deberent. Et Cratandrea quidem

niam mibi nunc in Italiae crebris magniſque tumultibus occupatiſſimo cui per aſſiduas moleſtiarum moles non licuit libellum per ſe percurrere, nedum ad exemplar perpendendo conſerre, Vale. Mirandulae die VIII. Septemb. a. 1515. Tuus Io. Fr. Picus Mir. Co.

Vt c. 6, 1 ἔργων δικαιολόγων. ibid. 4 τὰ κοντρία ἡμιωφόλια. c. 7, 5 οὐ δεῖ. c. 10, 4 ἐπὶ αὐτοῦ.

V. c. 1, 4 φυλάττεσθαι μᾶλλον δεῖ ἢ τοὺς ἔχεις *potius cuſtodire oportet quam quos habes.* c. 3, 2 καὶ ὁ ἀγρὸς εἰς νέωτα γεωργήσει *et ager colendo ad iuuentutem redibit.* ibid. 3 παραπείσαντα — ἀπαλλάττεσθαι *ita homines tales depellere oportet et conuiciis abigere.* aliiſque locis compluribus.

p. 214 - 218.

quidem, quam video cum a Bencelio † tum a magno Geſnero laudari ††, nomen ab Andrea Cratandro habet, librario non ignobili, e cuius officina prodiit Baſileae octonis anno primo et trigeſimo †††. Continetur plagulis tribus, vt Noribergenſis: e qua etiam textus Graecus Characterum quindecim, tot enim inſunt, ductus eſt, vt dixi, totus ille quidem, ſed immutatus tamen locis nonnullis non omnino feliciter, neſcio a quo; caret enim Praefatione: cuius generis exempla quaedam in margine adſcripſimus *. Verſio Latina, quae excipit textum Graecum, Angelo Politiano tribuitur a Cunrado Geſnero †: et nos certe eam fere conuenire reperimus cum illa Verſione, quae eſt in exemplo Morelliano, quam Morellus oſtendit eſſe a Politiano profectam. Sed in ipſis Operibus Politiani, quae Manutius edidit,

† In Ind. in verbis διφάω, δεῖ, διάφορος.

†† In Chreſtom. Gr. p. 126 et p. 127 ed. a. 1753.

††† Index eſt, Θεοφράστου Χαρακτῆρες, *cum interpretatione Latina. AN. M. D. XXXI.* Ad calcem leguntur haec, *Baſileae in officina And. Cratandri, menſe Septembri Anno Chriſtiano M. D. XXXI.*

* Vt 1, 2 δείξει μὴ προσποιεῖσθαι, pro δόξει μὴ προσπ. Norib. c. 2, 3 σκώψαντι, pro σκώψας τι Norib. c. 6, 1 ἔργων καὶ λόγων, pro ἔργων δικαιολόγων Norib. c. 9, 2 κρέα, pro κρέαν Norib. c. 11, 1 ἀνασυρόμενος, pro ἀνασυράμενος Norib. Etiam in margine locis nonnullis poſitae ſunt, coniecturae neſcio, an variae lectiones. c. 4, 4 ad verba παρ' Ἀρχίου annotata eſt lectio ἀπὸ βραχίωνος. c. 10, 1 τῶν διαφόρων ad verba τοῦ διαφόρου. ibid. 2 δίφρους καὶ ad verba δίφος τά. c. 12, 2 τομὸν ad τόμον.

† Biblioth. p. 514, b.

didit, et poſt eum Aſcenſius **, non habetur. ;ontigit autem mihi editione Cratandrea vti, ıeneficio immortalis illius diuinique Geſneri, ui eam ad me, paucis ante acerbam luctuoſamue Muſis mortem hebdomadibus, miſit: quod xemplar acceperat Vir ſummus Vinariae ab Io:himo Friderico Fellero, Ioachimi filio. Sed Cratandreo exemplo fluxit et deriuata eſt edio Oporiniana. Nam Ioh. Oporinus quum, ɔnſilio et auctoritate ditiſſimorum prudentiſſiorumque hominum, contenderet cum aliis ilrum temporum librariis certaretque deſcribens ſcriptis auctorum optimorum vtriuſque linıae, vt noſtri nunc librarii certatim incumbunt lendis Verſionibus vernaculis librorum, non odo inutilium, ſed etiam pernicioſiſſimorum et ligioni et litteris bonis: Theophraſti quoque pera collegenda atque emittenda e ſua officina nſuit, Baſileae anno primo et quadrageſimo, :ma maiore. Iis inſeruit, e Cratandreo, vt ki, exemplo, Characteras quindecim. Sunt tem editionis Oporinianae exemplaria duplicis neris. Aliis praemiſſa eſt epiſtola Ioachimi merarii * ad Albertum, principem Brandenrgenſem, in qua obitum Simonis Grynaei vehe-

* Pariſiis A. cıɔıɔxıı. Voll. II. fol. min. Manutius tamen in Praefat. ait, *Prodiiſſent et illa in publicum profutura hominibus, quae, vt audio, quidam Florentiae occultant, vt edant pro ſuis.*

Scripta eſt Tubingae a. d. XI. Kal. Sept. A. cıɔıɔxxxxı.

**

vehementer luget: aliis Praefationem praefixit Hieronymus Gemuſaeus **. In Indicibus vtriuſque exemplarium generis libri Theophraſti dicuntur emendati et purgati meliorum exemplorum ope. quae exempla non fuiſſe Codices ſcriptos, certe in Characteribus, et res ipſa clamat, et Camerarii Gemuſaeique verba † loquuntur. Etenim Characteres quidem toti expreſſi ſunt e Cratandrea editione: cuius vitia non ſolum propagata ſunt †† ab Oporino, ſed aliis * etiam adaucta et cumulata. Sed ex eiuſdem tamen Oporini exemplo totidem Characteres, omiſſo Prooemio, venerunt, ſuo quiſque loco, vt in annotamentis oſtendimus, in ſecundam primo, deinde

** Scripta eſt Baſileae prid. Kal. Sept. A. CIƆIƆXXXXI.

† Camerarii verba ſunt, *Nunc vero vt et parabiles omnibus et caſtigatiores eſſent, opera et diligentia Io. Oporini optimi et doctiſſimi viri perfectum eſt, qui ſumma cum cura et attentione conquiſitis exemplaribus, quorum omnino copia fieri potuit, ad eam ſpeciem et bonitatem hanc editionem expreſſit, vt prioribus non deterior vſpiam, multis in locis melior haec et purior nunc proferatur. In quo tamen labore atque ſtudio ſic eſt, quemadmodum decuit, verſatus religioſe, nihil vt temere mutandum, tollendum, abiiciendum, ſibi putarit, ac ſatius conſultiuſque eſſe, aut qualemcunque priorem lectionem, aut ſuam addubitationem notatam relinquere, cenſuerit, quam vel leuiſſimam in ſuſpicionem venire, ſi non apud alios, at ipſe apud ſe, deprauati vlla in parte tanti auctoris. Addita etiam nunc primum quaedam ſunt neque ante edita, et pergrata futura eruditis.* In Praefatione Gemuſaei haec leguntur, *Qui libri* [in his Characteres] *prius varie ſparſi fuerunt, nunc vero vna cum caeteris tanquam partibus in vnum corpus coaleſcere coeperunt.*

†† Vt c. 11, 1 ἀνασυρόμενος.

* Vt c. 4, 2 ἔνδοσιν.

deinde in reliquas, Eclogarum Stobaei editiones, ab Cunrado Geſnero adornatas: quod et Pauus iam ante nos perite animaduertit **, et Geſnerus ipſe ita teſtatus eſt †, vt nequeam mirari ſatis, Caſaubonum ††, Nedhamum †††, Suartium *, et alios, putaſſe, id ab ipſo Stobaeo factum eſſe, eoſque hunc opinionis errorem, veluti ducem et auctorem, eſſe ſequutos in faciundo iudicio ſententiaque ferenda de veris multorum locorum lectionibus. Ne tamen indotatos dimitteret e ſuis manibus Characteras illos quindecim Geſnerus, non modo Verſionem Latinam Politiani a ſe correctam et mutatam iis comitem addidit, verum multa quoque Oporiniani exempli peccata et vitia ſic emendauit **, vt nonnulla intacta reliquerit *. Sed omnes lectiones, excepta vna †, omnia vitia, Oporinianae editionis ſeruata video in eo exemplo, quod Hanouiae curatum eſt ab Vuechelis, anno quinto ſaeculi ſeptimi decimi,

 forma

** In Praefat. ad Charr. Theophr.

† In Praefat. ad edit. ſec. Stobaei, Turici A. CIↃIↃL. et ad tertiam edit. A CIↃIↃLVIIII.

†† Vid. eius Praefatiuncula ad Capita quinque poſtrema, quae e bibliotheca Palatina edidit.

††† Vt ad c. 5, 3 notauit iſta, *ſed ita repraeſentaui, partim ex MSS. et Stobaeo — praepoſitionem* ἐν *deleui auctoritate Stobaei, qui etiam addit* εἰπεῖν *poſt* θεωμένων. Et c. 7, 3 ſcripſit haec, *MS. Baroc.* πειθόμενος, *non aeque bene*, ſuffragante Stobaeo, *qui etiam* παραγγέλλειν.

* Ad c 5, 3 animaduertit iſta, *Stobaeus quidem libro XIIII. extremo ea ſuperioribus itidem attexuit. Ergo ſaltem iam tum vno capite haec omnia continebantur.*

** Vt 4, 2 ἀλέσας — ἔνδον. 5, 2 καθίσαι.

* Vt 6, 1 ὀμόσε. 9, 2 γέγονεν ἐστηκώς.

† 5, 4 σάτυρον, pro τίτυρον.

forma maxima, et quod Pircamerianae adeo editionis prolem quartam recte dixeris. Nam quum Commentarius Danielis Furlani, Cretenſis, eruditiſſimi Viri ††, vt in alios libros Theophraſti, ita etiam in Characteras tres et viginti, auctore mortuo, migraſſet in bibliothecam Ioh. Vincentii Pinelli, et ex hac, Vuelſeri, Viri ſummi, liberalitate, in manus Vuechelorum veniſſet: hi, vt erant ſtudioſiſſimi ſalutis bonarum litterarum, ſtatim ediderunt eum, adiuncto textu Graeco, quem in Characteribus quindecim prioribus petierunt ab Oporino, et ab Camotio in reliquis, ita vt nihil, vt demonſtraui ſupra, mutarint. Atque haec eſt progenies, quod ſciam, hae ſunt quaſi filiae, exempli Pircameriani parentis. Ab iis veniamus iam ad ſecundam aetatem editionum libelli Theophraſti, quam licet Camotianam appellari.

Nam Ioh. Baptiſta Camotius, praeter quindecim illos Characteras, quos a Pircamero editos eſſe vidimus, octo alios primus inſeruit ††† ſextae Parti Operum Ariſtotelis, quae Venetiis prodiit octonis anno ſecundo et quinquageſimo ſaeculi ſexti decimi apud Aldi filios, ſumtu Federici Turri-

†† Etiam Caſaubonus ad Char. 7 extr. eum vocat *doctiſſimum.* Sed in epiſtola ad Dan. Heinſium [n. 110 p. 93 edit. Hag. Com. a. 1638] de notis Furlani ita iudicat, *Reſtabat praefatio ſiue Diatriba iudicium continens de notis Furlani Graeci qui in opuſcula aliquot Theophr. ſcripſit prolixe et non indocte. Is noſtra in libellum χαρακτήρων ἠθικῶν non vidit, et, niſi fallor, homo Graecus hominem Gallum non ſuperauit.*

††† p. 623 - 628.

Turriſani, qui ipſe praemiſit Parti illi Praefatiunculam, quam, quia breuis eſt, in margine, tanquam teſtem eorum, quae diximus, grauem et locupletem, appoſuimus ††††. Eſt autem haec editio longe praeſtantiſſima, ſed ab editoribus recentioribus non diligenter ſatis conſulta: vt infra dicetur. Tota enim manauit e fonte Codicis manu ſcripti, quem non contaminatum eſſe ab Camotio coniecturis facile appareat. Nam vt omnino lectiones in Capitibus octo poſterioribus conueniunt cum lectionibus Codicis Guelferbytani ſecundi, de quo inferius differetur, vt fluxiſſe e communi capite videantur: ſic orthographia non minus, quam multitudo lectionum aperte prauarum magna*, quae corrigi potuiſſent facile, ſatis teſtantur grauitatem atque fidem Camotii: et lectiones in Capitibus quindecim prioribus, diſcrepantes et diuerſae ab lectionibus exempli Noribergen-

†††† *Federicus Turriſanus Studioſis S. Sextum tomum edimus, quo quaecunque opera Theophraſti vſque in hanc diem extant, complecti voluimus. Ipſum namque tantum philoſophum ſub claſſem librorum Ariſtotelis redigere placuit, atque ita tomos VI. in vniuerſum conficere. Librum nunquam antea impreſſum, qui de ſenſibus inſcribitur, optime emendatum Cammotius addendum curauit. itemque characteres quoſdam perquam vtiles et librum primum metaphyſices, quem ſumma fide ſupra dictus philoſophus correxit, graeceque nuper expoſuit. Cuius hominis induſtriam laboreſque noſtros vobis omnibus prodeſſe cupimus. Valete.*

* Vt c. 4, 1 κυκεὼν ἀπιών, pro κυκεῶνα πιών· c. 6, 2 πανδοκεῦσαι. c. 7, 4 προδιηγήσασθαι. c. 8, 3 πρὸς δεδράμηκε. c. 9, 2 ἀυτῦ τὲ ἀναγοράσας, pro ἀυτῦ θέαν ἀγοράσας. c. 10, 3 ἐλλίχνιων. c. 10, 4 μὴρ ὑπαίνηται, pro μὴ ῥυπαίνηται. c. 11, 3 ἤμηρο πώλιον, pro ἢ μυροπώλιον. c. 21, 1 καὶ ἐς ἄντα, pro καλέσαντα· et ibid. αἰθιόψευται, pro Αἰθίοψ ἔςαι.

bergenſis **, Camotium abunde docent ea ex alio fonte hauſiſſe. Neque ſane mirandum videtur, editionem adeo praeſtantem et bonam mox factam eſſe matrem felicem aliarum editionum aeque excellentium et bonarum. Peperit autem primo Stephanianam. Nam Henricus Stephanus quum anno ſeptimo et quinquageſimo exire iuberet ex officina ſua libellos quoſdam Ariſtotelis, octonis: iis comites adiunxit Theophraſti Characteras tres et viginti †, quorum octo poſteriores, in epiſtola ad Petrum Victorium, gloriatur ſe depromſiſſe ex antiquo libro **. Qui liber antiquus eſt editio Camotiana, non Codex calamo ſcriptus, vt perſuaſerant ſibi Morellus, Caſaubonus, etiam magnus Fabricius, aliique: qui ipſi putabant, Stephanum primum vulgaſſe Characteras

** Vt c. 8, 4 τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον. c. 14, 2 ὑπὸ κυνὸς τῆς τοῦ γείτονος.

† p. 83 - 103.

** Verba Stephani haec ſunt, *Ex antiquo libro octo haec* κεφάλαια *addidimus, vel potius octo hos* χαρακτῆρας Δεισιδ. Μεμψ. Απις. Δυσχερ. Αηδ. Μικροφ. Ανελ. Αλαζον. *Quid autem hoc Theophraſti libello reperiri, quid fingi aut cogitari poteſt elegantius? quid ad vitae communis vſum accommodatius? quid vtilius? Sed fit neſcio quomodo, vt quo libri ſunt elegantiores, eo plerumque comperiantur eſſe deprauatiores Quod et in hoc vſu venit. in quo plurima certe errata erant: multa ſuſtuli: nec pauca tamen ſuperſunt. Quae veteris exemplaris auxilio ſuſtulerim, non omnia quidem, ſed ex illis inſigniora, varias item aliquot lectiones adnotabo. De pauculis etiam locis quos ex ingenio non correxi quidem (neque enim mihi tantum ſumo) ſed corrigere poſſe mihi videor: coniecturam meam proferam. In caeteris fatiget ſe aliquis alius.*

ras illos octo ‡. Quae neglegens et temeraria credulitas etſi ignoſci Viris doctis vix poſſe videatur; erat enim in medio poſita Camotiana editio, vt eam adire et inſpicere poſſent facile: tamen multo magis reprehendi multoque acrius accuſari debet inſignis leuitas Stephani, quam notauimus iam ipſi nuper atque vituperauimus in Praefatione ad Platonis dialogos. Et gaudemus ſane non parum, confirmari hoc quoque exemplo poſſe ſuſpicionem dubitationemque noſtram de fide Stephani in edendis ſcriptorum antiquorum libris. Nam Stephanum ipſum decipere voluiſſe lectores libelli Theophraſtei, iisque perſuadere conatum eſſe, fuiſſe a ſe adhibitum Codicem manu ſcriptum, produnt ſatis et oſtendunt notae eius, in quibus antiquum illum librum diſtinguit diſerte ab editis libris ‡‡. Sed

 quo

‡ Morellus in Praefatiuncula ad Characterum illorum octo Verſ. Lat. *Octo qui deinceps ſequuntur Characteres a nobis vtcunque conuerſi, ex antiquo libro graeco primum additi ſunt ab H. Stephano in graeca huius libelli editione, quam vt emendatiorem ſequuti ſumus.* Caſaubonus ad Praefat. ad Charr. poſtremos quinque, *item illa octo quae ex Italicis bibliothecis primus in lucem protulit optime vt ſi quis alius de litteris meritus ὁ μακαρίτης Henricus Stephanus noſter.* Fabricius biblioth. Gr. 3, 9. 13, *Vti H. Stephanus in Graeca ſua editione libellorum quorundam Ariſtotelis et Theophraſti Pariſ. 1557. 8 primus addiderat ex antiquo codice capite 17-24.*

‡‡ Vt c. 2, 3, *Pro* πικρᾶς γρ. ψυχρᾶς. quae eſt lectio Camot. Ad c. 14, 2 ait, *Genitiuum* κυνὸς *in caeteris editionibus deeſſe.* At eſt in Camot. Ad c. 15, 2 notat, *ſe verba illa novem* οὐκ ἂν δοίη — λέγειν ὅτι *ex veteri addidiſſe.* Haec eſt Camot. Ad c. 10, 2 dicit *ſe ex veteri Codice pro* δίφος *repoſuiſ-*

quo prius illicerentur in fraudem lectores, quaedam omiſit conſulto †, alia correxit ††, alia deprauauit †††, vt in dialogis Platonicis. Cuius fraudis et fallaciae notas atque veſtigia quanquam animaduerſiones noſtrae monſtrant paſſim: tamen eorum cauſſa, qui legere illas faſtidirent, ne quid temere dixiſſe mentitique videremur, faciundum putauimus, vt adſcriberemus exempla cuiuſque generis aliquot inſignia in margine. Omnino fatemur libere, fidem Stephani et auctoritatem nobis iam ea re redditam eſſe adeo ſuſpectam, vt ea non moueamur prius, quam perſpexerimus ipſi et cognouerimus omnia: quod ipſum vt faciant alii, eos volumus cupimusque etiam atque etiam admonitos. Debetur tamen Stephano haec laus, quod primus fuit, qui conſcriberet in libellum Theophraſteum notas Criticas, ſed breuiculas et paucas. Atque exemplum eius totum, nulla re immutata, repeti, quatuor annis poſt, curauit Lipſiae Leonhartus Lycius, Francus *, qui fuit tum magiſter Godfridi Camerarii, Ioachimi filii, cui inſcripſit editionem, octonis, ſed ita, vt adiecerit non ſolum Verſionem Latinam nouam,

poſuiſſe διφᾶν. At iam in Camot. ita legitur. Sic ad c. 10, 4 vult primus edidiſſe videri κλεῖς ἰωμένας, quum tamen et in Norib. et in Camot. ſic ſcriptum inueniatur.

† Vt c. 17, 3 omiſit verba καὶ ἱεράνυ.

†† Vt c. 17, 2 προσθῆς, pro πρὸς τῆς· quae eſt lectio Camot.

††† Vt c. 20, 3 pro παρα ἀυτῷ λακαῖον edidit παρ' αἰλακαῖον.

* Hiltpoltſteinenſis. Fuit a. 1568. Rector Vniuerſ. litter. Lipſ. Vid Teſtament. Camerarii p. 98 in Muſeo Norico. Edidit, praeter Batrachomyomachiam, Praecepta ſeptem ſapientum Graeciae, Lipſiae a. 1562. octonis.

ouam, verum etiam animaduerſiones vel Criti-
is vel hiſtoricas. Quae etſi vnam modo pla-
ulam et dimidiam complent: tamen magna in
s comparet et ingenii felicitas et doctrinae vber-
is atque copia auctoris: quem fere in omnium
odie ignoratione verſari, vt multos alios de lit-
ris bonis egregie meritos Viros, quis miretur?
uum pauci reperiantur, qui libros Graecos et
atinos legant: quum nunc vernaculi tantum
riptores floreant, omniumque ore et ſermoni-
us celebrentur: quibus tamen valde vereor ne
reui idem accidat, vt adeo nomina eorum etiam
iter ſuos populares ignorentur. Poſt Lycium
laudius Auberius, Triuncurianus, quum non-
um haberet annos viginti, inſtituit non ſolum
enuo in Latinum ſermonem conuertere Chara-
teras Theophraſti, verum componere quoque
i eoſdem notas Criticas, etiam hiſtoricas, ſed
iaxime morales, ita vt Ariſtotelis aliorumque
ci ſimiles compararentur cum locis Theophra-
eis. Coniecturae autem, quas protulit ad emen-
anda integritatique ſuae reſtituenda verba Theo-
hraſti, fere ſunt, noſtro quidem iudicio, vehe-
ienter audaces atque temerariae. Et haec omnia
dita ſunt a Zuingero, cum libris Ethicis Ariſto-
elis, Baſileae anno ſecundo et octogeſimo, forma
iaxima, apud Epiſcopium: ita vt textus Grae-
us ipſe hauſtus ſit, excepto loco vno **, ex ex-
mplo Stephani. Idem factum eſt annis duobus

** Vid. notae ad verbum c. 6, 2 ἀξιῶσι.

inſequentibus a Federico Morello Lutetiae Pariſiorum et Francofurti a Friderico Sylburgio. Morellus enim vt de auctoribus ſermonis Graeci aliis multis, ita etiam de hoc libello Theophraſti, praeclare eſt meritus. Exire eum iuſſit anno tertio et octogeſimo quaternis: quam editionem non ignoro commemorari a Fabricio, ſed nec ipſe vllum eius exemplar viderat, nec ab reliquis eam editoribus Characterum adhibitam reperio. Noſtras vero in manus venit illius exemplar * e bibliotheca Menqueniana, quae nuper hic diuendita eſt, beneficio Ioh. Gotlob Hofmanni, Viri clariſſimi et Collegae coniunctiſſimi. In conſtituendo textu Graeco Morellus ſequutus eſt, vt diximus, exemplum Stephanianum, ſed ita, vt non modo coniecturas vel proprias, vel alienas, collocauerit in margine **, ſed nonnullas quoque earum

* Index eſt, Θεόφράστυ Χαρακτῆρες Ἠθικοί. *Theophraſti de Notis morum liber ſingularis, cum facetiſſimus, tum vtiliſſimus. Cum Angeli Politiani Latina interpretatione, a Federico Morello Pariſienſi cum eruditis viris recognita, et octo poſterioribus Notis, quae antea deſiderabantur, ab eodem in hac editione audacta. Lutetiae apud F. Morellum Typographum Regium. M. D LXXXIII. Vis hominum mores multorum noſcere, lectus iſte Theopraſti te liber erudiet.*

** Morellus ipſe huius rei teſtis eſt, *quam* [edit. Steph.], inquiens, *vt emendatiorem ſequuti ſumus. In locis autem deprauatioribus, quique medicas manus poſcebant, coniecturas partim D. Io. Aurati Poëtae regii, partim aliorum magni inter litteratos nominis virorum, partim etiam noſtras, vbi vſu venit et melius nihil fuit, in medium produximus. Lacunas quidem certe omnes explere noſtrum non fuit: neque vero alienam culpam praeſtare quis cogitur.*

ırum proficiſci in ipſa contexta *** iuſſerit teme-
: et incaute. Graeca Capita ſequitur Verſio La-
.na, quae in Capitibus quindecim prioribus Po-
tianum auctorem habet, in reliquis Morellum
ɔſum: qui etiam Politiani Verſionem emenda-
e inſtituit paſſim, additis nonnunquam notis bre-
·iculis, ſed non feliciter vbique, vt e noſtris co-
;noſcent animaduerſionibus lectores. Conſti-
uerat etiam Morellus ipſos Characteras illuſtra-
·e exemplis e libris ſcriptorum vtriuſque linguae
:onquiſitis et collectis: verum ſpei huic ab eo
ıoń conſtat eſſe ſatisfactum. Tandem Sylbur-
;ius Theophraſteum libellum addidit comitem *
Ɔpuſculis Ethicis Ariſtotelis, quae Francofurti
ıpud Vuechelos edita ſunt quaternis. Expreſſit
textum Stephanianum perquam accurate et fide-
liter, et adiunxit variantes lectiones exempli Opo-
riniani atque Camotiani, ſed huius tamen ſcri-
pturas non ſatis diligenter ** enotauit. * Adſper-
ſit quoque paſſim coniecturas emendationesque
proprias, ingenio ipſius doctrinaque dignas. At-
que in hac quidem editione deſinit ſecunda aetas
editionum opuſculi Theophraſtei: quae, vt ſu-
perioris aetatis editiones, adornatae ſunt omnes
vnius Codicis auxilio, diuerſi tamen ab eo, quo
vſus

*** Vt c. 12, 2 καὶ πρὸς θύοντας — ἥκειν τέμον ἀπαιτήσων. c. 20, 2 ἐν τοῖς ὑποχονδρίοις. Sed c. 4, 2 recte edidit primus καὶ αὐτῷ τὰ ἐπιτήδεια.

* p. 228 - 247.

** Vt c. 2, 1 non animaduertit, in Camot. legi, ὡς ἀποβλέπουσι πρὸς σέ. Reliqua in ipſis notis occurrent lectori.

vſus eſt Politianus: cuius rei indicio eſt Verſio Viri Latina, quam alias ab eo multis locis lectiones expreſſas docere, in notis noſtris animadvertimus non ſemel.

Sed tertiae aetatis editiones principes ornamenta ſua debent pluribus ſingulae Codicibus: quae aetas nominari Caſauboniana poſſe videtur. Caſauboni enim iudicium et auctoritatem ſequuti ſunt certatim in conſtituendis, niſi omnibus, tamen pleriſque, huius libelli locis, ad noſtram vſque aetatem, editores reliqui: quorum de ſtudiis ante, quam dicamus, neceſſe eſt exponatur breuiter de meritis ipſius Caſauboni. Recenſuit autem atque edidit Iſaacus Caſaubonus Theophraſteos Characteras Lugduni, octonis, ter: primum anno ſecundo et nonageſimo ſaeculi ſexti decimi: iterum anno vndecenteſimo: tertium anno duodecimo ſeptimi decimi ſaeculi †*: quam tertiam editionem aliquoties * poſtea repetitam eſſe nouimus. Sed virtutes iſtarum editionum atque dotes, et communes et proprias, cognoui has eſſe. Neque enim tantum addita eſt in omnibus Latina Verſio, et elegantior et multis certe locis accuratior ſuperioribus, verum ornatae quoque ſunt, et inſtructae Commentario luculento veteriſque doctrinae copiis pleno et referto: quem quum Caſaubonus primum compoſuiſſet in itinere,

†* Vt a. CIƆIƆCXXXVIII. octonis. Cuius editionis exemplar eſt in bibliotheca Academiae Ienenſis.

* Vid. Caſauboni epiſtt. 2, 241. 425. 106-110. 114. 240.

nere **, deſtitutus et carens auxilio omnium librorum, ſolius memoriae fide adiutus, eum deinde cum locupletauit, tum etiam expoliuit limavitque diligentius, vt exiſtimatus ſit ſemper, iudicio et conſenſu omnium intelligentium, boni Commentarii exemplum egregium ***, cuius lectione et linguae et antiquitatis Graecae ſcientia augeri mirifice confirmarique poſſet. Iam etſi Caſaubonus non videtur ſuperiores conſuluiſſe editiones, praeter Stephanianam, Auberianam et Furlanianam; has enim ſolas ab eo diſerte memorari video *†: tamen adhibere ei contigit Codices bibliothecae Palatinae Heidelbergenſis manu ſcriptos quatuor †, quos nunc Palatina exemplaria †† vocat, nunc Codices Palatinos †. Sed quot quiſque annos habuerit, quam bonus fuerit et quali in charta membranaue ſcriptus, quot Characteras comprehenderit, nuſquam docet, more eruditorum iſtius aetatis hominum, certe non

** Vid. p. 13 et p. 145 edit. noſtrae. Confecit eum et abſoluit ipſo die nouiſſimo anni primi et nonageſimi. Vid. p. 226.

*** Hemſterhuſius ad Polluc. p. 982, 8 Caſaubonum vocat *ſummum commentatorem:* Kuſterus ad Ariſtoph. Eccleſſ. 813 *accuratiſſimum:* Doruillius ad Chariton. p. 125 *magnum interpretem.* add. p. 564.

*† *Furlanum* memorat ad char. 17 extr. Ad c. 23 p. 222 laudat *Viros doctos:* ſed intellegit *Auberium:* cuius exemplum ad c. 23 p. 221 nominat *quoſdam codices.*

† Tot diſerte laudat ad proem. 2 p. 14. Ad c. 1, 4 p. 23 memorat *ſcriptos Palatinos:* et ad c. 13, 2 p. 155 *vnum e Palatinis Codicibus.*

†† Ad c. 2, 2 p. 30.

† Ad c. 8, 4 p. 115.

non probando: et oppido paucas eorum lectiones laudat. Ex vno eorum deſcripſerat Marquardus Freherus †† Characteras quinque alios, praeter tres illos et viginti: quos quum ab eo accepiſſet Caſaubonus, ornauit iis editionem ſuam alteram †††, e qua venerunt in libros editos reliquos. Fuit autem ea Caſauboni diligentia in recenſendo textu Graeco, ea cura, vt mallet lectiones manifeſte falſas relinquere potius, quam mutare quidquam ſine auctoritate et iniuſſu librorum veterum. Et quanquam duarum nobis priorum editionum Caſauboni copia non fuit: tamen multis mihi indiciis conſtat, textum Graecum, quem appellant, diuerſum eſſe, neque vnum in omnibus. Sed quum Caſaubonus conſequutus eſſet ſummam auctoritatem apud omnes ſingulari praeſtantia, ſicut fidei et diligentiae, ita etiam doctrinae et elegantiae: factum eſt, vt exempla eius repeterentur certatim ab cunctis. Poſſunt autem admiratores ingenii et diligentiae Caſaubonianae aemulatoreſque deſcribi commode et redigi in claſſes duas. Alii enim textum Caſauboni reddidere totum, re nulla immutata: alii idem fecerunt, ſic tamen, vt alias multis locis lectiones receperint, partim natas in ingenio Caſaubo-

†† Vid. Caſauboni Praefatiuncula ad Characteras quinque poſtremos: et eius notae ad Sueton. Neron. 26.

††† Caſaubonus ep. ad Ioſ. Scaligerum n. 425 p. 505: *Inſtitui igitur Lugduni alteram characterum editionem, auctam aliquot capitibus ex MS.: et noſtra cura paullo factam meliorem.*

ſauboni proprioue, partim e libris ſcriptis depromtas et hauſtas. De vtroque genere paucis, pro inſtituto, dicemus. Atque ſecundum quidem exemplum Caſauboni integrum, re nulla, niſi per incuriam operarum, mutata, recoxerunt Daniel Heinſius et Ioh. Cornelius Pauus *. Heinſius enim quum anno tertio decimo ſeptimi decimi ſaeculi ederet Lugduni Batauorum Theophraſti Opera, forma maxima: inſeruit iis etiam Characteras ** e recenſione Caſauboni, cuius Latinam Verſionem Graeco textui adiunxit, ſed in margine poſuit, vel coniecturas, vel lectiones diverſas. Nam quod in Praefatione oſtendit, ſe, vt ingenii ope, ita etiam librorum ſubſidio, et auctoritate aliorum doctorum hominum, multa correxiſſe, id ad caeteros libros Theophraſti, non ad Characteras, pertinet: de quibus multo melius merita eſt doctrina Paui atque ingenium. Etſi enim et ipſe Verſionem Latinam Caſauboni retinuit, eiuſdemque textum deſcribi immutatum ab operis iuſſit, quod ab his tanta cura et diligentia factum eſt, vt editio ſit non magis nitida quam emendata: tamen ſubiecit Graecis contextis notas et multas et luculentas. Congeſſit in iis lectiones Codicum Nedhami, etiam Camotiani exempli, quod videtur ipſe inſpexiſſe *, et protulit magnam coniecturarum copiam, in quibus

* Trai. ad Rhen. A. CIƆIƆCCXXXVII. octonis.
** p. 476-494.
* P. 701 ait, Μασσώμενον *ex Editione Camotiana mihi annotatum, non* μασσώμενος, *vt cum Sylburgio Nedhamus.*

bus multae bonae habentur et praeclarae; ſed multos libelli locos adeo docte interpretatus eſt, et de lectionibus Codicum, non minus, quam de alienis coniecturis, adeo perite et recte iudicat, vt Pauum ** putem, hoc quidem in genere, a nemine adhuc eſſe ſuperatum. Non diſtinxit, fateor, neque onerauit notas, more et exemplo plerorumque Batauorum, noſtrae maxime memoriae, locis ſcriptorum veterum ſimilibus: ſed plura dilucide explicauit paucis verbis, eaque re lectoribus copiam fecit facultatemque praebuit cogitandi de ſententia loci cuiuſque acutius et acrius. Quae ratio et longe vtilior eſt altera illa, et magis placet, etiam propterea, quia doctiſſimus quiſque Grammaticorum veterum eandem viam ſequutus eſt in enarrandis auctorum vtriuſque linguae ſcriptis. Sed ab exemplo editionis Caſaubonianae primae diſceſſit hactenus, vt multas coniecturas Caſauboni ***, ab auctore poſtea ipſo, propter leuitatem, repudiatas, receperit, Ioh. Kirchmanus, Vir doctiſſimus: qui Characteras tres et viginti, cum Verſione Latina Caſauboni, emiſit Roſtochii, octonis, ſuperioris ſaeculi anno quarto. Quam tamen audaciam ei facile ignoſci poſſe arbitror, quoniam in Praefatione priores atque veras Codicum lectiones, quarum in locum ſubſtituerit coniecturas Caſauboni, com-

** Ab Kuſtero ad Ariſtoph. p. 1 vocatur *Iuuenis valde induſtrius et Graecae linguae ſtudioſiſſimus.*

*** Vt c. 10, 4 μηρῶν, pro μικρῶν. c. 12, 2 ὡς θύοντας: c. 18, 2 μάλιςα μὲν μὴ δῦναι· εἰ δὲ μὴ, δὺς εὐθὺς ἀπαιτεῖν.

commemorat. Sed editor libelli Theophraſtei Brunouicenſis ſequutus eſt, vt videtur, editionem Caſaubonianam tertiam, ſed ita vt textum Graecum et ipſe contaminarit coniecturis Caſaubonianis, et operarum neglegentia inquinari paſſus ſit vitiis multis. Adiecit idem, praeter Praefationem et Latinam Verſionem Caſauboni, eius Commentaria, tota illa quidem, verum truncata ſaepe et mutilata temere, ſaepius etiam inſcite interpolata, vt ſemper redire cogare ad ipſam editionem Lugdunenſem. Studuit tamen lectoris laborem eo ſubleuare, quod locos ſcriptorum veterum ab Caſaubono laudatos addidit paſſim, neque libros ſolum et capita vbi leguntur, indicauit, ſed etiam Graecorum verborum fere Verſionem Latinam inſeruit. Qua quidem de cauſſa editio haec, quae parata eſt anno vndeſexageſimo octonis, appellari optima, cum Nedhamo, poteſt. Sed eodem modo multoque etiam magis contaminatum reperi exemplum editionis Caſauboni tertiae ab Melchiore Schmidio, qui Characteras edidit Helmſtadii, quaternis, anno ſexto et octogeſimo, cum Praefatiuncula et Latina Verſione Caſauboniana, in minores particulas, ſed nimis paruas et minutas, diuiſos. Adhibita tamen ab editore ea eſt diligentia, vt coniecturae et commenta Caſauboni, quo facilius agnoſcerentur ab lectore, fere vncis coërcerentur ab operis. Sed ſatis de hoc genere editionum expoſitum videtur. Iam ad illa tranſeamus exempla, in quibus textum Grae-

cum diſtinctum reperias non modo Caſaubonianis coniecturis, verum alienis etiam, multis, paucis. Quo in numero video eſſe editionem Vpſalenſem, anno vndeſeptuageſimo octonis inſtitutam, opinor, ab Ioh. Scheffero, qui eam Praefatione, ſed breui, ornauit. Ab Bencelio appellatur et Vpſalenſis † et Curionea *, nomine librarii, cuius ſumtu eſt emiſſa. Textus in ea Graecus ſibi adiunctam habet Latinam Verſionem Caſauboni, cuius etiam Prolegomena ad Characteras acceſſerunt. Modo Caſaubonianae coniecturae receptae ſunt, modo Schefferianae **, vt credo. Nullo enim inſtructus fuit Scheffèrus ſcripto Codice: quae felicitas paucis annis poſt Thomae Galeo contigit. Is enim Characteras Theophraſteos inſeruit, vt conſtat, Opuſculis Ethicis: quorum duae editiones habentur, vna Cantabrigienſis, quae exiit octonis anno primo et ſeptuageſimo, Amſtelaedamenſis altera, ſeptem et decem annis poſt adornata. Vtrumque exemplum quanquam fere Caſaubonianum textum exhibet: tamen locis nonnullis diſcrepat non modo ab Caſaubonianis, verum ab omnibus ſuperioribus editionibus *: et prius exemplum diſſidet nonnunquam ab poſteriori **. In vtroque adiecta inuenitur,

† In Ind. in verbo ἔχω.
* In Ind. in verbo προσέρχομαι.
** Vt c. 26, 1 οἷος τῦ δήμυ βυλευομένυ τίς τῷ ἄρχοντι ἐπιμελησόμενος πομπῆς παρελθὼν ἀποφήνας Ἐγώ.
* Vt c. 4, 1 πορέυεται. c. 5, 2 σύκῳ ὁμοιότερα ἐἶναι
** Vt c. 20, 1 Gal. 1 ποία· Gal. 2 ὡς πόία·

nitur, praeter Verſionem Latinam Caſauboni, diverſitas lectionis cum ex editionibus veteribus, vt Oporiniana, Camotiana, Stephaniana, aliis, tum e Codice bonae notae, qui Cantabrigiae eſt in bibliotheca Collegii Trinitatis, chartaceo, quinto decimo ſaeculo, litteris minutis, ſcripto, Characteraſque tres et viginti comprehendente, collecta. Quibus quidem lectionibus ſuas ipſe immiſcuit paſſim editor coniecturas. Poſt Galeum Ericus Bencelius, Archiepiſcopus Vpſalenſis, libellum Theophraſteum recenſuit emiſitque anno octauo huius ſaeculi octonis Vpſalae. Is quum neque Codicibus ſcriptis inſtructus ad recenſendum acceſſiſſet neque editionibus antiquis; nam, praeter Cratandream, nullam videtur aliam conſuluiſſe †: reddendum lectoribus textum Caſaubonianum cenſuit, ita vt eum nonniſi vno loco *** contaminatum coniectura Salmaſiana repererimus. Sed ornamentum atque dos praecipua huius editionis, quae et ipſa Characteras in minores particulas diſſectos exhibet, eſt Index verborum Graecorum plenus et copioſus, quem Bencelius in epiſtola ad Olauum Rabenium oſtendit Petri Hedelini, doctiſſimi Iuuenis, induſtria confectum eſſe. Qui Index etſi refertus eſt multis minutiis et ineptiis, ad puerilem Grammaticam

peri-

† Nam in Ind. p. 106 dicit, verba φίλω ἐπιλαβὼν ἀποδόσθαι c. 11, 5 eſſe in edit. Sylb. At ſunt iam in Norib. Crat Opor.

*** C. 23, 4 κατὰ μνᾶν. Etiam c. 11, 4 recte edidit ὑπὸ τῶν οἰκετῶν.

pertinentibus, quae nihil faciant ad intelligendam orationem Theophraſti: tamen prolatas in eo inveni coniecturas vel alienas, vel proprias, quarum parens haud dubie ipſe fuit Bencelius. Venit enim e bibliotheca Menqueniana in noſtram exemplar huius editionis, quo magnus ille Fabricius donatus fuerat ab ipſo Bencelio. Sed Petro Nedhamo, qui quadriennio poſt nouam parauit Characterum editionem, fortuna ita fauit, vt nulli ſuperiorum editorum. Fecit enim ei copiam Codicum manu ſcriptorum nouem, ad quorum fidem recenſeret et conſtitueret verba Theophraſti. Nam, praeter Cantabrigienſem Codicem, quo Galeum vſum eſſe ſupra demonſtrauimus, qui tamen in laudandis eius lectionibus non ſemel diſſidet * ab Nedhamo, quatuor Pariſienſes Regios adhibuit, quos diligentiſſime contulerat cum editione Heinſiana, Montefalconii auctoritate, Guilielmus Clericus. Nullus eorum plures complexus Characteras erat, quam priores quindecim. Atque primus quidem et ſecundus membranei erant, hic ſaeculo decimo, ille nono fere, ſcriptus: qui libri etſi ſunt vt vetuſtiſſimi omnium, ita bonae etiam notae: tamen falſas * interdum lectiones exhibere reperiuntur, quae ſint interpretamenta lectionum verarum et gloſſemata **. Tertius Codex et quartus erant bombycini, ſed aetate longe inferiores ſupe-

* Vt c. 14, 3 Galeus laudat inde ἀναγκάζειν, Nedhamus ἀναγκάσαι.

* Vt c. 5, 2 καθίσταθαι, pro καθίσαι.

** Vt c. 10, 2 in Cod. Gal. 1 erat καμείων, pro πεπτωκότων.

ſuperioribus. hic enim ſaeculi quarti decimi, iſte quinti decimi, partus eſſe videbatur. Eodem quinto decimo ſaeculo ſcriptus erat Codex Coiſlinianus, bombycinus, qui totidem Characteras continebat, et cuius lectionibus Nedhamus vſus eſt adiutoribus iiſdem Viris doctiſſimis *. Sed lectiones Codicis Barocciani, chartacei et Coiſliniani aequalis, acceperat ab Thoma Hearnio, Viro eruditiſſimo. Conueniunt fere cum lectionibus primi et ſecundi Codicis Gallici **, ſed maxime primi, ita vt Codices illi tres e communi fonte deriuati videantur, atque adeo in iudicio ſuper veritate et bonitate lectionum faciundo auctoritatem vnius Codicis habere apud doctos peritoſque debeant. Scriptus erat litteris minutiſſimis, complectebaturque Capita quindecim priora, neque quintum decimum totum, vt ſuo loco docuimus. Sed eiuſdem Hearnii beneficio vſus eſt Nedhamus lectionibus, quas Iſaacus Caſaubonus excerpſerat e Codice Bonauenturae Vulcanii: et Ioh. Hudſoni humanitas ei ſuppeditarat lectiones Codicis Ioh. Oſborni. Horum igitur Codicum copias produxit Nedhamus in notis ſuis, quibus addidit Sylburgii, Salmaſii, Palmerii, Clerici, animauerſiones. Editiones Oporinianam Camotianam ipſe non conſuluit, ſed in lectionibus

 earum

* Vid. de eo Montefalconius Catalog. biblioth. Coiſlin. p. 588.

** Vt c. 5, 1 ἔςι ἀινῶν. ibid, 2 καθίςαθαι. ibid. 4 χρὴ νῦν ἀεὶ. c. 7, 2 ἀπο γυμνάση. c. 10, 4 ὑποδεμένης.

earum laudandis ſequutus eſt fidem Sylburgii *. Textus Graecus, qui ſubſequitur Praefationem et cui iuncta eſt e regione Latina Verſio Caſauboni, eſt fere Caſaubonianus, ſed multis locis immutatus, ſed non raro temere et inconſiderate**. Saepe etiam in notis Codicum lectiones fruſtra aſſeruntur et vindicantur ‡. Textum Graecum excipit Commentarius Caſauboni, et hunc ſequuntur Duporti Praelectiones in Characteras tredecim *, quibus continentur multa aliena et puerilia, multa ad verbum exſcripta e notis Caſauboni et e libris Salmaſii. Hoc exemplum Nedhami, quod Cantabrigiae exiit octonis, ita placuit, vt fere res nouae omnes, praeſertim tranſmarinae, etſi non optimae, probauitque ſe Germanis, vt id aliquoties repeterent, auctore Freytagio τῷ μακαρίτῃ· quod ipſum fecerunt Glaſgouienſes nuper, et Tigurini in Eclogis †, quibus etiam notae Nedhami inſunt, ſed mutilatae et interpolatae magnam partem. Tandem Coburgi, ante annos quatuor et viginti, edidit libellum Theophraſteum denuo, quaternis, Ioh. Cunradus Suartius: qui vt fuit Vir magnae ſane variaeque doctrinae copiis multis pariter ac firmis inſtructus**, cuius fidei

* Ipſe hoc fatetur p. 86, vbi ait, *ſed ita repraeſentat Editio Camotiana, teſte Sylburgio.*

** Vid. c 3, 2. c. 5, 2. 4. c. 7, 3. c. 11, 3. 4 etc.

‡ Vt c. 5, 2 καθίςασθαι Cod. Gal 1. 2 et Baroc.

* c 1 - 4 6 9. 10 - 16.

† Quae editae ſunt A CIↃIↃCCXXXXVIIII. octonis.

** Fabricius ad Dion. Caſſ. pag. 770 To. 2 IOH. CONR. SCHWARZIVS, *Coburgenſis hodie Gymnaſii ingens gloria.*

Et

fidei et ſingulari diligentiae noſmet ipſi debemus amorem et cupiditatem, etiam initia ſcientiae, linguarum orientis: ita inſignis notitiae antiquitatis luculenta documenta dedit in notis, quas ſubiecit textui Characterum Theophraſteorum Graeco, quem concinnauit prorſus nouum, hoc eſt, e Caſauboniano, Nedhamiano, propriique ingenii commentis miſtum, adeo vt eum corrupiſſe magis et deprauaſſe, quam correxiſſe et emendaſſe, videatur. Fuit enim incredibilis et paene nimia et vix ferenda ingenii Viri audacia *** et procliuitas ad mutanda ea in ſcriptoribus antiquis, quae ipſe non intellegeret ſatis. Addidit etiam Verſionem Latinam nouam, notulaſque Buchneri, quas ab magno Geſnero acceperat, ſed, praeter Nedhami et Paui editiones, nullis videtur libris aliis vſus eſſe.

Atque haec eſt ſeries et breuis hiſtoria editionum libelli Theophraſtei, quae videri dignae queant, quarum ratio ab artis Criticae ſtudioſis habeatur. Quanquam enim non ſum neſcius, eum aliis quoque editum eſſe locis multis, vt Lugduni Batauorum ab Vuerdenhagio *, Coloniae Allobrogum **, Oxonii ***, Budiſſae ****, Magdeburgi;

Et ab Vueſſelingio ad Diod. Sic. 18 p. 279 To. 1 vocatur *doctiſſimus.*

*** Vid. Doruillius ad Chariton. p. 117 ſ. et p. 425 ſſ.

* A. CIƆIƆCLIII. duodenis.

** A. CIƆIƆCXIII. duodenis. Cuius editionis exemplar eſt in bibliotheca Academiae Ienenſis.

*** A. CIƆIƆCLXXX. duodenis. Fuit in bibliotheca Menqueniana. Laudatur etiam ab Galeo, Nedhamo, et Abreſchio Lectt. Ariſtaenett. p. 174.

**** A. CIƆIƆCLXXXX. octonis.

burgi; multos enim ſemper et cupidos lectores inuenit libellus ille aureus: tamen editiones iſtae vel e Caſaubonianis fluxerunt totae, vel a me nondum erant inſpectae. Etiam Geſnerus in Chreſtomathia, cui pleraque Capita indidit †, textum Caſaubonianum, paucis locis exceptis, ſeruauit.

Iam ante, quam ad dotes noſtrae editionis perueniam, dicendum videtur paucis, cum quinam alii, praeter eos quos laudauimus editores, inſtituerint vel emendare et corrigere locos Characterum deprauatos et vitioſe deſcriptos, vel illuſtrare et explicare verba impedita atque obſcura; tum qui in animo habuerint eundem denuo totum emittere. Et in emendatorum quidem atque correctorum numero ponendi ſunt magnus Salmaſius, cum in Exercitationibus ad Solinum, tum in libris de Modo Vſurarum et de Vſuris, aliisque; Palmerius in Exercitationibus in optimos ſcriptores Graecos*; Clericus in Arte Critica; Lambertus Boſius in Epiſtolis ad Ioh. Alb. Fabricium **; Ioh. Iacobus Reiſquius, Vir celeberrimus, in Volumine primo Animaduerſionum ad Auctores Graecos ***; quibus acceſſit nuper, praeter Frider. Chriſti. Schmidium, Virum clariſſimum, ſororis magni Cruſii filium, diſciplinaeque nuper noſtrae alumnum. Chriſti. Ado. Clotius,

† p. 124 - 144 ed. Lipſ. A. CIↃIↃCCLIII.
* p. 616 - 621.
** Quae ſunt in Vita eius p. 224 ſ.
*** p. 96 - 105.

Clotius, Vir doctiſſimus †. Sed ab his omnibus etiam illuſtrata ſunt paſſim verba Theophraſti: quod ipſum fecerat in notis ſuis Ioachimus Kuhnius, quarum partem Clericus miſerat ad Nedhamum. Sed totum libellum edere conſtituerant Iſaacus Voſſius, vt oſtendit ipſe in notis ad epiſtola Ignatii *, Lamb. Boſius **, et Fontanius, interpres oraculorum diuinorum in Batauis diſertus, quod me Reiſquius docuit. Atque habentur ſane ſubſidia non pauca, quibus vti nouus editor, non ſigne magno fructu, poſſit. Quo pertinent maxime Codices calamo ſcripti, vt Florentinus a Monteſalconio memoratus *, Voſſianus item et Rutgerſianus, qui ſunt in bibiotheca Academiae Lugdunobatauae: in qua reperitur item Oporiniana editio notis manu ſcriptis inſignita. ** Etiam Salmaſius antiquiſſimum Codicem *** laudat, et Auberius exemplaria quaedam †, quae videantur fuiſſe libri ſcripti, quum lectiones, quas inde protulerunt, in editis libris non extent. Sed de Commentariis Maximi Planudae in hunc libellum, quos in bibliothecis Italicis eſſe Cunr. Geſnerus et Lycius aiunt, nihil reperire certi neque comperire licuit.

*** 5 Nos

† Eius Animaduerſiones in Theophraſti Characteres Ethicos prodierunt Ienae A. CIƆIƆCCLXI. octonis.
* p. 289.
** Vid. eius epiſt. ad Fabricium d. l. p. 224.
* Diar Ital. p. 365.
** Vid. Catalogus bibl. Lugd. Bat. p. 150. 335-337. 398.
*** De Modo Vſurr. p. 306.
† Ad c. 6 p. 698 et ad c. 13.

Nos quidem etſi caruimus hiſce ſubſidiis: tamen nacti ſumus Fortuna fauente, alia adiumenta iis non minora, quorum vſu videremur non male merituri eſſe de Characterum Theophraſteorum corpuſculo. Heuſingerus enim meus, Vir de litteris Graecis praeclare meritus, miſit ad me, quae eſt eius hoc in genere incredibilis humanitas, lectiones, excerptas ſumma diligentia e duobus Codicibus chartaceis Marquardi Gudii, qui, mortuo domino, cum reliquis venerunt in bibliothecam Guelferbytanam. Eorum alter, qui eſt numero primus et vigeſimus, ſcriptus eſt ſaeculo tertio decimo, quaternis; et, praeter alia Opuſcula †*, continet Characteras Theophraſti quindecim priores. Alter vero, ſextus et vigeſimus numero, librariis quarti decimi ſaeculi debet natales, complectiturque, praeter caetera †**, Characteras tres et viginti. Quorum quidem Codicum lectiones, maxime poſte-

†* Continet Codex haec: 1) Opuſculum veteris cuiuſdam Rhetoris ἀκέφαλον, cuius finis iſte: ὁμοίως δ' ἔχει καὶ τὸ, οὐδ' ἄρα τώγε ἰδὼν γήθησεν ἀχιλλεύς· τὸ γὰρ λίαν λελυπῆσθαι, τῇ ἀποφάσει δεδήλωκεν. 2) Περὶ σχημάτων κ. τ. λ. vt in Cod. ſequente n. 6. 3) Theophraſti characteres, vt in Cod. altero n. 2. 4) Διονυσίου ἁλικαρνασσέως τοῦ περὶ συνθέσεως ὀνομάτων ἐπιτομή. 5) Προβλήματα ῥητ. vt in Cod. altero n. 3.

†** Continentur Codice iſta: 1) ἐκ τῶν θεοφράστου χαρακτήρων μέρος. i. e. capita XVII - XXIIII. 2) θεοφράστου χαρακτῆρες. a capite I - XVI. 3) προβλήματα ῥητορικὰ εἰς τὰς στάσεις. Incipit: Νόμος ἐκέλευε τὴν ὀρφανὴν μήτε τὸν ἐπίτροπον αὐτῆς, μήτε τὸν ἐπιτρόπου παῖδα ἄγειν. Edidit Huſuedelius. 4) Carmen Manuelis Planudae, quod incipit: Ἆθλον ἐγὼν ἐμόγησα πανέξοχον. οἷον ἀπ' ἄλλων. 5) Ἀριστοτέλους περὶ ποιητικῆς. 6) περὶ σχημάτων ὧν ἑρμογένης ἐμνημόνευσεν ἐν τοῖς περὶ εὑρέσεως καὶ περὶ ἰδεῶν βιβλίοις σύνοψις. Incipit: Στρογγύλον σχῆμα ἐστὶ τόδε, ὥσπερ εἴτις.

poſterioris, iam ſupra demonſtrauimus ita conuenire cum editionis Camotianae lectionibus †, vt ex vno eodemque fonte fluxiſſe videantur. Sed, praeter hos Codices, conſulere nobis licuit libros editos principes omnes, de quibus ante expoſuimus, exceptis exemplis Caſauboni primis duobus. Horum librorum omnium lectiones enotauimus magna diligentia, et ſic, vt non ſolum iudicium de iis fecerimus, ſed etiam adiecerimus Virorum doctorum coniecturas et emendationes, earumque aut veritatem et elegantiam, aut vanitatem et ineptias aperuerimus: quod inſtitutum non ignoro ab quibuſdam ſciolis callide vituperari, vt ſcilicet alienas coniecturas poſſint eo facilius venditare lectori pro ſuis. At ingenuos homines decet, credo, ſeruire magis vtilitati lectorum, quam gloriae laudiſque ingenii diuini vanitati. In textu Graeco deſcribendo operas ſequi iuſſimus exemplum editionis Caſauboni tertiae, a nobis locis nonnullis, auctoritate et fide librorum veterum, emendatum: cuius mutationis cauſſas in notis noſtris redditas lector inveniet. In quibus quum nihil viſum eſſet afferre, quod non pertineret ad Criticen: vt tamen verba Theophraſti ipſa intelligerentur ab omnibus ſponte, adiiciendum cenſuimus eorum Indicem et plenum et copioſum,

† Vid. 1, 4. 2, 1. 2. 3, 2. 3. 4, 2. 5, 3. 5, 5. 8, 3. 9, 2. 3. 10, 3. 4. 13, 1 etc. Sed inde a Cap. 16 vſque ad 23 lectiones Cod. Guelf. 2 cum lectionibus Camotiani exempli omnino conueniunt.

pioſum, in quo nihil intactum relinqueretur, quod aliquid difficultatis habere videri poſſet. Sed reſtare videtur, vt paucis tollatur dubitatio quorundam de auctore libelli, quem ego opinabar ſcriptum eſſe tum, quum Antipater ab Athenienſibus coactus eſſet in Macedoniam fugere *. Etſi enim tot tamque docti Viri ediderunt enarraruntque hos Characteras ſumma diligentia, quod fortaſſis multi eorum non feciſſent, niſi crediſſent, eos eſſe fetus ingenii Theophraſtei elegantes et venuſtos: tamen non defuere, vt fit, qui putarent contenderentque pertinaciter aut totum libellum Theophraſto falſo tribui, vt Victorius *, Stephanus, Lycius, Furlanus, aut certe magnam illius partem profectam eſſe ex alieno ingenio, vt Reisquius et Pauus, cui ſuſpecti erant maxime Characteres quinque poſtremi. At videtur iſti ſuſpicioni dubitationique facile occurri poſſe. Nam vt Laërtius in Vita Theophraſti diſerte tradit, conſcriptum ab eo eſſe librum Ἠθικῶν χαρακτήρων· ita ille in libris ſcriptis omnibus nomen Theophraſti oſtendat. Cui tamen rationi ipſe multum tribuere nolim, quum omnes qui ſuperſunt Codices vix dubium videatur quin deriuati ſint et deducti ex vno fonte, certe in Characteribus quindecim prioribus. nam libros omnes videas non ſemel conſentire et conſpirare in lectionem falſam.

* Vid. c. 23, 2.

* Varr. Lectt. 17, 7. 18, 14. 37, 5 et in Rhet. Ariſtot. 3, 16.

falſam *. Sed in oratione ipſa comparet tanta tamque mira ſimplicitas et elegantia adeo natiua, quae non indigna intelligatur ingenio ac facundia Theophraſti: et quanquam video maiorem credi eſſe corruptorum ſuſpectorumque et obſcurorum locorum copiam et multitudinem in hoc paruo libello, maxime in poſterioribus eius Capitibus, quam in multis libris grandibus: tamen multi eorum integri ſunt et ſani, etiam clari, alii multo clariores forent, ſi ſciremus, quis loco quoque notatus ab auctore deſcriptuſque eſſet. Sed cauſſa multitudinis vitiorum, in Capitibus maxime poſterioribus, repetenda videtur ab paucitate Codicum manu ſcriptorum. Nam quo ſaepius liber aliquis deſcriptus eſt, quo plures illius reſtant Codices, quo maior eſt lectionum varietas: eo minor reperitur numerus locorum vitioſorum ſuſpectorumque, vt vel hoc nomine ſumme praedicanda intelligatur diuina prouidentia, quae libros Graecos Noui Foederis toties deſcribi, varianteſque eorum lectiones tanto ſtudio, tanta diligentia, a Viris doctiſſimis congeri iuſſerit. quam rem imperiti et rudes inepte vociferantur abeſſe integritati ſacrarum litterarum.

Ego vero vehementer opto, vt non modo opera, quam poſui in recenſendo, illuſtrandoque hoc libello, proſit quam plurimis, ſed vt omnes

* Vt c. 8, 2 ἐπιλαθέσθαι et ibid. 4 πλῆστοι.

omnes Pacis Otiique commodis Germaniae nuper a deo Optimo Maximo reſtituti, ita vtantur ſemper, vt colant litteras humanitatis ſummo ſtudio ad tuendam defendandemque ab omni malorum impetu et furore, religionis caſtitatem et integritatem. Ita Vale, Lector amice, meisque non minus, quam operarum, peccatis ignoſce. Neque enim ipſi potuimus praeeſſe librariis, ſed partes has mandare coacti ſumus diligentiae Theodori Praetorii, municipis noſtri, Viri clariſſimi et doctiſſimi. Scripſi Lipſiae m. Martio A. C. CIↃ IↃ CC LXIII.

PRAESTANTISSIMO

VIRO

D. NICOLAO BRVLARDO

A SILERI

HENRICI IIII.

'rancor. et Nauar. Regis Chriſtianiſſimi in ſacro conſiſtorio Conſiliario, et apud Helùetios Rhaetoſque Legato,

ISAACVS CASAVBONVS S

D*octrinam morum, quae vel vtiliſſima philoſophiae pars eſt, BRVLARDE praeſtantiſſime, non vna ratione veteres ſapientes tradiderunt. Fuere i in recte conſtituenda vitae ſumma, et inueniendo io, vt putabant, ſummo, quaerendisque et expli-ıdis mediis ad beatitatem ducentibus, ſuam omnem ram ponerent. Fuere qui ad ſingulas vitae huma-partes ſtudium conferrent ſuum, et quid cuique ſonae, cuique aetati conueniret, quae officia ſingulo-*

gulorum, docere laborarent. Illam priorem veteres δογματικὴν, *hanc poſteriorem* παραινετικὴν, *philoſophiam nuncuparunt. Fuit vero et tertium quoddam tractandae morum diſciplinae genus, e re* χαρακτηριςικὸν *ab iisdem illis nominatum. Pulcherrimam hanc philoſophandi viam, primus, vt videtur, ſenex facundiſſimi oris, Theophraſtus inuenit: primus certe, quod ex antiquis monumentis conſtet nobis, in eo ſe, et elegantiſſimum illud ingenium ſuum exercuit. Neque abeſt coniectura, ſummum virum cum a Platone didiciſſet, Virtutem, ſi oculis cerneretur, mirabiles ſui amores excitaturam: rationem et veſtigaſſe prudenter, et perueſtigaſſe ſolerter, qua cum virtutis ſpeciem pulcherrimam, tum etiam vitiorum dedecus ac turpitudinem ipſis pene dixerim corporis oculis ſpectandam exhiberet. Magnum ſane auſum, et eo viro digniſſimum, qui felici illo ſeculo viueret, quod tulit Socratem, Platonem vidit, Ariſtotolem generi humano dedit: III viros conſtituendae philoſophiae, ſine dubio diuinitus excitatos. Quorum in ſinu et gremio cum fuerit hic de quo loquimur educatus, nec dubium, nec mirum eſt eum ipſum ſcientiae* βαθύτητα *eſſe conſecutum, eam ſcribendi facultatem adeptum, vt nihil vnquam ſit ab eo profectum, quod non viſum ſit ſtudioſis ſapientiae omnibus numeris perfectum. Teſtes ſunt huius tantae illius praeſtantiae, cum alia hominis monumenta, quae in ſtudioſorum manibus, hodieque verſantur: tum hic quoque liber aut libri potius* ἀποσπασμάτιον, *quod me auctore, atque interprete in tuam ſe clientelam, ſi pateris BRVLARDE clariſſime, geſtit tradere. Eſt autem hic ille Theophraſtei ingenii foetus, de quo paulo ante dicebam: liber, ſine dolo dicam, aurum contra non carus. Nam quod ille integer ad nos non peruenerit, adeo non debet ea calamitas reliquiarum iſtarum pretium apud nos imminuere: vt contra potius eo maiore cura ac ſtudio, ceu*

tabu-

tabulae aliquae ex ingenti naufragio ſuperſtites, colligendae nobis colligandaeque videantur. Neque ſane vereri vnquam ſubiit, ne, quas horas in emendando, vertendo, et explicando hoc Fragmento ponebamus, eas docti viri male nos collocaſſe iudicarent. Et vero praeter grauiſſimorum virorum adhortationes, quibus excitati primum ſumus ad hanc qualemcunque operam Theophraſto commodandam: exemplo etiam ſumus confirmati doctiſſimorum hominum, quos ante nos in eandem deſcendiſſe arenam videbamus, qui ſi tantum aut temporis aut diligentiae huic negotio impendiſſent, quantum res poſtulabat; facile mihi perſuadeo potuiſſe illos et mihi et aliis omnibus occaſionem praeripere falcem in ipſorum meſſem iniiciendi. Verum quid inter illorum editionem et noſtram hanc interſit, doctis candisque lectoribus aeſtimandum et iudicandum relinquimus. In primis autem te, BRVLARDE ſapientiſſime, arbitrum ferimus: cuius iudicio ſi ſtabit et probabitur noſtra haec opella, nae cauſſa non erit, cur de caeterorum eruditorum calculis aut deſperemus, aut multum ſimus ſolliciti, quod enim ille olim de Platone, id ego non minori iure nunc, de te, Vnus tu mihi inſtar omnium. Nam et is es tu, in quo vno cunctas habitare virtutes, quas in aliis mirari ſolemus ſingulas, vno omnes ore pridem fatentur. Te quondam in media patria, et in oculis tuorum ciuium Reipu. gubernacula integritate, iuſtitia, et moderatione ſumma inter praecipuos tractantem, laudibus in coelum omnes ferebant. Te nunc legationis huius ampliſſimo munere difficillimis hiſce et tantum non deſperatis temporibus ſapientiſſime, prudentiſſime, feliciſſimeque fungentem, omnes mirantur. Te denique fortiſſima Heluetiorum gens tanquam vnicum, et coelo delapſum fidei, conſtantiae, veritatis, grauitatis, et, vt vno verbo dicam, veteris illius Francicae generoſitatis, quae pridem defeciſſe in noſtra gente

**** *arti-*

artibus corrupta exoticis, videbatur, exemplar intuetur, ſuſpicitque. Quid ego nunc commemorem, non Iuris ciuilis tantum, ſed plurimarum artium honeſtiſſimarum accuratam cognitionem? quid ſummum illum amorem, ardoremque in litteras, et cum plurima teneas, plura in dies diſcendi deſiderium? quod cum a puero maximum tibi naturae auctor Deus inoleuiſſet, ne nunc quidem inter tantas, tam moleſtas, tam difficiles curas et occupationes relanguit, nedum exaruerit. Accedit ad has tantas virtutes tuas, ceu inſerta pulcherrima, ſingularis morum comitas: quae te omnibus bonis non minus reddit amabilem, quam illa priora venerabilem. Et erit aliquis qui miretur tantum te gratia, tantum auctoritate apud omnes pollere? mirarer potius, ſi qui eſſet, qui cum te vidiſſet, cum loquentem audiſſet, non ſtuperet. Equidem, vt primum te vidi, et quae ante fama de te acceperam, praeſens maiora omnia in te agnoui: nunquam ab eo deſtiti ſilentio, atque εὐφημίᾳ *animum iſtum tuum tam excelſum, et tot virtutibus exaggeratum venerari, cuius affectus, animique in te mei patere obſecro te, vir maxime, extare hoc, cuicuimodi eſt, teſtimonium: meamque hanc ſiue temeritatem, ſiue audaciam aequi boni conſule. Vale. a d.* IV. *Kalend. Febr.* CIↃ IↃ XCII.

EX

EX LIBRO QVARTO RHETORICORVM

AD HERENNIVM.

Oſtentatoris pecunioſi character.

NOTATIO eſt, cum alicuius natura certis deſcribitur ſignis, quae ſicuti notae quaedam naturae ſunt attributa. Vt ſi velis non diuitem, ſed oſtentatorem pecunioſum deſcribere: Iſte, inquies, Iudices, qui ſe dici diuitem, putat eſſe praeclarum, primum nunc videte, quo vultu vos intueatur. nonne vobis videtur dicere, Darem ſi mihi moleſti non eſſetis? cum vero ſiniſtra mentum ſubleuat, exiſtimat ſe gemmae nitore, et auri ſplendore aſpectus omnium perſtringere. Cum puerum reſpicit hunc vnum, quem ego noui (vos non arbitror nouiſſe) alio nomine appellat, deinde alio atque alio: Heus tu, inquit, veni Sannio, ne quid iſti barbari perturbent: vt ignoti qui audiunt, vnum putent eligi de multis: ei dicit in aurem, aut vt domi lectuli ſternantur, aut ab auunculo rogetur Aethiops, qui ad balneas veniat, aut aſturconi locus ante oſtium ſuum detur, aut aliquod fragile falſae choragium gloriae comparetur. Deinde exclamat, vt omnes audiant, Videto, vt diligenter enumeretur, ſi poteſt, ante noctem. Puer qui iam bene hominis naturam nouit, Tu illo plures mittas oportet, inquit, ſi hodie vis transnumerari. Age, inquit, duc tecum Libanum, et Soſiam. Sane. Deinde caſu veniunt hoſpites homini, qui iſtum ſplendide, dum peregrinaretur, receperunt: ex ea re homo hercle ſane conturbatur: ſed tamen a vitio naturae non recedit. Bene, inquit, facitis cum venitis: ſed rectius feciſſetis, ſi ad me domum recta abiiſſetis. Id feciſſemus, inquiunt illi, ſi do-

mum nouiſſimus. At iſtud quidem, inquit, facile fuit vndelibet inuenire. Verum ite mecum: ſequuntur illi: ſermo interea huius conſumitur omnis in oſtentatione. Quaerit in agris cuiusmodi frumenta ſint: negat ſe, quia villae incenſae ſint, accedere poſſe, nec aedificare etiam nunc audere: tametſi in Tuſculano quidem coepi inſanire, et in iisdem fundamentis aedificare. Dum haec loquitur, venit in aedeis quasdam, in quibus ſodalitium erat eodem die futurum: quo iſte pro notitia domini aedium ingreditur cum hoſpitibus. Hic, inquit, habito. perſpicit argentum quod erat expoſitum, viſit triclinium ſtratum, probat: accedit ſeruulus, dicit homini clare dominum iam venturum, ſi velit exire. Itane, inquit? Eamus hoſpites, frater venit ex Salerno, ego illi obuiam pergam: huc vos decima venitote. hoſpites diſcedunt. Iſte ſe raptim domum ſuam coniicit: illi decima, quo iuſſerat, veniunt. quaerunt hunc. reperiunt, domus cuia ſit: in diuerſorium deriſi conferunt ſeſe. Vident hominem poſtera die: narrant, expoſtulant, accuſant. ait iſte eos ſimilitudine loci deceptos, angiporto toto deerraſſe: contra valetudinem ſuam ſe ad multam noctem exſpectaſſe. Sannioni puero negotium dederat, vt vaſa, veſtimenta, pueros corrogaret. ſeruulus non inurbanus, ſatis ſtrenue et concinne comparat. iſte hoſpites domum deducit. Ait ſe aedes maximas cuidam amico ad nuptias commodaſſe. Nunciat interea puer argentum repeti: (pertimuerat enim, qui commodarat) Apage te, inquit: aedes commodaui, familiam dedi, argentum quoque vult? tametſi hoſpites habeo, tamen vtatur licet, nos Samiis delectabimur. Quid ego quae deinde efficiat, narrem? eiusmodi eſt hominis natura, vt quae ſingulis diebus efficiat gloria atque oſtentatione, ea

vix

vix annuo ſermone enarrare poſſim. Huiusmodi notationes, quae deſcribunt quid conſentaneum ſit vniuscuiusque naturae, vehementer habent magnam delectationem: totam enim naturam cuiuspiam ponunt ante oculos: aut glorioſi, vt nos exempli cauſa coeperamus, aut inuidi, aut timidi, aut auari, ambitioſi, amatoris, luxurioſi, furis, quadruplatoris: denique cuiusuis ſtudium protrahi poteſt in medium tali notatione.

RVTILIVS LVPVS
DE
FIGVRIS SENTENTIARVM
LIBRO II.

Ebrioſi hominis character.

CHARACTERISMOS. Quemadmodum pictor coloribus figuras deſcribit: ſic orator hoc ſchemate, aut vitas, aut virtutes eorum de quibus loquitur, deformat. *Lyconis.* Quid in hoc arbitrer bonae ſpei reliquum reſidere, qui omne vitae tempus vna, ac deſperatiſſima conſuetudine produxit? Nam ſimul atque ex primis horis diei, nimia cibi ac vini ſatietate, vix meridiano tempore, plenus crapula experrectus: primus oculis mero madidis, humore obcaecatis, viſu grauidis, lucem conſtanter intueri non poteſt: deinde confectis viribus, vtpote cuius venae non ſanguine, ſed vino ſunt repletae, ſe ipſe erigere non valet: tandem duobus innixus languidus, qui cubando ſit defatigatus, tunicatus ſine pallio, ſoleatus prae lectulo, palliolo frigus a capite defendens, flexa ceruice, ſummiſſis genibus, colore exangui, protinus ex cubiculari lectulo excitatus, in triclinium trahi-

tur: ibi praeſto ſunt cotidiani pauci eodem ſtudio excitati conuiuae, hic vero princeps paulum illud reliquum quod habet mentis ac ſenſus, poculis extrudere feſtinat, et eos bibendo prouocat, et laceſſit perinde ac ſi in hoſtium praelio quam plurimos ſuperarit, atque adflixerit, ampliſſimam ſibi victoriam paratam exiſtimans. Interea procedit ſimul et illud tempus, et potatio: oculi vinum lacrymantes caligant; ebrioſum ipſi vix ebrii cognoſcunt: alius ſine cauſſa iurgio proximum laceſſit: alius ſomno deditus, vi cogitur vigilare: alius rixari parat: alium turbas vitantem, ac domum reuerti cupientem retinet ianitor, pulſat, exire prohibet domum, interdictum demonſtrans. Interim alium contumelioſe extra ianuam eiectum, vacillantem puer ſuſtentat, ac ducit pallium per lutum trahentem. Nouiſſime ſolus in tricliuio relictus, non prius poculum ex manibus emittit, quam ſomnus oppreſſit bibentem, ac diſſolutis artubus, ipſum poculum ſuapte natura dormienti excidit.

Characterismus. In vulgatis editionibus legitur *Chreſterismus.* absque dubio mendoſe.

Aut vitas, lege *aut vitia.* probant ſequentia.

Viſu grauidis. Prior vox mendum continet. Scrib. *vino gr.* οἰνοβαρέσι.

Soleatus prae lectulo. Fortean, *vt e lectulo.* κρηπῖδας ἔχων ὡς ἀπὸ τῦ κλινιδίȣ. Sed videtur qui Lyconis locum e Graeco vertit, reperiſſe in ſuo codice, ὑπὸ pro ἀπὸ: neque de menda eſſe ſuſpicatus.

Palliolo frigus a capite defendens. Recte *palliolo* ſic alibi: quia tamen Grece ſcripſerat Lyco, fortaſſe *pileolo* ſcribendum. πιλίδιον ἐν τῇ κεφαλῇ ἔχων πρὸς τὸ ψύχος.

Iurgio proximum laceſſit. τὸν πλησίον ἐρεθίζει.

EX

EX Q. HORATII FLACCI SATYR.

Lib. I. Sat. IX.

Garruli hominis character.

Ibam forte via Sacra, ſicut meus eſt mos,
Neſcio quid meditans nugarum, totus in illis.
Occurrit quidam notus mihi nomine tantum,
Arreptaque manu, quid agis dulciſſime rerum?
Suauiter, vt nunc eſt, inquam: et cupio omnia, quae vis.
Cum aſſectaretur, nunquid vis? occupo: at ille
Noris nos, inquit: docti ſumus, hic ego, pluris
Hoc, inquam, mihi eris. miſeré diſcedere quaerens.
Ire modo ocyus, interdum conſiſtere, in aurem
Dicere neſcio quid puero, cum ſudor ad imos
Manaret talos: o te Bollane cerebri
Felicem, aiebam tacitus: cum quidlibet ille
Garriret, vicos, vrbem laudaret, vt illi
Nil reſpondebam: Miſere cupis, inquit, abire,
Iamdudum video: ſed nil agis: vſque tenebo:
Perſequar. Hinc quo nunc iter eſt tibi? Nil opus eſt te
Circumagi: quendam volo viſere, non tibi notum:
Trans Tiberim longe cubat is prope Caeſaris hortos.
Nil habeo quod agam, et non ſum piger: vsque ſequar te.
Demitto auriculas, vt iniquae mentis aſellus,
Cum grauius dorſo ſubiit onus. Incipit ille:
Si bene me noui, non Viſcum pluris amicum,
Non Varium facies, nam quis me ſcribere plureis,
Aut citius poſſit verſus? quis membra mouere
Mollius? inuideat quod et Hermogenes, ego canto.
Interpellandi locus hic erat. Eſt tibi mater,
Cognati: queis te ſaluo eſt opus? Haud mihi quiſquam:
Omnes compoſui. Felices: nunc ego reſto:
Confice: namque inſtat fatum mihi triſte, Sabella
Quod puero cecinit, diuina mota anus vrna.

Hunc

Hunc neque dira venena, nec hoſticus auferet enſis.
Nec laterum dolor, aut tuſſis, nec tarda podagra.
Garrulus hunc quando conſumet cunque: loquaceis,
Si ſapiat, vitet, ſimulatque adoleuerit aetas.
Ventum erat ad Veſtae quarta iam parte diei
Praeterita, et caſu tunc reſpondere vadato
Debebat: quod ni feciſſet, perdere litem.
Si me amas, inquit, paullum hic ades. Inteream ſi
Aut valeo ſtare, aut noui ciuilia iura:
Et propero quo ſcis. Dubius ſum quid faciam, inquit:
Tene relinquam, an rem. Me ſodes. Non faciam ille:
Et praecedere coepit, ego, vt contendere durum eſt,
Cum victore ſequor.

Similes hic alios characteres poteramus adiungere e diuerſis ſcriptoribus: niſi id ſtudioſi lectoris diligentiae relinquendum eſſe iudicaſſemus. Nam exempli cauſſa deſcriptionem prope Theophraſteam hominis timidi habes apud Syneſium, epiſtola CIV. hominis inepte elegantis, et opes oſtentantis, apud Petronium Arbitrum. vani et inſulſi, apud Lucianum Ῥητόρων διδασκάλῳ. belli et μικρόφιλοτίμου apud Martialem lib. III. epigrammate in Cotilum ambitioſi, itemque delicati, apud Dionem in IIII. ſermone de regno γαστριμάργου apud facundiſſimum ſcriptorem, B. Chryſoſtomum homilia XXXVIII. in Acta Apoſtol omitto alias vitioſorum ſuauiſſimas deſcriptiones, cum in eiusdem beati Patris ſcriptis aureis, tum apud auctores caeteros vtriusque linguae.

CASAVBONVS.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ
ΗΘΙΚΟΙ ΧΑΡΑΚΤΗΡΕΣ

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ

Ἤδη μὲν καὶ πρότερον πολλάκις ἐπιστήσας τὴν διάνοιαν, ἐθαύμασα, ἴσως δὲ οὐδὲ παύσομαι θαυμάζων, τί γὰρ δήποτε τῆς Ἑλλάδος ὑπὸ τὸν αὐτὸν ἀέρα κειμένης, καὶ πάντων τῶν Ἑλλήνων ὁμοίως παιδευομένων, συμβέβηκεν ἡμῖν οὐ τὴν αὐτὴν τάξιν τῶν τρόπων ἔχειν. [2] Ἐγὼ γὰρ, ὦ Πολύκλεις, συνθεωρήσας ἐκ πολλοῦ χρόνου τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, καὶ βεβιωκὼς ἔτη ἐννενήκοντα ἐννέα, ἔτι δὲ ὡμιληκὼς πολλαῖς τε καὶ παντοδαπαῖς φύσεσι, καὶ παρατεθεαμένος ἐξ ἀκριβείας πολλῆς τούς τε ἀγαθοὺς τῶν ἀνθρώπων καὶ τοὺς φαύλους· ὑπέλαβον δεῖν συγγράψαι ἃ ἑκάτεροι αὐτῶν ἐπιτηδεύουσιν ἐν τῷ βίῳ. Ἐκθήσω δέ σοι κατὰ γένος ὅσα τε τυγχάνει γένη τρόπων τούτοις προσκείμενα, καὶ ὃν τρόπον τῇ οἰκονομίᾳ χρῶνται. [3] Ὑπολαμβάνω γὰρ, ὦ Πολύκλεις, τοὺς υἱεῖς ἡμῶν βελτίους ἔσεσθαι, καταλειφθέντων αὐτοῖς ὑπομνημάτων τοιούτων· οἷς παραδείγμασι χρώμενοι, αἱρήσονται τοῖς εὐσχημονεστάτοις συνεῖναί τε καὶ ὁμιλεῖν, ὅπως μὴ καταδεέστεροι ὦσιν αὐτῶν. [4] Τρέψομαι δὲ ἤδη ἐπὶ τὸν λόγον· σὸν δὲ, παρακολουθῆσαί τε καὶ εἰδῆσαι, εἰ ὀρθῶς λέγω. Πρῶτον μὲν οὖν ποιήσομαι τὸν λόγον ἀπὸ τῶν τὴν εἰρωνείαν ἐζηλωκότων, ἀφεὶς τὸ προοιμιάζεσθαι, καὶ πολλὰ περὶ τοῦ πράγματος λέγειν. Καὶ ἄρξομαι πρῶτον ἀπὸ τῆς εἰρωνείας, καὶ ὁρίουμαι αὐτήν· εἶθ' οὕτως τὸν εἴρωνα διέξειμι, ποῖός τις ἐστὶ,

καὶ εἰς τίνα τρόπον κατενήνεκται· καὶ τὰ ἄλλα δὴ τῶν παθημάτων, ὥσπερ ὑπεθέμην, πειράσομαι κατὰ γένος φανερὰ καταστῆσαι.

NOTAE

ΘΕΟΦΡ. ΗΘ. ΧΑΡ.] Abſunt verba haec ab Heinſ. Caſaubonus in Prolegomenis ad Commentarium ſuum ait, ſe in libris nonnullis recentioribus (intellegit Vir doctus haud dubie ſcriptos calamo libros) titulum Opuſculi inueniſſe hunc, Θεοφράστου Χαρακτῆρες περὶ ἰδιωμάτων· qui titulus additus ſit et profectus ab hominibus indoctis et ineptis. Nos vero in Codice Guelferbytano ytroque indices Capitum praefixos toti Opuſculo reperimus hunc in modum: Θεοφράστου Χαρακτῆρες. εἰρωνείας, α. κολακίας [ita ſcriptum erat in Cod. 26: ſed in Cod. 21 legebatur κολακείας] β. ἀδολεσχίας, γ. ἀγροικίας, δ. ἀρεσκίας, ε. ἀπονοίας, ϛ. λαλιᾶς, ζ. λογοποιΐας, η. ἀναισχυντίας, θ. μακρολογίας, ι. βδελυρίας [in Cod. 21 alia manus, ſupra litteram λ, addiderat, rubro colore, aliam litteram λ, vt eſſet βδελλυρίας], ια. ἀκαιρίας, ιβ. περιεργίας, ιγ. ἀναισθησίας, ιδ. αὐθαδείας, ιε. Atque fere eadem verba praemiſſa, libello extare cognouimus in libris editis antiquis. Norib. Θεοφράστου Χαρακτῆρες. εἰρονείας. κολακείας. ἀδολεσχίας. ἀγροικίας. ἀρεσκείας. ἀπονείας. λαλιᾶς. λογοποιΐας. ἀναισχυντίας. μικρολογίας. βδελλυρίας. ἀκαιρίας. περιεργίας. ἀναισθησίας. αὐθαδείας. Crat. et Oporin. Θεοφράστου Ἠθικοὶ [quod vocabulum abeſt ab Cratand.] Χαρακτῆρες. εἰρωνείας. κολακείας. ἀδολεσχείας [Crat. ἀδολεσχίας]. ἀγροικίας. ἀρεσκείας. ἀπονοίας. λαλιᾶς. λογοποιΐας. ἀναισχυντίας. μικρολογίας. βδελλυρίας. περιεργίας. ἀναισθησίας. αὐθαδείας. Camot. Θεοφράστου Χαρακτῆρες. Εἰρωνείας, α. Κολακείας, β. Ἀδολεσχίας, γ. Ἀγροικίας, δ. Ἀρεσκίας, ε. Ἀπονοίας, ϛ. Λαλιᾶς, ζ. Λογοποιΐας, η. Ἀναισχυντίας, θ. Μακρολογίας, ι. Βδελυρίας, ια. Ἀκαιρίας, ιβ. Περιεργείας, ιγ. Ἀναισθησίας, ιδ. Αὐθαδείας, ιε. Steph. Lyc. Auber. Morel. Θεοφράστου Ἠθικοὶ Χαρακτῆρες, Εἰρωνείας, Κολακείας, Ἀδολεσχίας, Ἀγροικίας, Ἀρεσκείας, Ἀπονοίας, Λαλιᾶς, Λογοποιΐας, Ἀναισχυντίας, Μικρολογίας, Βδελυρίας, Ἀκαιρίας, Περιεργίας, Ἀναισθησίας, Αὐθαδείας, Δεισιδαιμονίας, Μεμψιμοιρίας, Ἀπιστίας, Δυσχερείας, Ἀηδίας, Μικροφιλοτιμίας, Ἀνελευθερίας, Ἀλαζονείας. E qua ſcripturae librorum veterum varietate ſatis apparet, vocabulum Ἠθικοὶ primo ab Oporino, vel potius ab eo, qui praefuit editioni Oporinianae, adiectum eſſe, haud dubie e libris Diogenis Laërtii [5,48]: et ex editione illa deinde in reliquas, vt Stephanianam, Morelianam, Caſaubonianas, aliaſque recentiores, commigraſſe.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ] Vocabulum hoc extat in Steph. Lyc. Aub. Morel. Brunſuic. Nedh. Pau. Suart. Sed aberat ab Codd. Guelff., abeſtque ab Norib. Crat.

Crat. Opor. Camot. Sylb. Kirchman. Furl. Heinſ. Caſaub. a. 1612, Helmſtad. In Vpſ. 1, eius loco, legitur CAP. 1, et in Gal. 2, Vpſ. 2, Κεφ. ά.

1 *ἤδη μὲν καὶ πρότ.*] Norib. Crat. Opor. Furl. *ἤδη καὶ πρότερον*, omiſſa particula *μέν*· quae quo minus abeſſe poſſit, particula *δὲ*, quae ſequitur, impedit. Nimirum in libris nonnullis olim videtur fuiſſe, *ἤδη μὲν πρότερον.* ita certe in Cod. Coiſlin. legi, Montefalconius [Catal. bibl. Coiſlin p. 588] auctor eſt. nam Nedhamus quidem, quem Codice illo vſum nouimus in adornanda editione ſua, nil habet in animadverſionibus de varietate iſta. Iam quum notae, quibus particulae *μὲν* et *καὶ* ſcriptae in libris vetuſtis reperiuntur, nihil, certe perparum, inter ſe differant: facile potuit fieri, vt librarii, qui vellent notas illas litteris exprimere, pro *μὲν* ſcriberent *καί*. Quam nos ſequuti ſumus lectionem, eam in libris ſcriptis Guelff. reliquiſque omnibus offendimus, etiam in editis. In Suartiano quidem exemplo eſt *ἤδη μὴν καὶ πρότερον.* Sed hoc quin operarum peccatum ſit, non dubitari poſſe videtur.

τί γὰρ δήποτε] Haec erat ſcriptura Codd. Guelff. Trin. Gall. quinque, Oſborn. Baroc. Vulc. neque aliter legunt Norib. Crat. Opor. Camot. Steph. Lyc. Sylb. Aub. Morel. Furl. Nedh. Suart. Geſn. in Chreſtom. veriſſime haud dubie. nam magnitudo quidem admirationis ſingularis particulam *γὰρ* omnino flagitat. Nedhamus enim et Pauus errant, quum putant, Coniunctionem illam redundare hoc loco. Multo tamen grauius peccauit Caſaubonus, quod particulam illam exemplis ſuis expulit, eu̓iditque, *τί δήποτε.* cuius peccati miror participes eſſe voluiſſe Kirchmanum, Heinſium, Bencelium, atque eos, qui editt. Vpſal. 1, Helmſtad. et Budiſſin. adornarunt. Sed in quot quantoſque errores non inducuntur ſaepenumero homines, etiam cauti et diligentes, magnorum Virorum auctoritate et exemplo!

τῆς Ἑλλάδος] Kirchmanus edidit, de Caſauboni ſententia, *πάσης τῆς Ἑλλάδος.* temere et ſine cauſſa. nam per ſe intellegi poteſt. Neque tamen magis probanda videtur altera coniectura, qua ſe ductum aliquando, idem Caſaubonus oſtendit, ſcribendum iudicaſſe, *τί δήποτε τῆς πόλεως ἁπάσης ὑπὸ τὸν αὐτὸν ἀέρα κειμένης, καὶ πάντων τῶν πολιτῶν* —. Hoc vero eſt ſecare ferro et vrere membra, non ſanare vulnera fomentis! Aut enim reſpexit Theophraſtus inſtituta Graecorum propria, quae abhorrerent ab inſtitutis moribuſque barbarorum: aut per *Ἑλλάδα* *Athenae*, et per *Ἕλληνας* *Athenienſes*, intellegi debent. Certe in Epigrammate Thucydidis de Euripide *Athenae* diſerte

ſerte vocantur ἑλλάδος ἑλλάς. vid., praeter Caſaubonum, Berglerus ad Alciphron. 2 ep. 3 p. 233.

2 ὦ Πολύκλεις] Camot. ὦ πολύκλεις.

ἐκ πολλοῦ χρόνου] In editis libris fere omnibus, vt Norib. Crat. Opor. Steph. Lyc. Sylb. Aub. Morel. Caſaub. Kirchm. Furl. Heinſ. Brunſu. Vpſ. 1, Helmſt Gal. 1. 2, Budiſ. Vpſ. 2, Nedh. Pau. Suart., omiſſum eſt vocabulum χρόνου. At quum nos illud additum reperiſſemus in Codd. Guelff., quum idem in Codd. Gall. Baroc. Oſborn. Vulc. extitiſſe Nedhamus auctor ſit; quum etiam in Camot. et in marg. Heinſ. habeatur: non dubitauimus reſtituere in ſedem priſtinam cum Geſnero, qui idem fecit in Chreſtomathia, ita tamen vt vncis incluſerit, qui recte omitti poterant. Nam et alii ſcriptores Attici ita loquuntur, veluti Andocides orat. 1 p. 172 Hanou., et auctorem libelli animadvertimus etiam alibi addere ſolere vocabula, quae recte abeſſe poſſint. vt c. 11, 4 ἀπὸ τῶν ξενίων τὸ μέρος τὸ αὐτοῦ ἀπαιτήσας ἀποδόσθαι.

καὶ βεβιωκώς] Sic, non aliter, inueni ſcriptum in Codd. Guelff. recte. nam καὶ ſaepiſſime habet vim explicandi et interpretandi, ita vt hic quoque diligentia Caſauboni et acumen deſideretur, qui aut particulam καὶ mutandam cenſebat in ἅτε, vt infra c. 17, 2: aut legendum ἅτε καί. Poſterior haec coniectura Viri magni ſe Kirchmano ita probavit, vt receperit ἅτε καὶ βεβιωκώς· et ἅτε βεβιωκὼς video eſſe in Vpſ. 1, Helmſt. Gal. 1. 2, Budiſ., etiam, id quod non parum miror, in Chreſtomathia Geſneri.

ἐννενήκοντα ἐννέα] Codd. Guelff, vt Camot., ἐνενηκονταεννέα· ſed in marg. Cod. 21 γρ. ἐννενηκονταεννέα· etiam in Norib. Crat. et Opor. habetur ἐνενήκοντα. Qui numeri quum ſint non modo in libris Theophraſti omnibus, et ſcriptis et editis antiquis, ſed etiam apud Tzetzen [Chiliadd. 9., 296]; Laërtius autem Theophraſtum tradat [5, 40] mortuum eſſe annos natum quinque et octoginta: Caſaubonus excogitauit duplicem rationem, qui tolli iſta diſcrepantia diſſenſioque poſſet. Nam tum quidem, quum libellum Theophraſti primo ederet Vir ſummus, putabat, in eo pro ἐννενήκοντα reponendum eſſe, Laërtii indicio, ἑβδομήκοντα. quam rationem, ab auctore poſtea ipſo repudiatam, Kirchmanus ita ſequutus eſt, vt in contextum receperit verba ἑβδομήκοντα ἐννέα. Sed poſtea mutavit ſententiam, vt dixi, Caſaubonus, mendumque exiſtimavit eſſe potius in libris Laërtii, in quibus pro οθ′ emendari deberet ϙθ′: quam rationem probari memini ab Solano ad Luciani Μακροβ. p. 223 To. 3 Reit. At quum Laërtius dicat,

ἔτε-

ἐτελεύτα δὴ γηραιὸς, βιοὺς ἔτη πέντε καὶ ὀγδοήκοντα· et numeri πέ, h. e. 85, a numeris ϙθ', h. e. 99, nimium diſcrepent: miror ſane cum Palmerio, Caſaubonum praetuliſſe priori rationi poſteriorem. Arbitror itaque, Theophraſti libros corrigendos eſſe e Laërtio, et pro ἐννενήκοντα ἐννέα reſcribendum ἑβδομήκοντα ἐννέα. Neque enim mouere quenquam debet conſenſio omnium librorum ſcriptorum in priore lectione, quum in omnibus ſaepe libris exhiberi ſatis conſtet inter Criticos falſas lectiones. Deinde permutatio vocabulorum ἐννενήκοντα et ἑβδομήκοντα facilis eſt, nec noua atque inſolens. Sic apud Laërtium [1, 108] pro κατέστρεψε δὲ βιοὺς [loquitur Laërtius de Myſone philoſopho] ἔτη ἑπτὰ καὶ ἐννενήκοντα MS. et editio Stephani legunt, probante Menagio, κατ. δὲ βιοὺς ἔτη ἑπτὰ καὶ ἑβδομήκοντα. Caeterum multae eſſe afferrique cauſſae poſſe videntur, cur Cicero, cur Lucianus, cur Cenſorinus, Theophraſtum non numerarint in philoſophis longaeuis: et in Hieronymi epiſtola ad Nepotianum fieri poteſt, vt numeri ſint falſi: aut Hieronymus ea, quae a Cicerone [Tuſc. 3, 28] de Theophraſto referuntur, Themiſtocli, memoriae errore, tribuit. Ab cuiuſmodi erroribus nec vetuſtiſſimos optimoſque ſcriptores liberos immunesque fuiſſe, magnus Perizonius, in Animaduerſionibus Hiſtoricis, multis docuit exemplis.

ὠμιλῃκῶς] Crat. et Opor. ὠμιληκὸς. errore operarum. Mox Norib. τέ καί.

προσκείμενα] Sic ſcriptum erat diſerte in Cod. Gal. 5: neque aliter legitur in Steph. Lyc. Sylb. Aub. Morel. Caſaub. a. 1612, Kirchm. Heinſ. Brunſu. Vpſ. 1, Helmſt. Gal. 1. 2, Budiſ. Vpſ. 2, Nedh. Suart. et Geſn. Chreſtom. Sed Codd. Guelff. Gall. 4, Oſborn. Trin. Baroc Vulc non minus, quam Norib Crat. Opor. Furl. Pau. et marg. Heinſ., exhibent προκείμενα. Etiam Verſio Politiani Latina ſatis declarat, eum in libris ſuis inueniſſe προκείμενα· habet enim, *quot morum genera hominibus*. propoſita *ſunt*. Quam lectionem etſi non ignoro Lycio viſam eſſe praeſtare alteri: tamen ingenium verbi certum puto repugnare. Nam προκεῖσθαι quidem dicitur, quod ſciam, vel de iis, quae ſunt extra animum, vel de his, quae inſunt animo eique propoſita ſunt, tanquam ſcopus, quae aſſequi et facere geſtiat, non de iis, quae omnino et ſimpliciter inſunt animo. vt Pauſan. 5, 13 ἔργον αὐτῷ πρόκειται. Alciphro 1, 34 p. 144 ἐπεὶ ἔνγε ἀμφοτέροις τέλος πρόκειται τὸ λαβεῖν. ſic enim haud dubie legi debet, non πρόσκειται. 2 Cor. 8, 12 εἰ γὰρ ἡ προθυμία πρόκειται. Iam etſi non negem, verbum προκεῖσθαι dici poſſe de nonnullis vitiis, quae a Theophraſto notantur et deſcribuntur, vt de κολακείᾳ, εἰρωνείᾳ, aliiſque: tamen idem de reliquis,

vt de ἀναισθησίᾳ, ὀψιμαθίᾳ, adhiberi non poſſe, quis non intellegit? Itaque nec omnino dici poſſe videtur, ὅσα γένη τρόπων τούτοις προκείμενα. Caeterum verba προκεῖσθαι et προσκεῖσθαι etiam apud Pauſaniam 4, 33 p. 363 Kuhn. ita permutata ſunt a librariis, vt infra c. 7, 2 προσμανθάνειν et προμανθάνειν· atque πρόεσιν et πρόσεσιν apud Harpocrationem in vocab. ἀτίμητος. vid. Taylorus ad Aeſchin. c. Cteſiph. p. 647 To. 2 et Dorvillius ad Charit. p. 144.

3 ὦ Πολύκλεις] In marg. Heinſ. eſt γρ. Περίκλεις· quod vnde hauſtum eſſet, neſciebamus.

τοὺς υἱεῖς] In Norib. Crat Opor. Steph. Lyc. Sylb. Aub. Morel. Caſaub. Kirchm. Heinſ. Furl. Brunſu. Vpſ. 1. 2, Helmſt. Budiſ. Pau. legitur τοὺς υἱούς. Sed quum non modo in Camot., verum etiam in Codd. Guelff. Gall. Trin. Baroc. Oſborn. Vulc., extare vidiſſemus τοὺς υἱεῖς, quae forma Atticorum propria, ſed a librariis ſaepenumero commutata eſſet cum altera illa: eam Theophraſto reddere, eo minus dubitauimus, quum idem iam ante nos a Nedhamo, Suartio, Geſneroque in Chreſtomathia, factum ſciremus. Marg. Heinſ. γρ. ἡμεῖς. emend. υἱεῖς.

οἷς παραδείγμασι] Intell. ὡς. Sic Plato Euthyphr. 7 χρώμενος αὐτῷ παραδείγματι. Iſocrat. ad Demonic. p. 31 Bat. οἷς χρὴ παραδείγμασι χρωμένους ὀρέγεσθαι τῆς καλοκἀγαθίας. neque enim verba οἷς παραδείγμασι, cum interpretibus Latinis, coniungenda puto. Xen. de Cyri exp. 2 p. 134 ſ. Hutchinſ. min. τὰς δέ τινας ξηραίνοντες, τραγήματα ἀπετίθεσαν. Muretus legit, ſed ſine cauſſa idonea, ἐς τραγήματα. Diodor. Sic. 14, 27 ὥστε τοὺς Ἕλληνας ἐναγκυλοῦντας τὰ ῥιπτούμενα βέλη, τούτοις σαυνίοις χρωμένους ἐξακοντίζειν· vbi Stephanus et Rhodomanus temere inſeri particulam ὡς legique volebant τούτοις ὡς σαυνίοις, ita vt admodum mirer, idem in mentem veniſſe Suartio, qui in notis ad h. l. ὡς fortaſſe excidiſſe ait.

συνεῖναί τε] Norib. συνειναίτε. Camot. συνεῖναι τὲ —.

4 σὸν δὲ] Norib. Crat. Opor. Furl. σὺ δέ. perperam. Fides certe et conſtantia reliquorum librorum nos vetat de ἀνακολουθίᾳ cogitare.

παρακολουθῆσαί τε καὶ εἰδ.] Camot. παρακολουθήσαι τε καὶ εἰδ. Codd. Gall. vetuſtiſſimi, παρακολουθῆσαί τε ὀρθῶς καὶ εἰδῆσαι. Cod. Baroc. παρακολουθῆσαι ὀρθῶς καὶ εἰδῆσαι. Errorem ſcilicet peperere ſyllabae verborum παρακολουθῆσαι et εἰδῆσαι vltimae ſimiliter cadentes, neglegenteſque et properantes nimis librariorum oculi.

ποιήσομαι τὸν λόγον κ. λ.] Cod. Baroc. ποιήσομαι λόγων τῶν τὴν εἰρωνείαν ἐζηλωκότων. Cod. Gal. 1. 2 ποιήσομαι τῶν τὴν εἰρωνείαν ἐζηλωκότων, omiſſo vocabulo λόγων. Vnde Nedhamus quidem

dem legendum coniecit, *μνήσομαι τῶν τὴν εἰρωνείαν ἐζηλωκότων*, aſſentiente Suartio, qui praeterea *εἰρωνείαν* mutauit in *εὐήθειαν*, nec mutauit ſolum, ſed etiam vtrumque, et *μνήσομαι* et *εὐήθειαν*, recepit in contextum. quae audacia an probari poſſit, ex deinde dicendis appariturum ſperamus. Pauus in libris, e quibus Codices illi ducti eſſent, putabat fuiſſe, *ποιήσομαι λόγων, τὸν τὴν*, et *ποιήσομαι τὸν τὴν*· nam *λόγον*, aut *λόγων*, abeſſe poſſe, quod *ἐπὶ τὸν λόγον* et *λέγω* praecedant. Quae quomodo dicantur, fateor me non intellegere. Etiam Clerico ſuſpectus fuit locus in bibliotheca ſelecta. Nobis vero omnia videbantur eſſe ſana et integra, vt intellegetur ex iis quae ad verba *καὶ ἄρξομαι πρῶτον* diſputauimus. Caeterum in Camot. eſt *εἰρονείαν*· et in Vpſ. 1 *ἀπὸ τὴν εἰρωνείαν ἐζηλωκότων*, omiſſo Articulo *τῶν*. male.

περὶ τοῦ πράγματος] Nedhamo reſcribendum, ſed ſine idonea cauſſa, videbatur *πέρα τοῦ πράγματος*. Theophraſtus enim ait, ſe non multa praefaturum eſſe, et neque pluribus de natura virtutum vitiorumque vniverſe quaeſiturum, neque de vtilitate et neceſſitate ipſius inſtituti vberius diſputaturum, ſed ſe ſtatim ad rem ita conuerſurum, vt primo quaerar de vitiis, ingeniumque cuiusque et indolem breuiter definiat, vel potius deſcribat, et primo quidem *εἰρωνείας*.

καὶ ἄρξομαι πρῶτον] Plerique, et in his nuper Pauus maxime, ſibi viſi ſunt deprehendiſſe hoc loco certiſſima tautologiae cuiuſdam ineptae et vitioſae veſtigia: quae tamen ego, fortaſſe non ſagax ſatis, obeſaeque naris, homo, odorari non potui. Nam vt verba *πρῶτον ποιήσομαι τὸν λόγον ἀπὸ τῶν τὴν εἰρ. ἐζηλ.* ad vniuerſum libellum pertinent, quibus ſignificet Theophraſtus, ſe, in deſcribendis vitiis, initium facturum eſſe ab *εἰρωνεία*· ita verbis *καὶ ἄρξομαι πρῶτον ἀπὸ τῆς εἰρωνείας* declaratur, quomodo ſit in notanda *εἰρωνείας* turpitudine verſaturus. nam particulae *καὶ* manifeſtum eſt ineſſe hic quoque vim explicandi. Qua ex re, quam bene omiſſa ſit particula illa in Cod. Gal. 1, facile apparet. Vana etiam eſt et inanis Paui coniectura, qui olim fuiſſe putabat in libris nonnullis, *πρῶτον μὲν οὖν π. τ. λ. ἀπὸ τῶν τ. εἰρ. ἐζηλ., ἀφεὶς τὸ προοίμ. καὶ π. π. τοῦ πρ. λέγειν, καὶ ὁριοῦμαι αὐτήν*· ſed in aliis, *καὶ ἄρξομαι πρῶτον ἀπὸ τῆς εἰρ., ἀφεὶς — καὶ ὁριοῦμαι αὐτήν*· quae ſcripturae diuerſitas in marginibus Codicum collocata, librariorum inſcitia et neglegentia, inde migraſſet, ſed loco alieno, in contextum.

οὕτως] Non male. nam ſaepenumero *τὸ οὕτως* ſequuntur Conſonantes. vid. Reitius ad Lucian. p. 894 ſ. To. 2. Nobis vero numeri videbantur rotundiores aptioreſque fore, ſi

 legere-

legeretur ὄτω, quod non modo in Camot. eſt, ſed erat etiam in Codd. Guelff. Aurium ſcilicet faſtidium, vt delicatum ſemper, ita varium non raro, reperitur. Caeterum Suartii coniecturam, qui legi volebat εἶθ᾽ ὡς τὸν εἴρωνα —, ipſam refellere ſe arguereque vanitatis putabamus.

ποῖός τις ἐςὶ] Norib. ποῖός τίς ἐςι. Mox in Heinſ. pro καὶ εἰς τίνα τρόπον eſt τὸ εἰς τίνα τρόπον. perperam, ſed operarum neglegentia haud dubie.

ὑπεθέμην] Haec erat lectio Codd. Gall. Baroc. Oſborn. Vulc., etiam Guelff. quam, de editis libris, exhibent Norib. Crat. Opor. Camot. Caſaub. Furl. marg. Heinſ. Gal. 1. 2, Vpſ. 2, Nedh. Pau. Suart. Geſn. Chreſtom.: et quae non tam iudicio Lycii, Sylburgii, Paui, aliorumque, quam ingenio linguae conſuetudineque loquendi, confirmatur. Neque Politianum aliter legiſſe, verba *quemadmodum propoſui*, quae ſunt in Verſione eius Latina, oſtendunt ſatis. In Cod. Trin. extabat ἐπεθέμην· quam lectionem etiam Caſaubonus vocat *ſcriptam lectionem*, ita vt reperiſſe eam in libris Palatinis videatur, et natam ex altera illa recte cenſebat. Praeterea in Steph. Lyc. Sylb. Aub. Morel. Kirchm. Heinſ. Brunſu. Vpſ. 1, Helmſt. habetur ὑπερεθέμην· quod verbum hic ferendum quodammodo Caſaubonus opinabatur. Vim eius et naturam paullo vberius explicauit Vir quidam doctus Obſeruatt. miſcc. Belgg. Vol. 8 p. 347 — 352.

καταςῆσαι] Cod. Gal. 1. 2 et Baroc. καθεςάναι. leg. καθιςάναι. Certe lectio καθεςάναι non tam deterior eſt, vt Nedhamus exiſtimabat, quam potius prorſus falſa et inepta, qua ingenium linguae manifeſte laedatur. Caeterum in Cod. Trin. Prooemium ſequebatur Indiculus Capitum, quorum vltima erant, περὶ φιλοπονηρίας, κθ'. Περὶ αἰσχροκερδείας, λ', vt reperit in Codd. Palatinis Caſaubonus.

ΚΕΦ. Α

ΠΕΡΙ ΕΙΡΩΝΕΙΑΣ

1 Ἡ μὲν ὖν εἰρωνεία δόξειεν ἂν εἶναι, ὡς τύπῳ λαβεῖν, προσποίησις ἐπὶ χεῖρον πράξεων καὶ λόγων. Ὁ δὲ εἴρων, τοιῦτός τις οἷος προσελθὼν τοῖς ἐχθροῖς ἐθέλειν λαλεῖν, ὐ μισεῖν· καὶ ἐπαινεῖν παρόντας, οἷς ἐπέθετο λάθρα, καὶ τύτοις συλλυπεῖσθαι ἡττωμένοις· καὶ συγγνώ-

συγγνώμην δὲ ἔχειν τοῖς κακῶς αὐτὸν λέγουσι· καὶ ἐπὶ τοῖς καθ' ἑαυτοῦ λεγομένοις, καὶ πρὸς τοὺς ἀδικουμένους καὶ ἀγανακτοῦντας πράως διαλέγεσθαι· ² καὶ τοῖς ἐντυγχάνειν κατὰ σπουδὴν βουλομένοις, προστάξαι ἐπανελθεῖν· καὶ μηδὲν ὧν πράττει, ὁμολογῆσαι, ἀλλὰ φῆσαι βουλεύεσθαι· καὶ προσποιήσασθαι ἄρτι παραγεγονέναι, καὶ ὀψὲ γενέσθαι αὐτὸν, καὶ μαλακισθῆναι· καὶ πρὸς τοὺς δανειζομένους καὶ ἐρανίζοντας, ὡς οὐ πωλεῖ· καὶ μὴ πωλῶν, φήσει πωλεῖν· καὶ ἀκούσας τι, δόξει μὴ προσποιεῖσθαι· καὶ ἰδὼν, φήσει μὴ ἑωρακέναι· καὶ ὁμολογήσας, μὴ μεμνῆσθαι· ³ καὶ τὰ μὲν ἐσκέφθαι φάσκειν, τὰ δὲ οὐκ εἰδέναι, τὰ δὲ θαυμάζειν, τὰ δ' ἤδη ποτὲ καὶ αὐτὸς οὕτω διαλογίσασθαι· καὶ τὸ ὅλον δεινὸς τῷ τοιούτῳ τρόπῳ τοῦ λόγου χρῆσθαι, Οὐ πιστεύω, Οὐχ ὑπολαμβάνω, Ἐκπλήττομαι· καὶ λέγει ἑαυτὸν ἕτερον γεγονέναι· καὶ μὴν οὐ ταῦτα πρὸς ἐμὲ διεξῄει· παράδοξόν μοι τὸ πρᾶγμα, ἄλλῳ τινὶ λέγε· ὅπως δέ σοι ἀπιστήσω, ἢ ἐκείνου καταγνῶ, ἀποροῦμαι· ⁴ ἀλλ' ὅρα μὴ σὺ θᾶττον πιστεύῃς τοιαύτας φωνὰς καὶ πλοκὰς καὶ παλιλλογίας· οὗ χεῖρον ἐστὶν εὑρεῖν οὐδέν· τὰ δὴ τῶν ἠθῶν μὴ ἁπλᾶ, ἀλλ' ἐπίβουλα, φυλάττεσθαι μᾶλλον δεῖ ἢ τοὺς ἔχεις.

NOTAE

ΚΕΦ. Α] Numeri Capitum abſunt a Norib. Crat. Opor. Camot. Steph. Lyc. Sylb. Morel. Caſaub. Kirchm. Furl. Heinſ. Brunſu.: niſi quod in marg. Sylb. adſcriptae ſunt litterae ά, β', γ', κ. τ. λ.

περὶ εἰρωνείας] Cod. Coiſl. [Montefalc. Catal. bibl. Coiſl. p. 588] περὶ Εἰρωνίας. Camot. περὶ εἰρονείας. Lyc. περὶ Εἰρωνείας. ά. Furl. Εἰρωνεία. In Eclogis Stobaei extat hoc Caput, 12 p. 143 ſ. Turic.

1 ὡς τύπῳ λαβεῖν] Sic ſcriptum primo reperi in exemplo Camotiano, cuius auctoritatem recte ſequuti ſunt caeteri editores, vt Steph. Lyc. Sylb. Aub. Morel. Caſaub. Kirchm. Heinſ. Brunſu. Vpſ. 1. 2, Helmſt. Gal. 1. 2, Budiſ. Nedh. Pau. Suart. Etiam Petauius ad Themiſt. 1 p. 529 ita legit. Nam ante Camotium in editis libris erat, vel ὥςτ' ὑπολαβεῖν, vt in Norib. Crat., vel ὥςτ' ὑπολαβὼν, vt in Opor. Stob., etiam Furl. Atque Stephanus quidem; qui ſe lectionem ὡς τύπῳ λαβεῖν repoſuiſſe pro illa manifeſte mendoſa

mendoſa temere gloriatur, ὥστ᾽ ὑπολαβεῖν putabat fuiſſe huc e c. 2 translatum ab aliquo, qui non intellexiſſet formulam. At quidni malimus originem vitii quaerere in neglegentia aurium librarii, quae non exceperint recte vocem dictantis? In Cod. Trin. erat, δόξειεν ἄν, ὡς τύπῳ περιλαβεῖν, εἶναι προσποίησις. non male, immo fere numeroſius et concinnius. Sic c. 5, 1 ὡς ὅρῳ περιλαβεῖν.

ἐπὶ χεῖρον] Sic non dubitauimus edere auctoritate ſcriptorum Codicum Nedhami omnium, etiam Guelff.: quibuscum, de editis libris, conſentiunt Norib. Crat. Opor. Stob. Camot. Steph. Lyc. Sylb. Aub. Morel. Kirchm. Furl. Heinſ. Brunſu. Vpſ. 1, Helmſt. Budiſ. Nedh. Suart. Geſn. Chreſtom.; etiam Petauius ad Themiſt. 1 p. 529. Sed ἐπὶ τὸ χεῖρον, inſerto Articulo, exhibent Caſaub. a. 1612, Gal. 1. 2, Vpſ. 2, Pau. Suartius praeterea ad conſtituendum emendandumque locum, quum tamen menda nuſquam appareat, quatuor protulit coniecturas, ἐπὶ καίρων, vel ἐπίκαιρος, vel ὑποχείρως, vel ἐπὶ καιρόν· quas enumeraſſe eſt reuiciſſe.

τοιοῦτός τις οἷος] In Cod. Gal. 5 erat τοιοῦτός τις ἐστιν οἷος quam ipſam lectionem non ignoro extare in Camot. [in quo tamen libro eſt ἐστὶ] Steph. Lyc. Sylb. Aub. Morel. Caſaub. Kirchm. Heinſ. Brunſu. Vpſ. 1. 2, Gal. 1. 2, Helmſt. Budiſ. Pau. Geſn. Chreſtom. Sed quum in Codd. Gall. quatuor reliquis, Baroc. Oſborn. Vulc. Trin., etiam Guelf. 21, omiſſum eſſet verbum Subſtantiuum; quum in Cod. Guelf. 26 eſſet τοιοῦτός τις ἐστι οἷος, verum ita vt ἐστι, tanquam ſpurium, eſſet punctis ſubnotatum; quum etiam ab Norib. Crat. Opor. Stob. Furl. Nedh. Suart. ἐστὶ abſit: nec nos illud eiicere dubitauimus. Videtur a quodam in margine aut interpretationis cauſſa collocatum fuiſſe, aut propterea, vt ſignificarèt, Theophraſtum pro τοιοῦτος τις alibi, vt c. 3, 1, dicere τοιοῦτός ἐστιν. Certe in reliquis quoque Capitibus τοιοῦτος τις οἷος ſimpliciter et nude, ſine verbo Subſtantiuo, legitur. Caeterum Norib. habet οἷος.

προσελθὼν] Camot. προσενλθὼν —.

ἐθέλειν] Kirchm. Brunſu. Vpſ. 1. 2, Gal. 1. 2, Helmſt. Budiſ. ἐθέλει. male et contra leges Grammaticas.

οὐ μισεῖν] Pauus corrigebat οὐ μισῶν, vt vitaretur oppoſitio minus apta, hoc ſenſu, *qui, conueniens inimicos, ſoleat cum iis loqui, quaſi non oderit eos.* pulcre profecto. Clotius, Vir omnium qui ſunt et fuerunt et futuri ſunt doctiſſimus et acutiſſimus, putabat poſt ἐχθροῖς intellegi poſſe φάσκειν, vel λέγειν· quae ellipſis non eſſet inuſitata et noua. recte. At me offendit hoc, quod verbum

bum λέγειν tum a Pronomine οἷος penderet: cuiuſmodi verba nec ſolent, credo, vnquam nec debent omitti. Longe tamen audacior eſt coniectura Reiſquii V. C., qui reponendum cenſebat ἐθέλειν φιλεῖν δοκεῖν. hoc vero eſt oſtendere quomodo potuerit ſcribere Theophraſtus, non quomodo ſcripſerit. Suartius denique pro λαλεῖν reſcribi volebat λαχεῖν intell. δίκην· quod verba ſequentia docerent ſatis, agi hic de litigantibus. At ſic ſenſum commodum deſidero: neque apparet, verba ſequentia cum his ita cohaerere, vt propterea opus ſit mutari quidquam. Ego igitur quum non ignorem, ſcriptores veteres non loqui diligenter vbique, retinere malim Vulgatam lectionem, eo ſenſu, quem Lycius in Verſione ſua expreſſit, *qui ad inimicos accedat fabulandi gratia, non exercendi inimicitiam.* Vid. Index.

παρόντας] Camot. πάροντας.

ἡττωμένοις] Suartius edidit ἡττημένοις. ſine cauſſa. nam εἴρων, quum cauſſa cadunt inimici et vincuntur, venit iam in ſocietatem doloris: et ſemel victi ſemper videntur vinci. Sic c. 11, 2 καὶ ἡττωμένῳ δὲ μεγάλην δίκην ἀπιόντι ἀπὸ τοῦ δικαστηρίου προσελθεῖν. Confuſa tamen nonnunquam eſſe a librariis haec Tempora, non neſcio. Certe apud Diod. Sic. 11, 36 p. 432 To. 1 Vueſſelingius pro ἡττωμένοις e Cod. Clar. et Reg. 1 recte reſcripſit ἡττημένοις.

τοῖς κακῶς αὐτὸν λέγουσι] Codd. Gall. Baroc. Trin. Guelff. et Camot. τοῖς αὐτὸν κακῶς λέγουσι. quem ordinem verborum in ſuis exemplis ſeruarunt Nedhamus et Suartius. Pro λέγουσι in Norib. Crat. Opor. Stob. Steph. Lyc. Aub. Furl. eſt λέγουσιν.

καὶ ἐπὶ τοῖς καθ' ἑαυτοῦ λεγομένοις] Reiſquius ſuſpicabatur deeſſe hic aliquid, intellegique debere aut ἠρεμεῖν, aut πρᾴως φέρειν [immo ἔχειν], aut χαίρειν. At quidni verba haec coniungi poſſint cum verbis πρᾴως διαλέγεσθαι, vt ἐπὶ ſignificet *de?* Nam cum ſuperioribus verbis συγγνώμην ἔχειν coniungi, ſine inepta tautologia, videntur vix poſſe: quam tamen rationem in Verſionibus ſuis ſequuti ſunt Politianus, Caſaubonus, Suartius. Sed etiamſi coniungi cum illis recte poſſent, tamen non opus eſſet aſſumere quidquam extrinſecus. quidni enim leges linguae patiantur dici συγγνώμην ἔχειν ἐπὶ τοῖς καθ' ἑαυτοῦ λεγομένοις? Non omnia ſunt in ſcriptis veterum exigenda et refingenda ad noſtri ingenii ſcientiaeque modum. Caeterum in Nedhami Suartiique exemplis pro καθ' ἑαυτοῦ eſt, neſcio vnde, καθ' ἑαυτόν· quod Suartius in notis mutari volebat in κατ' αὐτοῦ.

πρὸς τοὺς ἀδικουμένους] Reiſquius reponi iubebat, πρὸς τοὺς φίλους ἀδικουμένους. Cuius emendationis rationem quum ei non placuerit afferre: non mole-

ſte

ſte feret Vir doctiſſimus, ſi fatemur, a nobis, quae eſt ingenii noſtri tarditas, nullam potuiſſe reperiri. Nam primo non videbamus cur verba Theophraſti tantum de amicis accipi deberent: deinde id quamuis certum eſſet, tamen facile intellegi poſſe vocabulum illud, credebamus. In Suart. eſt operarum neglegentia, ἀγανακτῶντας, et in Norib. Crat. πράως.

[2] κατὰ σπουδὴν] Budiſ. μετὰ σπουδήν. vitioſe.

βουλεύεσθαι] Cod. Trin. et Norib. Crat. Opor. Stob. Camot. Steph. Lyc. Sylb. Aub. Morel. Kirchm. Furl. Heinſ. Vpſ. 1, Helmſt. Budiſ. Geſn. in Chreſtom. βουλεύσεσθαι. quod etiam in libris Politiani fuit. nam in Verſione eius Latina legitur, *ſed ſe conſilium capere dicat*. Bencelius quidem Futurum praeoptabat Praeſenti. Nobis vero per ſe, non habita ratione librorum ſcriptorum, vtrumque Tempus ferri poſſe videbatur.

προσποιήσασθαι] Cod. Guelf. 26 προσποιήσεσθαι· ſed ſupra ε adſcriptum erat α. Nam peperunt hoc vitii haud dubie poſtremae ſyllabae praecedentis verbi βουλεύσεσθαι.

γενέσθαι αὐτὸν] Reiſquius etiam hunc locum credebat mendoſum deprauatumque eſſe. Vnde αὐτὸν mutari iubebat in ἐπανιόντος. ſatis audacter et, vt noſtra fert opinio, ſine cauſſa. Nam αὐτὸν dictum eſt pro ἑαυτὸν, et γενέσθαι valet *domum reueniſſe*: qua de vi verbi γίνεσθαι quaedam in Indice diximus. Quae vis quum videatur fugiſſe Politianum, Pircamerum, Lycium, aliosque: mire interpretati ſunt verba Theophraſti. Politianus quidem locum Latine ſic reddidit, *ſimuletque — ac ſero quidem eſſe natum, ſuique mollitiem accuſet*. Pircamerus, *et ſimulare — et ſero factum ipſumque defeſſum eſſe*. Lycius, *et ſimulet — et accidiſſe vt veſperi etiam langueret*. inepte omnes. Sed multo tamen ineptior eſt illa interpretatio, quam Morellus commemorat in notis ad Verſionem Politiani. Verba eius haec ſunt, *videtur hic locus doctis viris aliter intelligendus, vt diſſimulator ſe excuſet ob aetatem iam vergentem ad veſperam et occaſum, i. ſenium, quod velut vltima vitae tempeſtas eſt, et iccirco, Tractari mollius aetas imbecilla volet*.

ἐρανίζοντας] Locus integer eſt et ſanus, neque vllius varietatis veſtigia comparent in libris ſcriptis. Diſſimulator enim, rogatus pecuniam ſtipemue ab amicis, non oſtendit, ſe iis nihil dare poſſe, quod nec paratam pecuniam habeat, nec alia, quae vendere vel poſſit vel velit; vendere enim Athenienſes ſolitos fuiſſe τὰ ἔπιπλα, ex Ariſtarchi ſermone apud Xenoph. Memorr. 2, 7. 2 intellegitur; neque dicit, ſe nolle dare quidquam, ſed reſpondet ita, vt incerti abire cogantur. Vid. Index. Ἐρανίζοντας autem poteſt aut de iis ipſis qui

collegunt

collegunt ſibi ἔρανον, accipi, aut certe de his, qui ſtipem petunt pro aliis. Vtrumque ſane patitur vſus loquendi verbique ingenium. Photius in Lex. MS. apud Albertum in notis ad Heſych. p. 1415 To. 1 ἐρανίσαι· τὸ λαβεῖν ἔρανον, ἢ συλλέξαι παρά τινος. Harpocratio in vocab. ἐρανίζοντες· Δημοσθένης ἐν τῇ περὶ τῶν Λυκούργου παίδων ἐπιστολῇ ἐρανίσας εἶπεν, ἀντὶ τοῦ ἔρανον αἰτήσας. Non igitur eſt quod quis putet cum Galeo, poſt ἐρανίζοντας deeſſe quidquam: multo vero minus correctione indigent verba Theophraſti. Salmaſius enim [in de Vſuris c. 3. p. 62] quum in ea eſſet opinione, vt crederet, qui ἔρανον collegerent exigerentque, eos ἐρανιζομένους dici, non ἐρανίζοντας, neque apparere cur ἔρων amicis mutuam rogantibus pecuniam, ſtipemue petentibus, reſponderet, ſe nihil vendere, locum, inaudita audacia neque imitanda, ita conſtituendum cenſebat, καὶ πρὸς τοὺς δανειζομένους, καὶ ἐρανιζομένους εἰπεῖν ὡς οὐκ ἀργύριον ἦν. Πρὸς δὲ τοὺς ὠνητιῶντας ὡς οὐ πωλεῖ, καὶ μὴ πωλῶν φησὶ πωλεῖν. Quod monſtrum coniecturae, nam etiam magni homines errant et labuntur ſaepenumero, valde miror Duporto ſe et Reiſquio potuiſſe probare. Pauvus priora quidem verba ab Theophraſto profecta arbitrabatur, ſed pro ὡς οὐ πωλεῖ reponi volebat ὡς οὐ σχολή. Clotius ſibi ait in mentem veniſſe, ὡς οὐ νοεῖ. Suartius denique audacia ſuperauit omnes, is enim, non contentus in notis protuliſſe coniecturam, eius ſe amore capi ita paſſus eſt, vt receperit in textum. ea haec eſt, καὶ πρὸς τοὺς δαν. καὶ ἐρανιζομένους εἰπεῖν, ὡς τὰ οὐ πωλεῖ. Caeterum Camot. vitioſe exhibet πολεῖ.

δόξει μὴ προσποιεῖσθαι] Haec erat ſcriptura Codd. Gall. 3. 4. 5, Oſborn. Vulc. Guelf. 1. 2, et, auctore Nedhamo, Trin.: quae ipſa extat in Norib. [in quo tamen verba ita diſtincta ſunt, καὶ ἀκούσας τι δόξει, μὴ προσπ.] Camot. Steph. Lyc. Sylb. Aub. [in quo legitur δοξεῖ] Morel. Caſaub. Kirchm. Heinſ. Brunſu. Vpſ. 1. 2, Gal. 1. 2, Helmſt. Budiſ. Pau. At in Cod. Baroc. et Gal. 1. 2 omiſſum erat δόξει, vt Infinitiuus προσποιεῖσθαι penderet a ſequenti verbo φήσει. quorum librorum auctoritatem ſequutus eſt in exemplo ſuo Nedhamus. Iam Auberius eiiciendum vidit δόξει, et pro προσποιεῖσθαι reponendum exiſtimauit προσνοῆσαι, ita tamen vt Vulgatam lectionem ferri poſſe, et recte quidem, crederet. In aliis libris, vt Crat. Opor. Stob. et Chreſtom. Geſn., eſt δείξει μὴ προσποιεῖσθαι· quod Caſaubono videbatur natum e λέξει, ſed quod etiam in libris Politiani fuerit neceſſe eſt. vertit enim, *vbi aliquid audierit, id ad ſe nihil pertinere oſtendat.* Pro προσποιεῖσθαι Lycio legendum videbatur προσπεποιῆσθαι· quod ſane et ſequentia verba et Participium ἀκούσας poſtulare putabam. Suartius

tius edidit ex ingenio, καὶ ἀκύσας τι, μὴ προπυθέσθαι. perperam.

ἰδὼν] Norib. Crat. Opor. Furl. εἰδών. male. Mox in exemplo Suartiano omiſſa eſt, ante Participium ὁμολογήσας, particula καί.

3 ἐσκέφθαι] Caſaubonus edidit, e coniectura, σκέψεσθαι· quod receptum in contexta video in Kirchm. Brunſu. Vpſ. 1. 2, Gal. 1. 2, Helmſt. Budiſ., probante et aſſentiente Pauo. At Codd. Gall. Baroc. Oſborn. Vulc. Trin., et, de editis, Steph. Lyc. Sylb. Aub. Morel. Heinſ. Nedh. Pau., Suart. σκέψασθαι. Iam quum etiam in Codd. Guelff. reperiſſemus ἐσκέφθαι, non modo in Norib. Crat. Opor. Stob. Camot. Furl. marg. Heinſ., neque veri videretur ſimile, Tempus rarius et ignotius commutatum eſſe ab librariis cum Tempore notiori et vſitatiori: ſperabamus nos a nemine recte reprehendi poſſe, ſi reciperemus ἐσκέφθαι, praeſertim quum magnus Geſnerus in Chreſtomathia idem feciſſet, Caſaubonuſque eandem lectionem aſſenſu ſuo comprobaſſet.

φάσκειν] Steph. Lyc. Sylb. Aub. Morel. Caſaub. Kirchm. Heinſ. Furl. Brunſu. Vpſ. 1. 2, Gal. 1. 2, Helmſt. Budiſ. Pau. φάσκει. Sed Infinitiuus φάσκειν erat in Codd. ſcriptis omnibus, etiam in Guelff., itemque in Norib. Crat. Opor. Stob. Camot. Nedh. Suart. et Chreſtom. Geſn.: quem Sylburgius opinabatur abhorrere a praecedentibus verbis, δόξει et φήσει. Noſtro quidem iudicio, vtrumque et φάσκει et φάσκειν, recte habet. nam exempla permutationis Modorum, vt alibi, ita maxime hoc in libello, ſane non rara ſunt Sed propter auctoritatem tot tamque bonorum librorum praeferre Infinitivum placuit.

τὰ δὲ οὐκ εἰδέναι] Nedh. τὰ δ' οὐκ εἰδέναι. Sic paullo poſt pro τὰ δὲ ἤδη in Cod. Guelf. 2 erat τά δ' ἤδη. Cod. Guelf. 1 et Camot. Nedh Suart. Chreſtom. Geſn. τὰ δ' ἤδη.

οὐχ ὑπολαμβάνω] Norib. Heinſ. οὐχ' ὑπολαμβάνω· et mox idem liber Norib. ἐκπλήττωμαι. male.

καὶ λέγει] Nedhamus edidit, e coniectura, καὶ λέγειν· ob praecedentem Infinitiuum χρῆσθαι. quod etiam Reiſquio placuiſſe video. recte. At in tanta inconſtantia ſcriptorum veterum hoc in genere, vt modo diximus, audiendi potius ſunt et ſequendi libri antiqui, in quorum nullo reperimus λέγειν, in omnibus λέγει. Cur autem Pauus dicat, particulas καὶ μήν, quae ſequuntur, fere malle λέγει libenter fateor me non videre.

ἑαυτὸν] Stob. αὑτόν. ſine cauſſa.

καὶ μὴν] Reiſquius, iterata particula καὶ, legi volebat, καί· καὶ μήν. facilis ſane et expedita emendatio, praeſertim quum

quum oculi manuſque librariorum hoc in genere ſaepiſſime aberrauerint. At quum eadem particula etiam poſtea abſit, vt omnia pendeant a verbis καὶ λέγει· non admodum neceſſarium videbatur, eam inſeri hoc loco. Diſtinguendus tamen locus cum Geſnero aliiſque eſt hunc in modum: καὶ μὴν ὄυ. ταῦτα πρὸς ἐμὲ διεξήει. nam in Caſaub. Nedh. Suart. aliiſque editionibus ſic diſtinctus eſt, καὶ μήν, Οὐ ταῦτα πρὸς ἐμὲ διεξήει. Nedhamus pro ταῦτα edidit, neſcio cur, ταυτά· quem tamen in ſuo exemplo ſequutus eſt, vt ſolet, Suartius. Caeterum Norib. Crat. διεξήει· et Opor. διεξήσει, vitioſe. quod tamen vitium migrauit inde in Furl.

ὅπως δέ σοι ἀπιστήσω] Sic legitur in omnibus libris, et ſcriptis et editis veteribus, praeter Norib. Crat. Opor. Stob. Furl.: in quibus editionibus eſt ὄυπω δέ σοι ἀπιστήσω. Nedhamus, ex ingenio, emendavit recepitque adeo ὅπως δ' ἤ σοι ἀπιστήσω —. quod Breitingerus in Eclogis ſeruauit et in ſuo exemplo Suartius: niſi quod in Suartiana editione, operarum peccato, eſt ὅπως δὴ σοι ἀπ., et in Turic. ὅπως δὲ ἤ σοι ἀπιστ. Auberius videtur voluiſſe reponi πιστεύσω pro ἀπιστήσω. certe in marg. editionis eius extat πιστεύσω. Pavus vero, cui ſuſpecta erat particula ὅπως, locum ita conſtituendum exiſtimabat, ὅλως δὲ, σοὶ ἀπιστήσω ἢ ἐκείνου καταγνῶ, ἀποροῦμαι, vt ὅλως δὲ ἀποροῦμαι eſſet *plane vero dubito*, et verba ἢ ἐκείνου reſpicerent ad ſuperiora illa, οὐ ταῦτα πρὸς ἐμὲ διεξήει. Nobis omnia ſana eſſe et integra videbantur aptiſſimeque inter ſe cohaerere, modo poſt particulam ἤ intellegeretur ὅπως. Caeterum Norib. habet ἀπιστῆσω.

4 πιστεύῃς] Cod. Gall. 1. 2, Baroc. Trin. πιστεύεις. Camot. πιστεύῃς. Norib. Crat. Opor. Stob. Furl. πιστεύσῃς. male.

φωνὰς καὶ πλοκὰς] Cod. Trin., auctore Galeo, ordine inuerſo, πλοκὰς καὶ φωνάς. Pro φωνὰς Reiſquius coniiciebat legi debere διαφωνίας. cur, non apparet, vt alia multa. Pro παλιλλογίας in Crat. Opor. Stob. Lyc. Morel. vitioſe exhibetur παλλιλογίας· et Pauus Accuſatiuorum loco reponi malebat Datiuos. At cur repugnemus auctoritati omnium librorum? cur omnia nobis ignota ſtatim mutemus?

οὐ χεῖρον] Norib. οὐ χεῖρον ἐστὶ εὑρεῖν. Crat. Opor. Furl. οὐ χεῖρον ἐστὶ εὑρεῖν. At Codd. Guelff. et Camot., ordine inuerſo, οὐ χεῖρον εὑρεῖν ἐστίν. Cod. Baroc. εὑρεῖν δὲ οὐ χεῖρον ὄν· quod Pauo natum videbatur ex εὑρεῖν δὲ οὐ χεῖρον οὐδέν. Codd. Gall. 1. 2 παλιλλογίας εὑρεῖν ἐστὶν οὐ χεῖρον. Librarios ſcilicet Pauus putabat omiſiſſe οὐδὲν poſt χεῖρον, et pro οὐ male ſcripſiſſe ὄν. Caeterum Suartius, quum corrigere vellet praua, deprauauit recta. edidit, πιστεύῃς. Τοιαύτας φωνὰς καὶ πλοκὰς καὶ παλιλλογίας εὑρεῖν οὐκ ἀπείρου ἐστί. Τὰ δὲ τῶν

ἠθῶν —: et in notis ait legi quoque, e veſtigiis ſcripturae Barocciani libri, poſſe, εὑρεῖν δὴ οὐκ ἄπειρον ὂν, τὰ δὲ τῶν κ. λ. Quam audaciam detorquendi vexandique tantopere omnia in libris veterum, quis ferat? Certe Petauio, at quanto, quam acuto, Viro! omnia integra viſa ſint neceſſe eſt, quum verba ita, vti nos edidimus, legat in notis ad Themiſt. 1 p. 529.

τὰ δὴ τῶν ἠθῶν] Ἠθῶν abeſt ab Norib. Crat. Opor. Stob. Furl. Scilicet ſimilitudo ſyllabarum decepit aures librarii vocem dictantis excipientes. Ex quo fonte incredibile eſt quanta vitiorum copia fluxerit. Sic infra, hoc ipſo in libello, c. 9, 2 in Codd. Guelff. erat ἄγειν δὲ καὶ τοὺς εἰς τὴν ὑστεραίαν, pro τοὺς υἱεῖς εἰς τὴν ὑς.: et in Axiocho ſ. 9 pro καὶ τῷ νῷ δὶς παῖδες, quod erat in Cod. Medic., in reliquis libris extat καὶ τῶν δὶς παῖδες. Caeterum nec hic nobis licuit aſſequi ſatis Reiſquii mentem, qui pro δὴ reponi iubebat γάρ. neque enim ratio ante dictorum redditur a Theophraſto. Verba quidem ſic cohaerere inter ſe videbantur nobis: *Vide ne temere mouea re eiuſmodi vocibus: qua quidem credulitatis temeritate nihil inueniri poteſt pernicioſius.* nam ita ego intellego τὸ οὖ, quod Pauus, vt opinor, minus recte putabat pro ὧν poſitum eſſe. referebat enim id ad φωνάς. Iam additur velut epiphonema, *Certe mores inſidioſos, nec ſimplices et apertos, oportet magis caueri quam viperas.*

μᾶλλον δεῖ] Camot. μᾶλλον οὐ δεῖ. Et Codd. Gall. 1. 2 videbantur, vt Nedhamus ait, non agnoſcere δεῖ.

ΚΕΦ. Β

ΠΕΡΙ ΚΟΛΑΚΕΙΑΣ

1 Τὴν δὲ κολακείαν ὑπολάβοι ἄν τις ὁμιλίαν αἰσχρὰν εἶναι, συμφέρουσαν δὲ τῷ κολακεύοντι. τὸν δὲ κόλακα τοιοῦτόν τινα, ὥστε πορευόμενον ἅμα εἰπεῖν, Ἐνθυμῇ ὡς ἀποβλέπουσι πρὸς σὲ οἱ ἄνθρωποι; τοῦτο οὐθενὶ τῶν ἐν τῇ πόλει γίνεται πλὴν σοί· εὐδοκίμεις χθὲς ἐν τῇ στοᾷ· πλειόνων γὰρ ἢ τριάκοντα ἀνθρώπων καθημένων, καὶ ἐμπεσόντος λόγου τίς εἴη βέλτιστος, ἀπ' αὐτοῦ ἀρξαμένους πάντας, ἐπὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ κατενεχθῆναι· καὶ ἄλλα τοιαῦτα λέγειν. 2 ἀπὸ τοῦ ἱματίου ἀφελεῖν κροκίδα· καὶ ἐάν τι πρὸς τὸ τρίχωμα τῆς κεφαλῆς ἀπὸ πνεύμα-

πνεύματος προσενεχθῇ ἄχυρον, καρφολογῆσαι· καὶ ἐπιγελάσας δὲ εἰπεῖν, ὁρᾷς; ὅτι δυεῖν σοι ἡμερῶν οὐκ ἐντετύχηκα, πολιῶν ἔσχηκας τὸν πώγωνα μεστόν· καί περ, εἴ τις καὶ ἄλλος, ἔχεις πρὸς τὰ ἔτη μέλαιναν τὴν τρίχα. 3 καὶ λέγοντος δὲ αὐτοῦ τι, τοὺς ἄλλους σιωπᾷν κελεῦσαι, καὶ ἐπαινέσαι δὲ ἀκούοντος· καὶ ἐπισημήνασθαι δὲ, εἰ παύσεται, Ὀρθῶς. καὶ σκώψαντι πικρῶς ἐπιγελάσαι, τό, τε ἱμάτιον ὦσαι εἰς τὸ στόμα, ὡς δὴ οὐ δυνάμενος κατασχεῖν τὸν γέλωτα· καὶ τοὺς ἀπαντῶντας ἐπιστῆναι κελεῦσαι ἕως ἂν Αὐτὸς παρέλθῃ. καὶ τοῖς παιδίοις μῆλα καὶ ἀπίους πριάμενος, εἰσενέγκας δοῦναι, ὁρῶντος αὐτοῦ· καὶ φιλήσας δὲ εἰπεῖν, χρηστοῦ πατρὸς νεόττια. 4 καὶ συνωνούμενος δὲ κρηπῖδας, τὸν πόδα φῆσαι εἶναι εὐρυθμότερον τοῦ ὑποδήματος. καὶ πορευομένου πρός τινα τῶν φίλων, προδραμὼν εἰπεῖν, ὅτι πρός σε ἔρχεται. καὶ ἀναστρέψας, ὅτι προσήγγελκα. ἀμέλει δὲ καὶ τὰ ἐκ γυναικείας ἀγορᾶς διακονῆσαι δυνατὸς ἀπνευστί. καὶ τῶν ἑστιωμένων, πρῶτος ἐπαινέσαι τὸν οἶνον· καὶ παραμένων εἰπεῖν, ὡς μαλακῶς ἐσθίεις. καὶ ἄρας τὶ τῶν ἀπὸ τῆς τραπέζης, φῆσαι, τουτὶ ἄρα ὡς χρηστόν ἐστι! καὶ ἐρωτῆσαι μὴ ῥιγοῖ, καὶ εἰ ἐπιβαλέσθαι βούλεται, καὶ ἔτι περιστεῖλαι αὐτόν. 5 καὶ μὴν ταῦτα λέγων πρὸς τὸ οὖς προσπίπτων, ψιθυρίζειν· καὶ εἰς ἐκεῖνον ἀποβλέπων, τοῖς ἄλλοις λαλεῖν. καὶ τοῦ παιδὸς ἐν τῷ θεάτρῳ ἀφελόμενος τὰ προσκεφάλαια, αὐτὸς ὑποστρῶσαι· καὶ τὴν οἰκίαν φῆσαι εὖ ἠρχιτεκτονῆσθαι καὶ τὸν ἀγρὸν εὖ πεφυτεῦσθαι καὶ τὴν εἰκόνα ὁμοίαν εἶναι. καὶ τὸ κεφάλαιον, τὸν κόλακα ἐστι θεάσασθαι πάντα καὶ λέγοντα καὶ πράττοντα οἷς χαριεῖσθαι ὑπολαμβάνει.

NOTAE

περὶ κολακείας] Furl. Κολακεία. In Eclogis Stobaei Caput hoc inſertum legitur 15 p. 150.

1 ὥστε πορευόμενον ἅμα εἰπεῖν] Codd. Guelff. Baroc. Oſborn. Trin. et Norib. Crat. Opor. Stob. Camot. Furl., ordine immutato, ὥστε [Guelff. ὥς τε] ἅμα πορευόμενον εἰπεῖν.

ἐνθυμοῦ] Norib. Crat. ἐνθυμῇ. Camot. ἐνθυμῇ.

ὡς ἀποβλ. πρὸς σὲ] Libri editi, quibus vſi ſumus, omnes, praeter Camotii et Nedhami

 exem-

exempla, exhibent ὡς ἀποβλέπουσιν εἰς σέ· vt paullo inferius ſ. 5 εἰς ἐκεῖνον ἀποβλέπων. Nedhamus enim, Codd. ſuorum omnium, etiam Trin., auctoritate, reuocauit ὡς ἀποβλέπουσι πρὸς σέ. Quam lectionem nos quoque, poſt Suartium, retinere eo minus dubitauimus, quum eam inueniſſemus in Codd. Guelff. et Camot. Accedit vſus conſuetudoque loquendi Attica, quae verbo ἀποβλέπειν ſic addi vult πρὸς, non εἰς. Xenoph. Memorr. 4, 2. 2, quem locum iam a Nedhamo laudatum eſſe video., ὥςε πρὸς ἐκεῖνον ἀποβλέπειν τὴν πόλιν.

τοῦτο οὐθενὶ τῶν ἐν τῇ π. γίν. π. σοὶ] Libri editi ante Camotium legunt, τοῦτο οὐδενὶ γίνεται τῶν ἐν τῇ πόλει πλὴν ἢ σοί· niſi quod in Norib. eſt οὐθενί. Camotius edidit ita, vti nos cum Nedhamo et Suartio, quibus tamen placuit ſeruare formam communem οὐδενὶ, quum altera, οὐθενὶ, ſit Ἀττικωτέρα, auctore Phrynicho p. 76 Pau., ſed innumeris locis confuſa a librariis cum communi. Stephanus, ne quid debere ſcilicet Camotio videretur, reliquique poſt eum editores, receperunt eam quae ante Camotium in libris editis fuerat, ſcripturam, quum tamen Camotiana lectio ſtabiliatur et confirmetur fide omnium fere ſcriptorum librorum, qui conſulti ſunt hoc ſaeculo a Viris doctis. Nos quidem in Codd. Guelff. diſerte ſcriptum reperimus, τοῦτο οὐθενὶ τῶν ἐν τῇ πόλει γίνεται πλὴν σοί. Nedhamus autem e ſuis libris protulit has lectiones. Cod. Trin. τοῦτο οὐδενὶ τῶν ἐν τῇ πόλει γίνεται πλὴν σοί. Cod. Gal. 1 τοῦτο οὐδενὶ τῶν ἐν τῇ πόλει γίνεται πλὴν ἢ σοί. Cod. Baroc. et Gal. 2. 3. 4. 5 τοῦτο οὐδενὶ τῶν ἐν τῇ πόλει γράφεται πλὴν σοί. Γράφεται enim et γίνεται quam facile potuerint confundi inter ſe a librariis, ii non neſciunt, qui ſciunt, quibus notis vtrumque verbum in Codicibus vetuſtis reperiatur expreſſum. Nos quidem in Cod. Borneriano Thomae Magiſtri, nunc Burmaniano, deprehendimus has notas,  h. e. γράφεται, et  vel  h. e. γίνεται. Eorundem verborum permutationis veſtigia occurrent lectori infra c. 14, 1.

εὐδοκίμεις] Ita viſum eſt, praeeuntibus Codd. Guelff. et Camot., ſcribere pro ηὐδοκίμεις, quod eſt in reliquis libris. nam librarii poſteriorum temporum in hoc aliiſque eius generis verbis ſaepe ex ingenio addiderunt Augmentum, quod vocant. Sic apud Lucianum Pſeudomant. 22 p. 230 To. 2 eſt in Flor. Ald. aliiſque libris εὐδοκίμουν· quod Solanus ſine cauſſa volebat mutari in ηὐδοκίμουν· vt de paraſ. 32 p. 861 To. 2 εὐδοκιμηκέναι in ηὐδοκιμηκέναι. Et vehementer ſane dubito, an Reimarus V. C. apud Dion. Caſ. 50, 23 p. 620 To. 1 pro εὐτρεπίζετο e Zonara recte reſcripſerit ηὐτρεπίζετο. Conf. Animaduerſſ. ad Vuelleri Gram. p. 175 ſ.

ἐμπε-

ἐμπεσόντος] Furl., operarum errore, ἐμπεσόντος· et mox, vt Norib., τὶς εἴη.

ἀπ' αὐτȣ͂] Etſi in verbis, ἀρξαμένȣς-κατενεχθῆναι, manifeſta conſtructionis mutatio eſt: tamen non puto, Theophraſtum hic a ſecunda perſona tranſiiſſe ad tertiam, vt ἀπ' αὐτȣ͂ [Nedh. ἀπὸ αὐτȣ͂· et Suart. ἀπὸ Αὐτȣ͂] dictum ſit pro ἀπὸ σȣ͂. Immo vero rationem Caſauboni probo, qui Pronomen αὐτὸς accipi volebat pro vocabulo honoris. Sic certe multo maior fit et luculentior κολακεία. Κατενεχθῆναι autem haud dubie valet *deſiiſſe*. Senſus eſt, *orta forte quaeſtione, quisnam eſſet optimus, de nemine, niſi de Domino, eſſe inter ſe colloquutos*. Ita non opus videtur eſſe vt locus integer contaminetur coniecturis ineptis: de quibus tamen, pro ratione inſtituti, paucis dicemus. nam iucundum eſt, diuerſa, quamvis falſa et vana, ingenii humani commenta cognoſcere, dummodo ſint magnitudinis eius argumenta. Pauus igitur attulit coniecturam duplicem, qua ſua verbis Theophraſti integritas redderetur. Legendum primo contendebat eſſe, ἀπ' αὐτȣ͂ ἀρξαμένȣς ἐπὶ τὸ ὄνομα αὐτȣ͂ καὶ τελευτῆσαι. At καὶ τελευτῆσαι recedit paullo longius a ſcripturae Vulgatae veſtigiis: deinde vehementer dubito an τελευτῆσαι dici poſſit de eo qui deſinit dicere: denique nec formam loquendi τελευτῆσαι ἐπὶ τὸ ὄνομα ſtomachus meus, neſcio quomodo, concoquere poterat. Altera coniectura eiusdem Viri docti haec eſt. iubebat legi, ἀπ' αὐτȣ͂ ἀρξαμένȣς, ἐπὶ τὸ ὄνομα ἄλλων κατενεχθῆναι. At ſic primum deſidero perſonam et ingenium adulatoris: deinde videtur ita debere eſſe ἐπὶ τὰ ὀνόματα. Reiſquius, qua eſt ingenii felicitate, vtinam et conſtantia! emendari exiſtimabat debere, aut ἀπὸ ταὐτȣ͂ ἀρξ., intell. ὁρμήματος vel νεύματος h. e. *vno impetu, ab vno principio*, vel τέρματος *ab vno termino:* aut ἀπὸ ταὐτομάτȣ *vltro, ſponte:* aut ἀπ' αὐτῶν *ſponte ſua*, nemine exemplum praeeunte, nullius ſuaſu aut hortatu. Quae poſtrema coniectura poſſet ſane, ob ſimplicitatem ſuam, admittenda videri, niſi ordo verborum intercederet et ipſa loci ſententia. nam quum ἀπ' αὐτῶν deberet coniungi cum verbo κατενεχθῆναι· Theophraſtus verba illa haud dubie poſuiſſet loco alio, non ante Partic. ἀρξαμένȣς. Deinde notio verborum ἀπ' αὐτῶν iam continetur verbis ἀρξαμένȣς πάντας-κατενεχθῆναι. Qua ipſa de cauſſa reiiciendas putamus reliquas Viri docti coniecturas. Accedit, quod, iis admiſſis, non parum minuerentur blanditiae adulatoris. Caeterum in Camot. eſt τȣ͆νομα, pro τὸ ὄνομα, et mox κατανεχθῆναι.

καὶ ἄλλα] Suartius, vt commodus ſenſus exiſteret, legendum putabat, ταῦτα καὶ ἄλλα. cuius correctionis cauſſa et neceſſitas nulla apparet.

λέγειν] Nedhamus legi volebat diſtinguique verba ſic, *καὶ ἄλλα τοιαῦτα λέγων, ἀπὸ τῦ ἱματίυ ἀφελεῖν κροκίδα·* quae ſtructura verborum multo eſſet concinnior. recte. Sed longe tamen ante Nedhamum video fuiſſe in eadem ſententia Lycium, Virum ſane haud indoctum.

² *κροκίδα*] Cod. Gal. 1. 2 *κροκύδα.* Norib. Crat. Opor. *κορκίδα.* male.

ἐάν τι] Norib. Crat. Opor. Stob. *ἐάν τις·* ſed in marg. Stob. eſt *τι.*

ἀπὸ πνεύματος προσενεχθῇ ἄχυρον] Haec librorum erat Palatinorum ſcriptura, quam nobis cum Caſaubono aliiſque retinere viſum eſt. Nam in Norib. Crat. Opor Stob. Steph. Lyc. Sylb. Aub Morel. Kirchm. Furl. Helmſt. eſt *ἄχυρον προσαχθῇ* [Norib. *προσεχθῇ*] *ἀπὸ πνεύματος.* Etiam in marg. Caſaub. et in marg. Heinſ. extat *προσαχθῇ.* At alterum illud verbum, *προσενεχθῇ*, magis conuenire in leuitatem venti, quid attinet dicere? In Cod. Trin. erat, Galeo auctore, *προσενέχθη.* Codd. Gall. 1. 2. 4, Guelff. et Camot. exhibent *προσηνέχθη.* quod magnus Geſnerus in Chreſtomathia recepit in textum. recte. At neque alterum Modum hic repudiandum putem. Caeterum aberant ab Codd. Guelff., vt ab ed. Camot., verba *ἀπὸ πνεύματος·* quae non erat cur Auberius mutanda cenſeret in *ὑπὸ πνεύματος.* vid. Animadverſſ. in Vuelleri Gram. p. 354 ſ.

καρφολογῆσαι] Budiſ. *καρπολογῆσαι.* male.

ἐπιγελάσας] Camot. *ἐπιγέλασας.*

δυεῖν σοι ἡμερῶν] Sic pro *δυοῖν*, auctoritate Codd. Guelff. et Camot., reſcripſimus eo magis, quum Phrynichus p. 89 ſ. praecipiat diſerte, *δυεῖν* dici in ſecundo Caſu, in tertio *δυοῖν.* Caeterum in Camot. verba ſic ſunt diſtincta *ὁρᾷς ὅτι δυεῖν —.* Cod. Baroc. *ὁρᾷς δὲ ὅτι δυοῖν σοι ἡμερῶν ὐκ ἐντετύχηκα.* Cod. Trin. *ὁρᾷς ὅτι δυοῖν σοι ἡμερῶν ὐκ ἐντετύχηκα;* vel, vt Galeus laudat, *ἐντέτυχα.*

πολιῶν] Norib. *πολλῶν.* Crat. Opor. *πολίων.* Furl. *καὶ πολίων.* in quo exemplo mox eſt *πρὸς ἔτη*, omiſſo Articulo. vtrumque male.

καί περ] Norib. *καὶ περ.*

μέλαιναν] Camot. *μελαίναν.* Cod. Guelf. 1 *μέλεναν.* ſolemni librariorum peccato.

³ *αὐτῦ*] Suart. *Αὐτῦ.* Mox Camot. *τί —.* et Norib. Crat. *σιωπᾶν.*

ἀκὖοντος] Etiam hic locus mirum in modum exercuit Virorum doctorum ingenia. *Ἄκοντος* eſt in omnibus libris editis antiquis, etiam in ſcriptis pleriſque, vt Guelff. et aliis. Sed, quum bonus inde commoduſque ſenſus elici

vix

vix poſſit: conati ſunt Viri docti verbo opitulari coniecturis. Qui ἄκοντα corrigunt, vt Caſaubonus, non tollunt difficultatem. res enim eodem redit, ſiue ἄκοντος legas, ſiue ἄκοντα· vt non parum mirer, Valquenarium ad Eurip. Phoeniſſ. p. 128 non modo probaſſe aſſenſu ſuo correctionem illam, ſed ἄκοντα etiam ad ipſum aſſentatorem retuliſſe: quod fieri, per leges quidem Grammaticas, non poteſt, quae tum iuberent eſſe ἄκων. Quam ipſam ob cauſſam reprehendi Nedhamus debet, qui ſibi aliquando in mentem ait veniſſe, καὶ ἐπινεῦσαι δὲ ἀκούοντα. Neque vero Lamberti Boſii ſententia placet, qui in litteris ad magnum Fabricium (ad calcem vitae Fabric. p. 224) emendabat, non tamen primus, nam Furlanus iam ita cenſuerat, ἄκοντας· hoc ſenſu, *quum is aliquid dicit, alios iubet tacere et inuitos eum laudare.* At ſic perſonam aſſentatoris et leuitatem non video ſatis. Eadem de cauſſa reiiciendam puto Paui coniecturam, qui legi iubebat ἀκούοντας· quod etiam inepte redundaret, quum praecedat τοὺς ἄλλους. An igitur Suartius recte receperit lectionem illam, quam Caſaubonus quoque et Bencelius tueri voluiſſe videntur, quemque ſpero eſſe ſponte exiſtimaturum. Et quum Theophraſtus de ſermone familiari loquatur, non de declamatione et recitatione: nec Reiſquius, princeps coniecturae, et Clotius ſubſcriptor, audiendi videntur, qui reſcribi iubebant ᾄδοντος. Multo autem minus arridet Clerici emendatio, qui [A. C. 3, 1. 3. 7] legendum contendebat ἀκέοντα, ita, *etiam non loquutum laudat.* Nam verbum eſt poëticum, atque eiuſmodi quod ſenſum hic quidem commodum vix fundat: vt iam Boſius contra monuit. Bencelius tamen, ſi admitteretur illa correctio, dicendum putabat, Theophraſtum alluſiſſe ad verba veteris cuiuſdam poëtae. eſſe enim hemiſtichium, καὶ ἐπαινέσσαι δ' ἀκέοντα. Vnice nobis placuit Sylburgii Auberiique emendatio, ἀκούοντος, ita vt eam, poſt Nedhamum et Geſnerum in Chreſtomathia, receperimus. Nam primo diſerte ſic legebatur in Cod. Gal. 1. 2: ſed ſcripturam ἄκουτος, quae in Cod. Trin. erat, non puto huc pertinere, quum nimis apertum ſit, librarium neglegentem pro ἄκοντος ſcripſiſſe ἄκουτος. Deinde aſſentator hoc modo perſonam ſuam, ſuas partes, reperitur bene agere; quum videt regem ſuum verba facere, monet praeſentes vt ſileant; quum ſilent, quum rex verba facit, praedicat aſſentator virtutes regis et laudat praeſentibus, vt ipſe audiat. Denique non noua eſt nec rara permutatio verborum ἄκων et ἀκούων. Apud Aelian. V. H. 12, 1 p. 721 Gron. pro ἀκούσασα Leopardus [emendatt. 2, 12] reſtituit ἄκουσα, aſſentien-

ſentientibus Scheffero et Fabro. Et apud Demoſthenem de f. legat. p. 167, 12 Tayl. To. 2 ſcio ἄκοντας et ἀκούοντας commutata eſſe a librariis. vid. Doruillius ad Chariton. p. 183. Caeterum in Kirchm. Vpſ. 1, Helmſt eſt ἀκούοντα, et in Brunſu. vitioſe ἀκόντα, vt in Budiſ. ἀκοῦντα. quod etſi eundem gignere ſenſum noui: tamen poſtponendum videtur alteri, quum non nitatur auctoritate ſcriptorum Codd., ſed tantum ex ingenio Caſauboni prodierit.

ἐπισημάνασθαι] Sic Camot. Steph. Morel. Sed Norib. Crat. Opor. Stob. Furl. ἐπισημάνασθαι. At altera illa forma eſt Attica. vid. Animaduerſſ. ad Vuelleri Gram. p. 197. Vulgo legitur ἐπισημήνασθαι.

δὲ, εἰ πάυσεται] Caſaubonus emendabat δὲ, καὶ εἰ πάυσεται. cuius emendationis cauſſam me non diffiteor reperire non potuiſſe. Recepit tamen eam, more ſuo, Kirchmanus, et poſt eum Schmidius, ſed ita vt induxerint Particulam δὲ, hoc modo, καὶ ἐπισημήνασθαι, καὶ εἰ πάυσεται. At Brunſu. et Budiſ. habent καὶ ἐπισ. δὲ, καὶ εἰ πάυσεται. Pro πάυσεται eſt in Camot. vitioſe τάυσεται· ſed in Eclogis Stobaei extat παύσηται· quod Reiſquius quoque probabat, ita tamen vt praeferret παύσαιτο.

σκώψαντι πικρῶς] Ita verba exhibent omnes libri editi antiqui ante Camotium et poſt eum. At in Camot. et in omnibus Codicibus calamo ſcriptis, etiam Guelff. legebatur ψυχρῶς. Extat quoque in margg. Morel. Caſaub. Heinſ. Probabant Lycius, Furlanus, Palmerius, Reiſquius. Receperunt Nedhamus, Suartius, et in Chreſtomathia Geſnerus: qui tamen vtrumque, et ψυχρῶς et πικρῶς, per ſe aptum putabat, quod πικρὸν apud Atticos quidem haberet quandam abſurditatis notionem. Referrem huc gloſſam Heſychii, πικρῶς· κατακόρως, ἀκρατῶς· niſi eam e N. T. ſumtam eſſe ſcirem. Politianus et ipſe legit πικρῶς, ſed id coniunxit, vt Caſaubonus, cum Infinitiuo ἐπιγελάσαι. vertit enim, *et ſalibus vtenti vehementer arridebit.* opinor, contra mentem Theophraſti: neque πικρῶς ſic vllo modo ſignificare poteſt *vehementer*. Nobis quomodo explicandus videatur totus locus, oſtendimus in Indice. Caeterum Codd. Nedhami, vt Norib. Camot., exhibebant καὶ σκώψας τι· et Codd. Guelff. καὶ σκώψας τί. e quo Caſaubonus faciebat κ' ἂν σκώψαι τι. At primo non videtur dici poſſe σκώπτειν τι· deinde κ' ἂν hoc in libello nimis durum eſſet. Quodſi dici poſſet σκώπτειν τι, mallem ego dicere, Nominatiuum abſolutum habere vim Genitiuorum conſequentiae, vt vocant.

ἐπιγελάσαι] Stob. ἐπιγελᾶσαι. Camot. ἐπιγέλασαι. Palmerius

autem

autem ſi πικρῶς ſeruaretur, legi volebat ἐπιφωνῆσαι, vt πικρῶς eſſet, vt ὀρθῶς, acclamatio, hoc modo, καὶ σκώψαντι, πικρῶς! ἐπιφωνῆσαι.

τό, τε] Norib. Crat. Opor. τότε.

ὡς δὴ] Nedhamus quum in Cod. Gal. 1 inueniſſet ὡς μή· recipere lectionem hanc eo minus dubitauit, quod in ea eſſet elegantia Attica, nulla in lectione Vulgata. Quam Viri auctoritatem miror Suartium quoque ſequutum edidiſſe ὡς μή· quum particula ὡς ſic particulam δὴ, non ſine magna elegantia, comitem habeat. Aelian. V. H. 1, 21 ταχέως ἐπικύψας, ὡς δὴ προσκυνῶν.

ἐπιστῆναι κελεῦσαι] Ita ſcriptum videmus fuiſſe in Codd. Gall. Baroc. Trin. et Guelff.: quam ipſam lectionem inuenimus in Norib. Crat. Opor. Stob. Camot. Steph. Lyc. Sylb. Aub. Morel. Kirchm. Nedh. Suart. et in Chreſtom Geſn.: quae haud dubie praeſtat alteri, a Caſaubono, vt videtur, profectae, ἐπιστῆναι μικρὸν κελεῦσαι, quum talis oratio magis cadat in leuitatem adulatoris. Etiam ab Politiani libris abfuit μικρόν. nam in Verſione eius Latina eſt, *eum iubet conſiſtere, quoad iſte praetereat.*

ἕως ἂν Αὐτὸς] Norib. [in quo eſt ἑὼς] Crat. Opor. Stob. Furl. ἕως Αὐτός. male. Mox Norib. Crat. Opor. παρέλθῃ.

ἄπιυς] Cod. Trin., auctore Galeo, ἄπιας. vnde Galeus coniiciebat ἄπια. Bencelius autem lectionem illam natam ſuſpicabatur e ſcriptura diphthongi ȣ plus iuſto inclinatae.

ἀσενέγκας] Camot. ἀσηνέγκας· et paullo poſt φιλῆσαι. aeque vitioſe ac Heinſ. ἀπῇ.

καὶ συνων. δὲ κρηπῖδας] Codd. Gall. quinque, Baroc. Trin. et Guelff. καὶ συνωνούμενος ἐπὶ κρηπῖδας. Camot. καὶ συνωνούμενος ἐπικρηπῖδας. Nedhamus igitur corrigendum cenſebat, καὶ συνων. ἔτι κρηπῖδας. At friget hic iſta particula; et vſus eius hic abhorret prorſus ab oratione Theophraſti. Nobis vero aut ἐπὶ extitiſſe videbatur ex δέ· nam notae, quibus ſcribuntur in libris antiquis illae particulae, non admodum ſunt inter ſe diſſimiles: aut, quum non credibile ſit, tot librariorum oculos calamosque erraſſe vno eodemque loco in iisdem ſyllabis, κρηπῖδες erit *ea pars fori vbi calcei expoſiti venduntur.* quod ſane rationi Theophraſteae, vt iam Galeus praeclare vidit, eſt perquam accommodatum, fruſtra diſſentiente Pauo. nam c. 5, 3 τράπεζαι, et c. 23, 5 κλῖναι, eodem modo vſurpata occurrunt. Offendit tamen, ne quid diſſimulem, abſentia Articuli. videtur enim tum debere eſſe ἐπὶ τὰς κρηπῖδας. Hoc vero certum indubiumque puto, Suartium male recepiſſe, ex ingenio, συνωθȣμένȣ δὲ ἐπὶ κρηπῖδας, h. e. ipſo interpre-

 te,

te, *in crepidas pedem ſi intrudat Ille.*

εὐρυθμότερον] Furl. εὐρυθμότορον.

προδραμὼν εἰπεῖν] Cod. Oſborn. προσδραμεῖν εἰπών. Cod. Vulc. προσδραμὼν εἰπεῖν. ſolemni permutatione harum Praepoſitionum: etſi etiam προσδραμὼν hic locum habere poſſe videri queat.

πρὸς σε] Norib. πρὸς σε. Crat. πρὸς σέ.

προσήγγελκα] Sylburgius etſi lectionem hanc ferendam recte credebat: tamen legi quoque poſſe putabat προήγγελκα. Qua quidem in ſententia Auberium etiam et Caſaubonum Galeumque fuiſſe video. Suartius recepit adeo in contextum προήγγελκα.

ἐκ γυναικείας] Codd. Guelff. et Norib. Crat. Opor. Furl. ἐκ γυναικίας. qua ſcripturae varietate hoc Adiectiuorum in genere nihil eſt frequentius et ſolemnius.

ἑστιωμένων] Crat. Opor. Furl. ἑστιωμένων.

παραμένων] Sic omnes libri ſcripti, in his Guelff., excepto Baroc.: etiam editi antiqui. Pircamerus vertit, *et accumbens dicere.* Senſum vidit. at παραμένειν non poteſt valere *accumbere.* In Verſione Politiani video eſſe, *cumque is intereſt qui conuiuium ſtatuit.* quaſi παραμένων ſit Nominatiuus abſolutus, pro παραμένοντος τοῦ ἑστιάτορος. non male, ſi vſus verbi addiceret. Pauus interpretabatur, *et perſeverans dicere*, vt παραμένων cohaereret cum praecedente Infinitiuo ἐπαινέσαι. quod quum nimis durum ſit et coactum, non aſſentior. Magis ſane arridet explicatio Reiſquii, qui παραμένειν docet dici de paraſito qui apud regem ſuum maneat caeteris conuiuis digreſſis. ab qua explicatione non abhorret Lycii Verſio, in qua eſt, *et aſſidens.* At repugnare videntur ingenia moreſque aſſentatorum, qui laudant reges ſuos coram multis. Probo igitur aut Cod. Baroc. lectionem, in quo erat παρακείμενος, hoc ſenſu, *et accumbens, Laute vero, inquit, tu nos accipis*, vel *lautos vero, inquit, cibos:* aut Gronouii aui coniecturam, qui legendum oſtendit [Obſeruatt. 3, 14 p. 556] παρακειμένω. quod, poſt Geſnerum in Chreſtomathia, recepit in textum Suartius. Neque tamen omnino diſplicet, immo magis placet, παρακειμένων, quod in marg. Heinſ. extat, et quod Nedhamus migrare iuſſit in contexta, ſed ita vt intellegatur αὐτῶν (τῶν ἑστιωμένων), nec repetatur πρῶτος e ſuperioribus. Nam librarii non raro medias vocabulorum ſyllabas praeterierunt. vid. Doruillius ad Chariton. p. 693.

ὡς μαλακῶς ἐσθίεις] Norib. Crat. Opor. Stob. οὐ μαλακῶς· quod Lycio verum videbatur. recte. At nec eſt quod repudian-

diandum arbitremur ὡς, munitum auctoritate tot tamque bonorum librorum. Furl. οὐ μαλακῶς ἐσθίεις. quod neſcio ex οὐ ortum ſit an ex ὡς. Certe in notis legitur ὡς μαλακῶς. ἐσθίεις autem Caſaubonus, praeeunte Viro quodam docto, mutandum cenſebat in ἑστιᾷς, aſſentiente Pauo. Etiam nobis idem in mentem venerat, quum legeremus Sympoſium Xenophontis [1, 4] Aeſchiniſque epiſtolam quartam; quas tamen epiſtolas Taylorus abiudicare ab Aeſchine conatus eſt nuper; praeſertim quum notio coenandi, quam noſſem hic ſubiici a pleriſque verbo ἐσθίειν, Hebraicae redoleret linguae ingenium. Nunc vero valde me poenitet iſtius coniecturae. nam praecedentia verba, πρῶτος ἐπαινέσαι τὸν οἶνον, declarant ſatis verbo ἐσθίειν *cibos* tantum ſignificari, non totam coenam. Reprehendendus igitur hic quoque eſt Suartius, quod recepit ἑστιᾷς in contextum.

ἆράς τι] Norib. Crat. Opor. Stob. Camot. Steph. Lyc. Sylb. Aub. Morel. Furl. Gal. 1. 2 ἄρας τι, omiſſo Iota ſubſcripto. Mox Furl. vitioſe τυτή.

τῶν ἀπὸ τῆς τραπέζης] Helmſt. τῶν ἀπὸ τραπέζης. male. Pauum vero offendebat particula ἀπό. vnde reponi iubebat, probante Geſnero, τῶν ἐπὶ τῆς τραπέζης, et lectionem alteram putabat ex eo natam eſſe, quod in libris olim nonnullis fuiſſet ἆράς τι ἀπὸ τῆς τραπέζης. Reiſquius ἀπὸ retineri ita poſſe exiſtimabat, vt intellegeretur αἱρεῖσθαι δυναμένων. Quae omnia fruſtra inepteque dici, docet vel vnus Pauſaniae locus hic [4, 13 p. 311 Kuhn.], ἀναφανῆσαν δὲ, ἀποῤῥίψαι μὲν τὰ ἀπὸ τῆς τραπέζης, ἀφελέσθαι δὲ αὐτοῦ τὰ ὅπλα.

χρηστὸν] Brunſu. σχιστόν. operarum peccato.

ῥιγοῖ] Camot. ῥυγοῖ.

ἐπιβαλέσθαι] Cod. Gal. 1. 2 et Baroc. ἐπιβάλλεσθαι. quod Theophraſto reſtituit Nedhamus primo, deinde Suartius. Probabat etiam Pauus, ſed cauſſam quam attulit, vanam duco. Neque enim Paſſiuum hic, verum Medium, requirunt linguae leges.

καὶ ἔτι περιστεῖλαι] Reiſquius corrigebat, καὶ ἔτι λέγων περιστεῖλαι *ſermone nondum finito, circumponit ei veſtem.* De qua correctione velim alii ſtatuant. mihi quidem et dura videbatur et ingrata. ſequitur enim mox denuo Partic. λέγων. Senſum reperiebam hunc, *interrogat ſi forte rex velit ſe amiciri: neque interrogat tantum, ſed ipſe continuo eum amicit.* Caeterum Codd. Guelff. et Camot. περιστῆλαι. aeque male, ac Cod. Gal. 1. 2 et Baroc. περιστείλῃ.

αὐτὸν] Sylb. Morel. Kirchm. αὐτόν. male. De qua ſcripturae varietate habet quaedam Reitius ad Lucian. p. 44 et 81 To. 2.

5 πρὸς

5 πρὸς τὸ οὖς] Codd. Guelff. Trin. et Norib. Crat. Opor. Stob. Camot. Furl. εἰς τὸ οὖς. Eaſdem Praepoſitiones a librariis permutatas vidimus ſupra ſ. 1 huius Capitis. Mox in Cod. Gal. 1 ſcriptum erat, προσ διαπίπτων διαψιθυρίζειν. recte, puto. Certe auribus meis numeroſius hic quidem videbatur compoſitum verbum διαψιθυρίζειν, quam ſimplex ψιθυρίζειν. Caeterum Valquenarius ad ſchol. Eurip. Phoen. p. 715 corrigebat πρὸς τὸ οὖς προσκύπτων ψιθυρίζειν· cuius correctionis cauſſam non reperiebam niſi emendandi libidinem amoremque verbi προσκύπτειν ineptum. Vtut enim formula προσκύπτειν πρὸς τὸ οὖς elegans ſit et Attica : tamen nec in altera προσπίπτειν πρὸς τὸ οὖς quid inſit vitii video. V. Index.

πεφυτεῦσθαι] Camot. πεφυτεύσθαι. Et in Suart. omiſerunt operae neglegentes verba καὶ τὸν ἀγρὸν ἐν πεφυτεῦσθαι. nam et in Verſione Latina reddidit illa Vir doctiſſimus, et in notis veſtigia eorum comparent.

καὶ τὴν εἰκόνα] Helmſt. καὶ εἰκόνα. male.

καὶ τὸ κεφάλαιον] Ita ſcriptum reperi in Codd. Guelff. et in Norib. Crat. Opor. Stob. Camot. Steph. Lyc. Sylb. Aub. Morel. Kirchm. Furl. Heinſ. Caſaub. a. 1612, Gal. 1. 2, Vpſ. 2. Recte. vt c. 1, 3 καὶ τὸ ὅλον. Neque Politiani libri aliter legerint neceſſe eſt, quum in Verſione eius Latina ſit, *Et ne omnia complectar*. Sed Vpſ. 1, Helmſt. Nedh. Pau. Suart. et Geſn. in Chreſtom. legunt ſimpliciter, τὸ κεφάλαιον, inducta omiſſaque particula καὶ.

κόλακά ἐστι] Camot. κόλακα ἔστι.

πάντα καὶ λέγοντα] Camot. Geſn. Chreſtom. πάντα λέγοντα, deleta particula καί. Mox Nedhamus quum in Cod Gal. 1. 2 et Baroc. inueniſſet ᾧ χαριεῖσθαι· hanc lectionem alteri, οἷς χαριεῖσθαι, praeferendam, recipiendamque adeo in textum, cenſuit. Neque Suartius dubitauit auctoritati eius parere exemplumque ſequi. At Vulgata lectio, vt Pauus praeclare docuit, integra eſt et ſana, quae praeſertim fide et praeſidio tot librorum munita ſit. Politiani tamen libri, ne quid diſſimulem ſciens, exhibuerunt et ipſi, ᾧ χαριεῖσθαι. nam in Verſione Viri Latina haec leguntur, *et ne omnia complectar, aſſentatorem intueri licet ad* eius cui gratificari ſe *arbitretur, nutum ac voluntatem omnia ſua et dicta et facta referentem*.

ΚΕΦ.

ΚΕΦ. Γ

ΠΕΡΙ ΑΔΟΛΕΣΧΙΑΣ

1 Ἡ δὲ ἀδολεσχία ἐςὶ μὲν διήγησις λόγων μακρῶν καὶ ἀπροβουλεύτων· ὁ δὲ ἀδολέσχης, τοιοῦτός ἐςιν οἷος ὃν μὴ γινώσκει, τούτῳ παρακαθεζόμενος πλησίον, πρῶτον μὲν τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς εἰπεῖν ἐγκώμιον· εἶτα ὃ τῆς νυκτὸς εἶδεν ἐνύπνιον, τοῦτο διηγήσασθαι· εἶθ' ὧν εἶχεν ἐπὶ τῷ δείπνῳ τὰ καθέκαςα διεξελθεῖν. 2 εἶτα δὴ προχωροῦντος τοῦ πράγματος, λέγειν ὡς πολὺ πονηρότεροί εἰσιν οἱ νῦν ἄνθρωποι τῶν ἀρχαίων· καὶ ὡς ἄξιοι γεγόνασιν οἱ πυροὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ· καὶ ὡς πολλοὶ ἐπιδημοῦσι ξένοι· καὶ τὴν θάλατταν ἐκ Διονυσίων πλώϊμον εἶναι· καὶ, εἰ ποιήσειεν ὁ Ζεὺς ὕδωρ, τὰ ἐν τῇ γῇ βελτίω ἔσεσθαι· καὶ, ὅτι ἀγρὸν εἰς νέωτα γεωργήσει· καὶ ὡς χαλεπόν ἐςι τὸ ζῆν· καὶ, ὡς Δάμιππος μυςηρίοις μεγίςην δᾷδα ἔςησε· καὶ, Πόσοι εἰσὶ κίονες τοῦ Ὠιδείου, καὶ, Χθὲς ἤμεσα· καὶ, Τίς ἐςὶν ἡμέρα σήμερον; 3 κἂν ὑπομένῃ τις αὐτὸν, μὴ ἀφίςασθαι, καὶ ὡς Βοηδρομιῶνος μέν ἐςι τὰ μυςήρια, Πυανεψιῶνος δὲ Ἀπατούρια, Ποσειδεῶνος δὲ τὰ κατ' ἀγροὺς Διονύσια. παρασείσαντα δὲ χρὴ τοὺς τοιούτους τῶν ἀνθρώπων καὶ διαράμενον ἀπαλλάττεσθαι, ὅςις ἀπύρετος βούλεται εἶναι. ἔργον γὰρ συναρκεῖσθαι τοῖς μήτε σχολὴν, μήτε σπουδὴν, διαγινώσκουσιν.

NOTAE

περὶ ἀδολεσχίας] Furl. Ἀδολεσχία. Apud Stobaeum legitur hoc Caput, 36 p. 219.

1 ἔςι μὲν] Suart. ἐςὶ μὲν· et mox Furl. Heinſ. ἀπροβουλεύτων. vtrumque vitium peperit neglegentia librariorum.

ἀδολέσχης] Cod. Trin. ἀδόλεσχος· vt Ariſtotel. Nicom. 3, 10. At altera illa forma, quam praeoptabat etiam Bencelius, Attica eſt, vt in Indice demonſtrauimus.

τοιοῦτός ἐςιν] Norib. Crat. Opor. Furl. τοιοῦτός ἐςι.

τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς] Cod. Gal. 1. 2 et Baroc. τῆς αὐτοῦ γυναικός. non male.

τοῦτο

τοῦτο διηγήσασθαι]. Codd. Guelff. et Camot. τούτῳ διηγήσασθαι· male. Librarii enim videntur reieciſſe oculos in ſuperiora verba τούτῳ παρακαθεζόμενος. Galeus tamen etiam e Cod. Trin. laudat τούτῳ, in vtroque exemplo ſuo.

2 ἔιτα δὴ] Cod. Gal. 4 ἔιτα δέ. quod Nedhamus primo recepit, deinde Suartius. vt opinor, temere. ineſt enim particulae δὴ ea elegantia atque vis, quae ſentiri magis poſſit a peritis linguae, quam explicari verbis. quo referri poſſunt quae ſupra ad c. 2, 3 eadem de re diximus.

πλώϊμον ἔιναι] Norib. πλώϊμον ἔιναι.

ὁ Ζεὺς ὕδωρ] Cod. Gal. 1 ὁ Ζεὺς ὕδωρ πλεῖον. quod poſtremum vocabulum non dubito quin adiecerit aliena manus, vt ſequens Adi. βελτίω haberet quo quaſi fulcro ſuſtineretur. Nihilo tamen minus id receptum video cum a Nedhamo, tum a Suartio. Scilicet vt omnibus in rebus, ita maxime in his, quae fere guſtu elegantiae, comparato diligentia lectionis et vſus aſſiduitate, ſaepe etiam aurium iudicio, regantur et gubernentur, iudicia hominum diverſa eſſe, quis miretur?

καὶ ὅτι ἀγρὸν ἐις νέωτα γεωργήσει] Ita legendum vidit primo Auberius, qui etiam emendari poſſe putabat, καὶ τὸν ἀγρὸν ἐις νέωτα γεωργήσειν· poſtea idem in mentem venit magno Caſaubono, niſi quod ante ἀγρὸν addi vellet Articulum τόν. Et Caſauboni quidem auctoritati obtemperauit, more ſuo, Kirchmanus: ſed reliqui editores, vt Lugd. a. 1612, Brunſu. Vpſ. 1. 2, Gal. 1. 2, Helmſt. Budiſ., receperunt Auberii correctionem. quam bene et ſcienter, ex eo intellegitur, quod Nedhamus oſtendit, ſe in quinque Codicibus Gallicis diſerte ita ſcriptum inueniſſe. Idcirco et ipſe et Geſnerus in Chreſtomathia Suartiuſque lectionem illam migrare in contexta recte iuſſerunt; praeſertim quum ſenſum fundat bonum atque commodum. Sed, age, reliquas quoque vel lectiones, vel coniecturas Virorum doctorum, in medio, vt inſtituimus, ponamus. In Cod. Baroc. et Trin. erat, vt in Norib. Crat. Opor. Stob. Steph. Lyc. Sylb. Aub. Morel. Furl. Heinſ. Pau., καὶ ὁ ἀγρὸς ἐις νέωτα γεωργήσει [Aub. in textu γεωργῆσαι· ſed in notis γεωργήσει]: quam ipſam lectionem nos in Cod. Guelf., inuenimus. nam Cod. Guelf. 2 exhibebat, vt Camot., καὶ ὁ ἀγρὸς ἐις νεώτατα γεωργήσει. Huic igitur ſcripturae, . quam nos natam arbitramur ex καὶ ὅτι ἀγρὸν ἐις νέωτα γεωργήσει, ſuccurrere certatim conati ſunt Viri docti, vel interpretationibus commodis, vel coniecturis. Sylburgius quidem τὸ γεωργήσει ſic poſitum putabat pro γεωργηθήσεται· et Furlanus idem verbum accipiebat pro καρπεῖν. Vtramque rationem

ipſe

ipſe vſus conſuetudoque loquendi communis videtur conuincere. Ad Furlani tamen ſententiam quam proxime accedit Politiani Verſio Latina, *quodque ager* [num in libris eius fuit καὶ ὅτι ἀγρὸς?] *in annum proxime pulcre reſpondebit.* ad quae verba in marg. Morel. haec leguntur, *id eſt, ſponte ſua fructum nullo cogente proferet. hoc enim ſibi vult* τὸ γεωργήσει. At ego non credo, quum mihi ignota ſit, et fortaſſe aliis quoque, iſthaec verbi notio. Lycius longe rectius coniecit καὶ ὡς ἀγρὸς, aut ἀγρὸν, ὡς v. γ. Nam ὡς orationi Theophraſteae eſt oppido accommodatum. Bernardus nuper in notis ad Thomae Magiſtri Eclogas p. 371 corrigendum ſibi videri oſtendit, καὶ ὁ ἀγρὸς εἰς νέωτά γε ἀργήσει. ingenioſe profecto. At offendit tamen Articulus ὁ quem linguae leges mihi videbantur nolle adeſſe. deſidero etiam ſic quodammodo ingenium ἀδολέσχου. Audaciſſima autem eſt nulloque modo ferenda Reiſquii coniectura, qui reponi iubebat, καὶ ὅτι κέγχρους εἰς νέωτα γεωργήσει, hoc ſenſu, *ſe milio agrum eſſe conſperſurum inſequente anno.* γεωργεῖν enim ait eſſe plebeie dictum pro σπείρειν. praeclare. Sic vero tandem libri veterum fient toti alii, neque opus ſcilicet erit poſthac ſubire moleſtiam conſulendi inſpiciendique libros vel ſcriptos vel editos e ſcriptis ductos, ſed poterit ſui quiſque ingenii ſomnia et oſtenta recte ac ſine negotio ſequi et proponere.

χαλεπὸν ἐςι] Norib. Crat. χαλεπὸν ἐςί. in quibus ipſis libris mox eſt, vt in Camot. et Morel., τὸ ζῆν

Δάμιππος] Reiſquius emendabat Δαμάσιππος. Cuius emendationis cauſſam quum ipſe, vt ſolet, nullam adiecerit, ſuſpicor hanc eſſe, quod ipſi ignotum fuerit nomen Δάμιππος. Hac certe de cauſſa mutari volebat c. 8, 1 nomen Ἀςεῖος. an recte, ad eum locum videbimus. Sapientis vero cautique hominis eſt, etiam in maximis ſcientiae Graecarum litterarum diuitiis et abvndantia paupertatem agnoſcere ſuam, et in legendis veterum ſcriptis cupidiorem eſſe diſcendi et intellegendi, quam non intellecta mutandi et emendandi, vel potius miſere corrumpendi.

μεγίςην] In Cod. Gal. 1 diſerte ſcriptum erat μεγίςοις. Etiam in Cod. Gal. 2 librarius vertici litterae ς impoſuerat notam ſyllabae οις, ſed deinde, deleta inductaque illa ſyllaba, neque tamen ita quin apparerent eius veſtigia, litterae ς adiunxerat ſyllabam ην. Vulgata lectio recte habet. Praecedens vocabulum μυςηρίοις feciſſe videtur, vt haeſitarent errarentque librarii manus. Caeterum in Norib. Crat. Opor. Furl. eſt δᾷδα· et in Steph. Aub. δᾷδα.

ἔςησα

ἔςησε] Cod. Trin., auctore Nedhamo, ἔπηξε· ſed in margine eadem manu adſcriptum erat ἔςησε. Aut igitur duplex olim ſcriptura fuit in libris, aut ἔςησε eſt gloſſema et interpretamentum verbi ἔπηξε. Certe in Heſychii Gloſſario habetur, ἔπηξεν· ἔςησεν· quam tamen gloſſam e Callimachi h. in Apol. 58 ſumtam eſſe, putabat in Commentario ad eum locum ſummus Spanhemius. Caeterum Galeus ait in eodem Cod. Trin. extitiſſe ἔςηξε, quod mutandum cenſebat in ἐφῆψε.

ἐςὶ — οὐδὲν] Norib. ἐςι — ὠδίν.

τίς ἐςὶν] Norib. Crat. Opor. Furl. τίς ἐςί.

3 κἂν ὑπομένῃ] Norib. Crat. Opor. Furl. κἂν ὑπομένει. male. Camot. κἂν ὑπομένη. Caeterum Pauus haec verba τῦ ἀδολέσχυ eſſe arbitratur, qui libere fateatur, ſe diſcedere non poſſe, ſi quis aures ſibi patienter praebeat, non Theophraſti. nam tum ait requiri ἀφίςαται. quaſi vero Infinitiuus ἀφίςαϑαι non poſſit, vt alibi, pendere ab οἷος. Suartii coniectura vix digna videtur quae commemoretur. nam pro κἂν ὑπομένῃ τις αὐτὸν legi iubebat κἂν ὑποφύγῃ τις αὐτόν.

Βοηδρομιῶνος] Furl. Βοηδρεμιῶνος. vitioſe. Mox ante τὰ μυςήρια aberat verbum Subſtantiuum ab Codd. Guelff., quod nec in Norib. Crat. Opor. Stob. Camot. Steph. Lyc. Sylb. Aub. Morel. Furl. inuenitur. Certe non video, quidni recte abeſſe poſſit.

Ποσειδ. δὲ τὰ κατ᾽ ἀγρὺς] In iiſdem libris, et editis, et ſcriptis, etiam in Cod. Trin., auctore Galeo, erat, Ποσ. δὲ κατ᾽ ἀγρὺς [Norib. ἀγροῦς], omiſſo Articulo. male.

παρασείσαντα δὲ χρὴ] Cod. Gal. 1. 2. 5 et Baroc. παρασείσαντα δὴ δεῖ. quam lectionem recepit in textum Nedhamus: cuius auctoritatem Suartius hic, praeter morem, eo reliquit, quod pro δὴ retinuit δέ. In Cod. Gal. 3. 4, Trin. et Guelf. vtroque erat, vt in Camot., ordine inuerſo, παρασείσαντα δεῖ δή· quae ipſa verba extant in marg. Heinſ. In marg. Cod. Vulc., tanquam varians lectio, notatum erat παραςήσαντα δεῖ. Etiam in textu Cod. Oſborn. erat παραςήσαντα, ſed in marg. ἴσ. παρασείσαντα. At quum verba τὺς τοιύτυς τῶν ἀνθρώπων non videantur pendere poſſe a verbo παρασείειν· Caſaubonus inſeri volebat φεύγειν poſt ἀνθρώπων, praeeunte Ariſtotele probll. 5, 8: quod verbum etiam inſeruit eo loco Kirchmanus. Quae ratio quum Pauo viſa eſſet nimis dura: ipſe duas protulit coniecturas alias, vt difficultas illa tolleretur. Auctor enim erat vt aut legeretur ἀποσείσαντα, aut τὺς τοιύτυς τῶν ἀνθρ. mutaretur in τῶν τοιύτων ἀνθρώπων. Nedhamus denique aut admittendum exiſtimabat παραςήσαντα, vt ſignificaret

caret *ſemouere*, aut verbo παρασέειν tribuendam vim verbi ἀποσείειν. Nobis vero ita videtur. Aut παρασείειν per ſe valet *iactatis manibus fugere:* cuiuſmodi praegnantia, vt Grammatici vocant, verba ſane non raro occurrunt: aut eſt ἀνακολουθία quaedam, nimirum pro ἀπαλλάττεσθαι Theophraſtus dicere debebat φεύγειν. Caeterum Politianus locum Latine vertit ſic, *huiuſmodi igitur homines reiiciendi ac procul amouendi ſunt*. e quibus verbis non ſatis exiſtimari poteſt de ſcriptura librorum Viri.

διαράμενον] Norib. Crat. Opor. Stob. Steph. Lyc. Sylb. Aub. Morel. Furl. Pau. aliique διαράμενον. Et Caſaubonus in notis memorat, eſſe qui iubeant ſcribi διαρώμενον. Sed quinam ſint illi, latet. Suſpicor tamen, Pircamerum in ea fuiſſe ſententia. reddit enim locum ita, *ita homines tales depellere oportet et* conuiciis abigere.

ὅςις] Norib. ὅς τις. Crat. Opor. ὅς τις.

ἀπύρετος] Cod. Gal. 3. 4. 5, Trin. Guelff. et Camot. ἀπόρεκτος. non male. Atque in marg. Heinſ. extat γρ. ἀπέραςος· quod vnde hauſtum eſſet, ignorabam.

μήτε σχολὴν μήτε σπουδὴν] Cod. Gal. 1, ordine verborum inverſo, τοῖς μήτε σπουδὴν μήτε σχολὴν διαγινώσκουσιν.

ΚΕΦ. Δ

ΠΕΡΙ ΑΓΡΟΙΚΙΑΣ

1 Ἡ δὲ ἀγροικία δόξειεν ἂν εἶναι ἀμαθία ἀσχήμων· ὁ δὲ ἄγροικος, τοιοῦτός τις οἷος κυκεῶνα πιὼν εἰς ἐκκλησίαν πορεύεσθαι· καὶ τὸ μύρον φάσκειν οὐδὲν τοῦ θύμου ἥδιον ὄζειν· καὶ μείζω τοῦ ποδὸς τὰ ὑποδήματα φορεῖν· καὶ μεγάλη τῆ φωνῆ λαλεῖν· καὶ τοῖς μὲν φίλοις καὶ οἰκείοις ἀπιςεῖν, πρὸς δὲ τοὺς αὐτοῦ οἰκέτας ἀνακοινοῦσθαι περὶ τῶν μεγίςων· καὶ τοῖς παρ' αὐτῷ ἐργαζομένοις μισθωτοῖς ἐν ἀγρῷ, πάντα τὰ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας διηγεῖσθαι. 2 καὶ ἀναβεβλημένος ἄνω τοῦ γόνατος, καθιζάνειν, ὥστε τὰ γυμνὰ αὐτοῦ φαίνεσθαι. καὶ ἐπ' ἄλλῳ μὲν μηδενὶ θαυμάζειν, μήτε ἐκπλήττεσθαι ἐν ταῖς ὁδοῖς· ὅταν δὲ ἴδη βοῦν, ἢ ὄνον, ἢ τράγον, ἑςηκὼς θεωρεῖν. καὶ προαιρῶν δέ τι ἐκ τοῦ ταμείου, δεινῶς φαγεῖν, καὶ

ζωρότερον πιεῖν· καὶ τὴν σιτοποιὸν πειρᾶν λαθεῖν. κἆτ' ἀλέσαι μετ' αὐτῆς τοῖς ἔνδον πᾶσι καὶ αὑτῷ τὰ ἐπιτήδεια. καὶ ἀριςῶν δὲ ἅμα τοῖς ὑποζυγίοις ἐμβαλεῖν τὸν χόρτον. 3 καὶ κόψαντος τὴν θύραν ἐπακοῦσαι αὐτός. καὶ τὸν κύνα προσκαλεσάμενος, καὶ ἐπιλαβόμενος τοῦ ῥύγχους, εἰπεῖν, οὗτος φυλάττει τὸ χωρίον, καὶ τὴν οἰκίαν, καὶ τοὺς ἔνδον. καὶ τὸ ἀργύριον δὲ παρά του λαβὼν ἀποδοκιμάζειν, λίαν μὲν λυπρὸν εἶναι, καὶ ἕτερον ἅμα ἀλλάττεσθαι. καὶ ὃ ἄροτρον ἔχρησεν, ἢ κόφινον, ἢ δρέπανον, ἢ θύλακον, ταῦτα τῆς νυκτὸς κατὰ ἀγρυπνίαν ἀναμιμνησκόμενος. 4 καὶ εἰς ἄςυ καταβαίνων, ἐρωτῆσαι τὸν ἀπαντῶντα πόσου ἦσαν αἱ διφθέραι καὶ τὸ τάριχος· καὶ εἰ σήμερον ὁ ἀγὼν νουμηνίαν ἄγει. καὶ εἰπεῖν εὐθὺς ὅτι βούλεται καταβὰς ἀποκείρασθαι. καὶ ἐν βαλανείῳ δὲ ᾆσαι· καὶ εἰς τὰ ὑποδήματα δὲ ἥλους ἐγκροῦσαι. καὶ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ παριὼν κομίσασθαι παρ' Ἀρχίου τοὺς ταρίχους.

NOTAE

περὶ ἀγροικίας] Furl. ἀγροικία. In Eclogis Stobaei habetur hoc Caput, 4 p. 62.

1 κυκεῶνα πιὼν] Cod. Guelf. 2 κυκεῶν ἀπιών· et Camot. κυκεὼν ἀπιών. ſolemni librariorum errore, quo ſeparanda coniunxerunt, et contra. Cuius rei exempla luculenta multa collegit Heringa Obſeruatt. Critt. c. 2. Caeterum aeque vitioſe ſcriptum eſt in Norib. πειῶν, ac in Crat. Opor. Furl. πιῶν.

πορεύεσθαι] Galeus in vtroque exemplo ſuo edidit πορεύεται· contra leges ingeniumque linguae.

τὸ μύρον] Codd. Guelff. et Norib. Crat. Opor. Stob. Furl. τὸ μῦρον.

φωνῇ] Norib. φονῇ.

τοὺς αὐτοῦ] Codd. Guelff. et Crat. Opor. Stob. Camot. Morel. Helmſt. τοὺς αὐτοῦ. Mox in Norib. eſt ἀνακινεῖσθαι· et in Crat. Opor. Furl. ἀνακοινεῖσθαι. vtrumque vitioſe: quod vitium Geſnerus in Eclogis Stobaei recte correxit. Sylburgius tamen ἀνακοινεῖσθαι putabat oriri potuiſſe ex ἀνακοινωνεῖσθαι. At infra quoque c. 12, 1 videbimus manus librariorum erraſſe in ſcribendo verbo ἀνακοινοῦσθαι.

παρ' αὐτῷ] In exemplo Nedhami video legi παρ' αὐτοῦ. Cuius mutationis quum nullam reddiderit Vir doctus, vt ſolet alias, in notis rationem; quum etiam linguae leges reſpuant Caſum hic ſecundum: vitium operarum eſſe puto, praeſertim quum in verſu

proxi-

proxime praecedenti ſit τοὺς αὐτοῦ οἰκέτας. id facile potuit decipere oculos operarum. Suartius edidit, mutato Spiritu, παρ᾽ αὑτῷ.

2 ἀναβεβλημένος] Galeus in marg. vtriusque exempli ſui exhibet ἀναβεβλημένου· quod etiam in marg. Stobaei inueni. Vulgata recte habet, vt in Indice docebimus. Caeterum in notis Caſauboni ad Sueton. Aug. 81 ed. Graeu. a. 1691 legitur καθιζάνει· quod credo neglegentiae operarum deberi.

τὰ γυμνὰ αὐτοῦ] Sic legunt libri quos inſpeximus omnes, etiam MSS. Caſauboni. Qua lectione quum nihil ſit elegantius, nihil exquiſitius: non erat quod commemoraret Reiſquius, ſe aliquando reponendum putaſſe τὰ γόνιμα. Clotius ait ſibi legendum videri ὥστε τὰ αὐτοῦ γυμνὰ φαίνεσθαι. At vero tum vocabulum γυμνὰ inepte redundaret: etiam numeri vehementer duri et moleſti reperientur, ſi quis velit tentare et attendere, ori, et oppido ingrati auribus. Nam huius quoque rei animaduerſio diligens multum iuvat, in veterum quidem libris, inueſtigationem indagationemque peccatorum ſiue librariorum ſiue interpretum.

φαίνεσθαι] Exempla quaedam Pauus cum Nedhamo ait habere ὑποφαίνεσθαι. Ea quae ſint, non apparet. Nos certe verbum illud tantum in margg. Heinſ. Lugd. a. 1612 et Bruniu. deprehendimus.

ἐπ᾽ ἄλλῳ μὲν μηδενὶ] Sic auſi ſumus cum Nedhamo, Suartio, magnoque Geſnero, reſcribere pro ἐπ᾽ ἄλλῳ μὲν μήτε, quod eſt in editis libris reliquis, excepto Camotiano. Erat autem diſerte ita ſcriptum in Cod. Guelf. 1 et, auctore Galeo, Trin., etiam in Codd. Gall. vetuſtiſſimis: ab quibus tamen aberat verbum θαυμάζειν. vnde Suartius opinabatur legi poſſe, ἐπ᾽ ἄλλων μὲν μηδενὶ μηδὲν ἐκπλήττεσθαι. fruſtra. Etſi enim Nedhamus in Cod. Vulc. et Oſborn extitiſſe ait ἐπ᾽ ἄλλων μὲν μηδενὶ θαυμάζειν· tamen ſatis conſtat, librarios ſaepiſſime ι Datiui mutaſſe in ν. cuius quidem permutationis exemplum infra c. 5, 3 inueniet lector. Cod. Guelf. 2 et Camot. ἐπ᾽ ἄλλῳ μηδενὶ θαυμάζειν, omiſſa particula μέν· quam non patitur facile abeſſe ſequens particula δέ.

ἐν ταῖς ὁδοῖς] Aberant haec verba ab Codd. Guelff. et Gal. 1. At ſeries orationis ea requirit omnino. Ab Camot. tamen abſunt non modo eadem verba, verum etiam haec, ὅταν δὲ ἴδῃ — καὶ προαιρῶν. Fortaſſis enim oculi librarii feſtinantes vnum praeteriere verſum, decipique ſemet ſimilitudine ſyllabarum δὲ ἴδῃ et δέ τι paſſi ſunt. Caeterum in Norib. Crat. Opor vitioſe eſt ἐν τοῖς ὁδοῖς· et Nedhamus hic et alibi edidit ὅτ᾽ ἂν, auctoritate, vt ait, et fide Cod. Gal. 1. 2. Eum hac quoque in re imitatus eſt Suartius.

ἴδῃ] Norib. Crat. Opor. ἴδη.

προαιρῶν] Codd. Guelff. et Norib Crat. Opor. Stob. Steph. Lyc. Sylb. Aub. Morel. Furl. προαίρων· Sed in notis probat Sylburgius ſcripturam alteram. recte. Etiam Caſaubonus reiicit lectionem προαίρων, ſaepeque peccatum a librariis eſſe animaduertit in his verbis.

δεινῶς φαγεῖν] Caſaubonus corrigi volebat δεινός· quod dictum eſſet, vt c. 1, 3 δεινὸς χρῆσθαι. Sed non primus fuit Vir ſummus, qui ita cenſeret. nam iam in marg. Morel. extare video ἴσ. δεινός. Recepit in textum Kirchmanus. Idem fecit nuper Suartius cum Nedhamo, qui δεινός, non δεινῶς, ſcriptum in Cod. Gal. 1. 2 inuenit. Etiam in Cod. Guelf. 1 prima manus ſcripſerat δεινός, e quo poſtea alia manus emendatrix fecit δεινῶς. Ac nobis quidem hoc magis arridebat. nam primo ἀγροικίαν apertum puto cerni non modo in inepte edendo, ſed vel maxime in auiditate edendi. deinde quum verbum πιεῖν ſibi iunctum habeat, veluti comitem, Aduerbium ζωρότερον· natura concinnitatis, cuius veteres conſtat ſtudioſiſſimos fuiſſe, non videtur pati poſſe, vt verbum φαγεῖν relinquatur nudum ſimilique careat comite. Etiam in libris Politiani fuit δεινῶς· nam in Verſione eius Latina haec leguntur, *et ex penu aliquid nactus*, quam auidiſſime *comedit*.

πειρῶν] Ita legit etiam Duquerus ad Thucyd. p. 393. Sed Codd. Guelff. Gall. Vulc. Oſborn. et Norib. Crat. Opor. Stob. Furl. habent πειρῶν. male. Fieri poteſt, vt praecedens Participium προαιρῶν pepererit hoc vitium. Et ne inſtituti noſtri immemores ducamur, quid Suartio de loco hoc viſum ſit, placet breuiter docere. neque enim commodum ſatis aptumque e Vulgata lectione ſenſum elici poſſe ſibi, ſed temere, perſuaſerat Vir doctus. Contendebat igitur legi oportere, καὶ τὴν σιτοποιὸν πυρῶν λαπαγεῖν, vel etiam λαπεῖν, hoc ſenſu, *panificem tritico exonerat*. Certe, ſeruato verbo πειρᾶν, ei ſubiiciendam putabat notionem turpem et obſcenam, verbumque λαθεῖν mutandum in λαβεῖν, quod ad verba inſequentia pertineret. Quae omnia fruſtra ſumuntur a viro eruditiſſimo. Nam ἄγροικος, *ingenuus homo et paterfamilias*, quum promit e cella penaria aliquid, diligenter cauet, ne conſpiciatur forte et deprehendatur ab σιτοποιῷ *ſerua et cuſtode cellae penariae*.

κᾆτ'] Norib. Crat. Opor. Camot. Furl. κἄτ'.

ἀλέσαι] Ita cum Suartio reſcripſimus, de ſententia Caſauboni et Reiſquii. nam poſt verba μετ' αὐτῆς inſerere verbum μετρεῖν, quae erat coniectura Caſauboni altera, nimis durum videbatur, vt non parum mirer, Kirchmanum non modo, ſed etiam Schmidium, amore eius ita capi ſe paſſos eſſe, vt in textum receperint.

ἀλέ-

ἀλέσας autem, quod in omnibus aliis libris, et ſcriptis et editis, praeter eos quos mox laudabimus, legitur, non videbam quo referri poſſet et vnde penderet. Nam in Norib. Crat. Opor. eſt vitioſe editum ἐλάσας· quod tamen vitium retinuit, more ſuo, Furlanus, et, praeter Pircamerum, in Verſione ſua Latina reddidit Lycius. Caeterum Paui coniecturam perſuaſiſſimum habebam abhorrere a vero. iubebat enim pro κατ' ἀλέσας legi καταλέξας, hoc ſenſu, *deligens et recenſens cum ea vniverſae familiae ipſa etiam neceſſaria*. At recedi ſic paullo longius videbatur a veſtigiis ſcripturae Codicum, nec dici arbitrabar poſſe καταλέγειν τὰ ἐπιτήδεια.

μετ' αὐτῆς] Norib. μετ' αὐτοῖς. Camot. μεθ' αὐτῶν. vtrumque male et inepte. Sed cauſſa erroris in promtu eſt.

τοῖς ἔνδον] Opor. τοῖς ἐνδοσιν. perperam. quo tamen vitio non placuit exemplum ſuum liberare Furlano.

καὶ αὐτῷ τὰ ἐπιτήδεια] Haec erat ſcriptura Cod. Baroc.: neque aliter legitur in Morel. Kirchm. Brunſu. Vpſ. 1, Gal. 1. 2, Helmſt. Budiſ., probantibus Bencelio et Reiſquio. Eadem lectio quin inuenta fuerit a Politiano in Codicibus, non ſinit nos dubitare Verſio Viri docti Latina, in qua eſt, *praeparatque ea quae ad rei domeſticae et* ſuam *neceſſitatem ſpectant*. Suartius tamen cum Nedhamo maluit, mutata Spiritus figura, ſcribere αὑτῷ. In caeteris libris, etiam in Codd. Guelff. et in marg. Morel., extat καὶ αὐτὰ τὰ ἐπιτήδεια. quod tueri in notis conatus eſt Pauus.

ἐμβαλεῖν τὸν χόρτον. καὶ κόψαντος] Sic legitur hic locus in editis libris antiquis omnibus, excepto Camotiano, in quo eſt ἐμπεριβαλλεῖν τὴν θύραν· καὶ κόψ., non περιβαλεῖν, vt Sylburgius et Galeus tradunt. nam περιβαλεῖν τὴν θύραν nos quidem tantum in margg. Heinſ. Lugd. a. 1612 et Brunſu. deprehendimus: e quo is, qui Budiſſanae editioni praefuit, fecit perperam ὑπερβαλεῖν τὴν θύραν. At in Cod. Guelf. 2 erat, fere vt in Camot., ἐμπεριβαλεῖν τὴν θύραν καὶ κόψαντος τὴν θύραν ἐπακ. et in Cod. Guelf. 1, vt in Cod. Trin. Vulc. Oſborn. Gal. 3. 4. 5, ἐμβαλεῖν τὴν θύραν, καὶ κόψαντος τὴν θύραν ἐπακ. Cod. Gal. 1. 2 et Baroc. exhibebant ἐμβαλεῖν τὴν θύραν ἐπακ. In hac tanta lectionis diuerſitate primo quid mihi videatur, oſtendam breuiter: deinde pronuntiabo, vt ita dicam, aliorum interpretum ſententias. Puto igitur, ab manu ipſius Theophraſti profectum eſſe, ἐμβαλεῖν· καὶ κόψαντος τὴν θύραν ἐπακοῦσαι αὐτός. quod ſic ſpero a quoque intellegi poſſe facile. Nam primo ἐμβάλλειν per ſe et ſimpliciter valet *pabula, gramina, obiicere*, etiam apud Xenophontem, cuius loca laudauimus in Indice. Quam facile

cile autem fieri potuit, vt quis ad marginem libri ſui aut etiam inter verſus, tanquam interpretamentum, adſcriberet τὸν χόρτον, quod paullatim migrarit in texta Codicum, vt eius, e quo Norib. fluxit, (ex hac enim editione venit in reliquas) et huius quo Politianus vſus eſt? Deinde faciamus, in libris nonnullis fuiſſe olim ἐμβαλεῖν, in aliis παραβαλεῖν· et repertos eſſe librarios, qui exhibere vellent, id quod ſaepe factum ſciunt periti [vid Salmaſius ad Flor. 1,13.3 et nos ad Axioch. 13], duplicem illam lectionem, ſed notam Praepoſitionis παρὰ confunderent, quod ipſum non raro accidit [vid. Animaduerſſ. ad Gram. Vuelleri p. 381 ſ.], cum nota Praepoſitionis περί· ponamus porro, librarios, ſcripto verbo ἐμβαλεῖν, conieciſſe ſtatim oculos in vocabulum τὴν θύραν, et, eo ſemel ſcripto, noluiſſe, ne ſcriptura deturparetur, lituram facere, ſed alios ſtatim ſcripſiſſe ἐπακοῦσαι αὐτὸς, omiſſis verbis intermediis: alios paullo diligentiores et cautiores, relicto vocabulo τὴν θύραν, ei adiungenda putaſſe verba καὶ κόψαντος τὴν θύραν· abunde, credo, apparebit, cur in aliis libris reperiatur ἐμπεριβαλεῖν τὴν θύραν καὶ κόψ. τὴν θύραν ἐπακ.· in aliis ἐμβαλεῖν τὴν θύραν καὶ κόψ. τὴν θύραν ἐπακ.· in aliis denique ἐμβαλεῖν τὴν θύραν ἐπακ. Quae ratio an valere poſſit, an praeferenda ſit aliorum ſententiis, exiſtimabunt iam facile Viri docti et intellegentes. Nam Galeus quidem, poſt ἐμβαλεῖν, in libris olim ſcriptum fuiſſe putabat τὸν πύρνον· e quo alii feciſſent τὴν θύραν, alii τὸν χόρτον. Heſychius enim πύρνος interpretatur per χόρτος. Pavus conſtituendum locum ita cenſebat, καὶ ἀριστῶν δὲ ἅμα τοῖς ὑποζυγίοις ἐμβαλεῖν· τὴν θύραν ἐπακοῦσαι αὐτός. Suartius denique, ex ingenio, edidit, τοῖς ὑποζυγίοις παραβαλεῖν τὴν χύτραν· καὶ ὑπακοῦσαι αὐτὸς, hoc ſenſu, *ac prandens ſeruis ollam ſubiicit ſimul et auſcultat ipſe.* Oh! monſtrum coniecturae! et portentum interpretationis!

[3] ἐπακοῦσαι] Kirchm. Nedh. Suart. ὑπακοῦσαι. quae erat Caſauboni conieſtura.

ἐπιλαβόμενος] Camot. ἐπιλαβόμενον.

ἐύγχυς] Norib. Crat. Opor. ἐίγχυς.

φυλάττει] Sic cum Nedhamo et Suartio emendauimus, auctoritate Codd. Guelff. Gall. Baroc. Trin. et Camot., pro φυλάσσει, quod eſt in reliquis libris. nam eſt certe Ἀττικώτερον. Coniectura autem eiuſdem Nedhami, qui corrigebat οὗτος φύλαττε τὸ χωρίον, etſi non inepta, immo pulcra, eſt et docta, tamen minus neceſſaria videbatur.

καὶ τοὺς ἔνδον] Aberant haec verba ab Codd. Gall. Baroc. Vulc. Trin., etiam Guelff.: neque in Camot. leguntur.

vnde

vnde Nedhamus quoque illa et Suartius omiſerunt in ſuis exemplis. At quum in libris reliquis eadem habeantur; quum fuerint in Politiani Codicibus, in cuius Verſione Latina eſt, *bic rus domumque* et familiam *cuſtodit;* quum οἱ ἔνδον non omnino contineantur τῇ οἰκίᾳ· non licet videre, quidni recte retineri poſſint. Neque vero neceſſe eſt particulam καὶ ante τὴν οἰκίαν accipi pro ἤ. quae erat Reiſquii ſententia.

καὶ τὸ ἀργύριον] Norib. Crat. Opor. ἀργύριον, ſimpliciter, omiſſo Articulo, non minus quam particula καί. Stob. Furl. τὸ ἀργύριον, ſine καί.

παρά τε] Cod. Trin., auctore Galeo, παρὰ τούτε. Norib. Furl. Budiſ. παρὰ τοῦ. vtrumque male. Sic nec λαβὼν ferri poteſt, quod in Norib. Crat. Opor. Stob. Furl. legitur pro λαβών. Λαμβάνων autem, quod extat in margg. Heinſ. Lugd. a. 1612, Brunſu. Budiſ., et quod non omnino reiiciendum puto, vnde ſumtum eſſet, neſciebam.

ἀποδοκιμάζειν] Ed. Gal. 1. 2 ὑποδοκιμάζειν. neſcio, quorum librorum fide. Vulgata certe vera eſt.

λίαν μὲν λυπρὸν εἶναι] Caſaubono viſa ſunt haec verba minus integra. quapropter priſtinam iis integritatem conatus eſt reſtituere coniecturis. Legi enim volebat aut λέγων λυπρὸν εἶναι, aut certe λίαν λέγων λυπρὸν εἶναι. Quam poſteriorem Viri magni coniecturam probabat Reiſquius, et receperunt adeo Kirchmanus atque Schmidius: qui tamen τὸ λέγων vncis coërceri iuſſit. At quum omnes libri in lectione λίαν μὲν λυπρὸν εἶναι conſentiant, nullus diſcrepet, niſi quod Galeus pro λυπρὸν e Cod. Trin. et ex exemplo Eclogarum Stobaei Geneuenſi protulit λυπηρόν· quum particulam μὲν linguae leges abeſſe non patiantur: quum λέγων commode intellegi poſſit [vid. Vueſſelingius ad Diod. Sic. p. 726 To. 1 et quos ibi laudat] et iam verbo ἀποδοκιμάζειν quodammodo continuatur: manus ab emendando abſtinendas eſſe arbitror. Multo vero minus neceſſe eſt vt pro λυπρὸν reſcribatur λεπτὸν, quod in marg. Morel., vt coniectura, exhibetur: minimeque omnium ferri poteſt Suartii incredibilis audacia, qui correxit atque adeo recepit διὰ τὸ μέγ' ἐλαφρὸν εἶναι. nam ἐλαφρὸν ait reperiri in ipſis numis, laudatque eam in rem Liebii Gotham Numariam p. 201: et addit, poſſe etiam μικρὸν emendari. praeclara vero ratio!

καὶ ἕτερον ἅμα ἀλλάττεσθαι] Etiam haec verba ſollicitare, verum ſine cauſſa, auſi ſunt Viri docti. Boſius quidem [ad calcem Vitae Fabric. p. 225] et Pauus ἕτερον mutari volebant in ἑτέρου· Clotius vero in νεωτέρου. contra ingenium linguae,

guae, quod καινὸν, non item νέον, de numis dici iubet. Alii, quibus ἕτερον videretur ſanum eſſe et integrum, aut poſt ἀλλάττεσθαι intellegi debere cenſebant Infinitiuum δεῖν, vt Reiſquius, vel θέλειν et αἰτεῖν, vt Duportus, qui etiam poſt εἶναι intellegi, non inſeri, volebat φάσκων vel λέγων· aut legi, καὶ πρὸς ἕτερον ἅμα ἀλλάττεσθαι vel αἰτεῖν ἀλλάττεσθαι, vt Caſaubonus: quam poſteriorem coniecturam, καὶ πρὸς ἕτερον αἰτεῖν ἀλλάττεσθαι, video eſſe in Kirchm. et Helmſt.: aut denique reſtitui, καὶ ἑτερορρόπῳ ἀλλάττεσθαι, vt Suartius. Sed hae emendationes, ſi fas eſt eas ita appellare, quum ſoli ingenio debeantur, nec praeſidii quidquam habeant in libris antiquis, qui omnes legunt ita, vti edidimus, excepto Norib., in quo eſt ἕτεροι· ſatius eſt minuſque periculoſum, nihil mutare, ſed locum cum Geſnero interpretari hunc in modum, *pecuniam iam acceptam reprobat*, dicens, *nimis tenuem eſſe*, *et ſimul*, cum dicto, *ipſe*, de menſa argentarii, *aliam mutat*. v. Index. Politianus eundem ita vertit, *et quod argentum a quopiam acceperit*, *improbare*, *quoniam tenue eſſe dicat*, *ob idque aliud ſibi eius loco efflagitare*. Quibus e verbis vix indagari videtur poſſe ſcriptura librorum Viri magni.

καὶ ὃ ἄροτρον] Ita legebatur in Codd. Guelff. legiturque in editis libris omnibus, praeter Stob. et Heinſ., qui habent καὶ ᾧ ἄροτρον· quod miror Reiſquium ſuo comprobaſſe iudicio. Repugnat enim haud dubie Pronomen ταῦτα. Atque eadem de cauſſa repudiandam arbitrabar ſcripturam Cod. Gal. 2 et Baroc. καὶ τὸ ἄροτρον ἔχρησεν. quam tamen recepit Suartius. Tolerabilior eſt lectio Cod. Gal. 1 καὶ εἰ τὸ ἄροτρον ἔχρησεν· e qua Nedhamus fecit, de Caſauboni ſententia, καὶ εἴ τῳ ἄροτρον ἔχρησεν, intulitque adeo contexto, aſſentiente et applaudente Pauo. Neque aliter legit Sallierius ad Tho. Mag. p. 250. Furlanus iam legendum iudicarat, καὶ εἰ ἄροτρον. Caeterum pro ἔχρησεν in Camot. eſt ἔπρισε· et in Steph. Lugd. a. 1612, Gal. 1. 2 et Turic. ἔχρησεν. male. Legit tamen ita etiam Politianus. vertit enim, *ſi aratro — indiguerit*.

ταῦτα τῆς νυκτὸς — ἀναμιμνησκόμενος] Etiam hic locus eſt in numero eorum, qui mutili Viris doctis neque integri viſi ſunt. Caſaubonus quidem, Nedhamus, Reiſquius, volebant inculcari verbum ἀπαιτεῖν· hic ante particulam κατά· ille poſt Participium ἀναμιμνησκόμενος· iſte ante Pronomen ταῦτα. Atque ſic, ἀπαιτεῖν ταῦτα τῆς νυκτὸς, ediderunt Kirchmanus et Schmidius. Iam ante Caſaubonum Morellus in ea fuit ſententia, vt aliquid deeſſe putaret. nam in marg. exempli eius, ad verbum

bum ἀναμιμνησκόμενος, haec extant animaduerſa, λείπει τι ἴσ. ἀναπράττειν. Mihi vero cum Lycio Pauoque pro ἀναμιμνησκόμενος emendandum videbatur ἀναμιμνήσκεσθαι, vt Politianum quoque legiſſe puto. Qui Modi quam facile potuerint a librariis permutari, eo magis patet, quum exempla huius permutationis nonnulla hoc ipſo in libello reperiantur. Et *ruſticum eſt*, inquit Geſnerus, *ipſum recenſere et monere familiam ne obliuiſcatur.* quomodo Pauus etiam explicabat verbum ἀναμιμνήσκεσθαι. Caeterum in Camot. vitioſe ſcriptum eſt ἀναμιλενησκόμενος.

4 καὶ εἰς ἄστυ] Norib. Crat. Opor. Stob. Furl. καὶ ἄστυ, omiſſa Praepoſitione. Et Galeus pro καταβαίνων corrigebat ἀναβαίνων· temere.

πόσου] Norib. Crat. Opor. Furl. ποσοῦ.

εἰ σήμερον ὁ ἀγὼν νουμ. ἄγει] Debebat Theophraſtus dicere, εἰ ἡ νουμηνία ἄγει τὸν ἀγῶνα. At tum Theophraſtus, homo vrbanus et doctus, non ἄγροικος, loquutus eſſet; cuius natura et ingenium poſtulabant orationis ordinem ita inuerti. Ita ſcite accepit explicavitque verba Theophraſti Auberius: cuius ſententiae ſubſcribere non dubitarunt Caſaubonus et Duportus. Etiam Meurſius in Graecia Feriata p. 211 attulit hunc locum ſine vllo dubitationis indicio. Sed extiterunt tamen, vt fit, qui, vt ingenioſi viderentur in re, quae auxilio opeque ingenii non egeret, vocabulum ἀγὼν aut mutarent, aut nimis ſubtiliter interpretarentur. Furlanus quidem pro ὁ ἀγὼν reſtituebat ὁ ἀγρός. contra ingenium, credo, et linguae, et ἀγροίκου. Pauus, tranſlato mutatoque accentu, corrigebat, καὶ εἰ σήμερον ὁ ἄγων νουμηνίαν; *et an bodie agat feſtum nouae lunae?* nam in aliis olim Codicibus fuiſſe ait, καὶ εἰ σήμερον νουμηνίαν ἄγει. Atque inde extitiſſe lectionem, quae in omnibus hodie libris inueniretur. At ego ὁ ἄγων pro ἄγει non poteram concoquere: neque alii, vt ſpero, poterunt. Sed omnium audaciſſimus eſt Reiſquius. is pro ὁ ἀγὼν reponendum putabat nomen proprium peregrinum tonſoris alicuius, aut Aegyptii, aut Iudaei, aut Syri, certe ex aliqua gente, quae nouilunia celebraſſet. quaſi vero Athenienſes id non feciſſent. Iubebat igitur legi, εἰ σήμερον Θαμοὺς νουμηνίαν ἄγει· aut etiam Ἄλκων, ex Horat. ſat. 2, 8. 15. Hoc vero eſt lectores illudere. Neque enim ſequentia verba, καὶ εἰπεῖν εὐθὺς ὅτι βούλ. κ. τ. λ., cum ſuperioribus ita cohaerent, vt neceſſe ſit ſomniare de tonſoris barbari nomine. Immo Theophraſtus oſtendere vult, ἀγροίκου eſſe, modo de nouilunio, re ſancta et feſta, loqui, modo tranſire ad tonſuram, rem profanam atque humilem.

 Multo

Multo certe modeſtiores fuere Politianus et Lycius, qui commoda interpretatione conati ſunt ſuccurrere verbis Theophraſti. Et Politianus quidem τὸν ἀγῶνα accipiebat de *ludis*, hoc ſenſu, *an ludi ſint nouilunio*; ſic enim intellego verba eius, *ſi hodie ludus nouilunium celebrat:* Lycius autem de hiſtrionibus aliiſque qui ludos faciant. quod tamen durum puto.

ᾆσαι] Norib. Crat. Opor. Furl. ἆσαι. Pauus corrigebat αὖσαι. quae eſſet nota ruſticitatis. At nec canere in balneo ſolet facile quiſquam niſi ruſticus: nec verbum αὖσαι eſt eiuſmodi vt Theophraſtus eo vſus videri poſſit.

παρίων] Caſaubonus inducendum paene cenſebat, quod Attici abſolute, τῆς αὐτῆς ὁδοῦ, dicerent.

παρ' Ἀρχίου] Sic libri ſcripti et editi omnes, et quidem recte, legunt, etiam Caſaubonus ad Athen. p. 116. Sed in margg. Crat. et Opor. extat ἀπὸ βραχίωνος· in margg. Stob. Heinſ. Lugd. a. 1612, Brunſu. Budiſ. ἀπὸ βραχίονος· et Caſaubonus ad Athen. p. 198 legit ἀπὸ τοῦ βραχίονος. Etiam Auberius putabat, retineri poſſe ἀπὸ βραχίονος, ita, *et praeteriens eadem via ſalſamenta de brachio ſuſpenſa reportare.* Sylburgius tamen malebat tum legi ἐπὶ βραχίονος. Et Pauus in libris olim quibuſdam ſcriptum fuiſſe ſuſpicabatur, καὶ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ παρίων κομίσασθαι ἀπὸ βραχίονος παρ' Ἀρχίου τοὺς ταρίχους. vnde illa lectionis diuerſitas extitiſſet. Neque dubito quin lectio iſta genuina ſit et ab ipſo Theophraſto profecta. In Morel. poſt verba τοὺς ταρίχους inuenitur nota aſteriſci, ac ſi deſideretur deſitque aliquid. In libris Politiani videri poſſit fuiſſe παρ' ἑτέρου vel ſimile quid. vertit enim Latine locum ſic, *cumque eadem via qua iter faciebat, reportare ſalſamenta licuiſſet, aliunde reportat.* Caeterum τοὺς ταρίχους probum verumque eſt, pro quo Sylburgius et Galeus reſcribendum, ſine cauſſa, exiſtimabant τοῦ ταρίχους.

ΚΕΦ. Ε

ΠΕΡΙ ΑΡΕΣΚΕΙΑΣ

1 Ἡ δὲ ἀρέσκεια ἔστι μὲν, ὡς ὅρῳ περιλαβεῖν, ἔντευξις οὐκ ἐπὶ τῷ βελτίστῳ ἡδονῆς παρασκευαστική· ὁ δὲ ἄρεσκος, ἀμέλει τοιοῦτός τις οἷος πόῤῥωθεν προσαγορεύσας, καὶ ἄνδρα κράτιστον εἰπὼν, καὶ θαυμάσας ἱκανῶς, ἀμφο-

ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ μὴ ἀφιέναι· καὶ μικρὸν προπέμψας, καὶ ἐρωτήσας, πότε αὐτὸν ὄψεται, ἔτι ἐπαινῶν ἀπαλλάττεσθαι· 2 καὶ παρακληθεὶς δὲ πρὸς δίαιταν, μὴ μόνον ᾧ πάρεστι βούλεσθαι ἀρέσκειν, ἀλλὰ καὶ τῷ ἀντιδίκῳ, ἵνα κοινὸς εἶναι δοκῇ· καὶ τοὺς ξένους δὲ εἰπεῖν ὡς δικαιότερα λέγουσι τῶν πολιτῶν. καὶ κεκλημένος δὲ ἐπὶ δεῖπνον, κελεῦσαι καλέσαι τὰ παιδία τὸν ἑστιῶντα· καὶ εἰσιόντα, φῆσαι σύκου ὁμοιότερα εἶναι τῷ πατρί· καὶ προσαγαγόμενος, φιλῆσαι, καὶ παρ' αὐτὸν καθίσαι· καὶ τοῖς μὲν συμπαίζειν αὐτὸς, λέγων, ἀσκὸς, πέλεκυς· τὰ δὲ ἐπὶ τῆς γαστρὸς ἐᾶν καθεύδειν, ἅμα θλιβόμενος. 3 καὶ πλειστάκις δὲ ἀποκείρασθαι, καὶ τοὺς ὀδόντας λευκοὺς ἔχειν· καὶ τὰ ἱμάτια δὲ χρηστὰ μεταβάλλεσθαι, καὶ χρίσματι ἀλείφεσθαι· καὶ τῆς μὲν ἀγορᾶς πρὸς τὰς τραπέζας προσφοιτᾶν· τῶν δὲ γυμνασίων ἐν τούτοις διατρίβειν, οὗ ἂν ἔφηβοι γυμνάζωνται. τοῦ δὲ θεάτρου καθῆσθαι, ὅταν ᾖ θέα, πλησίον τῶν στρατηγῶν· καὶ ἀγοράζειν αὐτῷ μὲν μηδὲν, ξένοις δὲ εἰς Βυζάντιον ἐπιστάλματα· καὶ Λακωνικὰς κύνας εἰς Κύζικον· καὶ μέλι Ὑμήττιον, εἰς Ῥόδον· καὶ ταῦτα ποιῶν, τοῖς ἐν τῇ πόλει διηγεῖσθαι. 4 ἀμέλει δὲ καὶ πίθηκον θρέψαι δεινὸς, καὶ τίτυρον κτήσασθαι, καὶ Σικελικὰς περιστερὰς, καὶ δορκαδείους ἀστραγάλους, καὶ Θουριακὰς τῶν στρογγύλων ληκύθους, καὶ βακτηρίας τῶν σκολιῶν ἐκ Λακεδαίμονος, καὶ αὐλαίαν ἔχουσαν Πέρσας ἐνυφασμένους, καὶ αὐλίδιον παλαιστρικὸν κόνιν ἔχον, καὶ σφαιριστήριον· καὶ τοῦτο περιιὼν χρᾶν ἀεὶ τοῖς φιλοσόφοις, τοῖς σοφισταῖς, τοῖς ὁπλομάχοις, τοῖς ἁρμονικοῖς, ἐπιδείκνυσθαι. καὶ αὐτὸς ἐν ταῖς ἐπιδείξεσιν ὕστερον εἰπεῖν, ἐπὶ τῶν θεωμένων, πρὸς ἕτερον, ὅτι τούτου ἐστὶν ἡ παλαίστρα.

NOTAE

περὶ ἀρεσκείας] Furl. Ἀρέσκεια. In Eclogis Stobaeanis inueniet lector hoc Caput 15 p. 151.

[2] περιλαβῶν] Margg. Heinſ. Lugd. a. 1612, Brunſu. Budiſ. εἰπεῖν. Sed περιλαβὼν erat in textu librorum noſtrorum omnivm, ita vt ſcriptura Cod. Trin. c. 1 ὡς τύπῳ περιλαβὼν non temere repudianda videatur: vt

vt ad eum locum meminimus animaduertere.

οἷος] Norib. Crat. Opor. *οἷον.* quod eſt operarum, certe librariorum, peccatum, quo nec Furlanus dubitauit exemplum ornare ſuum.

θαυμάσας] Locus haud dubie ſanus eſt atque integer. nam et Codices manu ſcripti editique libri eum exhibent ſic ad vnum omnes, et ſenſus perquam commodus ex hac lectione naſcitur. Etenim quum ſcirem, ab optimis ſcriptoribus ſolere verba orationis ſaepenumero transferri ad res atque facta [vid. Graeuius ad Flor. 1, 1. 3]: veni in eam opinionem, vt crederem, *θαυμάζειν ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ* poſſe hoc loco non inepte accipi pro *ambabus manibus comprimere dextram*, ita vt *ἱκανῶς* modum comprimendi ſignaret, verbaque *ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ* eodem vt dixi, referrentur, neque coniungerentur cum verbis *μὴ ἀφιέναι·* a quibus ea ſeiungenda cenſet etiam Abreſchius Lectt. Ariſtaenett. p. 290 et Dilucidatt. Thucydd. p. 483: quod ipſum an Barthio viſum fuerit, qui locum hunc laudat in Commentariis ad Claudianum p. 1246, non conſtat. Itaque ſenſus exiſteret hic, *multum, valde, ambabus manibus comprimit dextram amici, neque eum dimittit.* Quae quidem ratio non parum commendari et placere poſſe eo videtur, quod ita recte ſuperſedere et carere liceat correctionibus Virorum doctorum. Clericus enim [A. C. 3, 1. 3. 8] et Nedhamus pro *θαυμάσας* reſtitui volebant, ille *ἀσπάσας*, hic *θωπεύσας·* quod Suartius in Spicilegio notarum probabat: et in exemplo Stobaei quo vſus ſum, manus quaedam erudita emendarat *θάλψας·* quod idem Suartius recipere adeo in textum auſus eſt. nam hunc libellum ait ſcriptum eſſe et a ſe editum, non vt cum librariis inſanire, ſed vt ſapere, diſcerent adoleſcentes. recte: ſi quidem id ſapere eſt, quae non aſſequare, aliaue quacunque de cauſſa non probes, in antiquis ſcriptoribus, ea mutare pro lubitu et emendare, vel corrumpere potius. Hoc vero admodum vereor ne ſit inſanire. Caeterum Pauus verba *ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ μὴ ἀφιέναι* coniungi volebat, contractamque formam loquendi eſſe putabat, pro *ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν ἔχων μὴ ἀφιέναι.* Sic vero iam Politianum video opinatum eſſe, qui verba, de quibus quaeritur, ita vertit, *tum ſatis admiratus eum, vtraque manu comprehenſum, minime a ſe dimittit.*

ἔτι ἐπαινῶν] In Cod. Gal. 1. 2 et Baroc. erat *ἔτι αἰνῶν·* vnde Nedhamus quidem ſuſpicabatur in libris olim fuiſſe ſimpliciter *ἐπαινῶν.* recte. At hic, particula *ἔτι* deleta, oratio non parum elegantiae amitteret: neque ignotum cuiquam

quam eſſe poteſt, quam ſaepe librarii mutauerint verba compoſita in ſimplicia, praeſertim ſi praecedentis vocabuli ſyllabae non eſſent adeo diſſimiles. Reiſquius legi volebat ἐπανιὼν, ita vt ἄρεσκος, poſtquam iam valedixiſſet diſceſſiſſetque, tamen iterum redire et tum demum abire diceretur. certe non abſurde, verum ſine idonea cauſſa, maxime quum ἄρεσκος non dicatur iuſſiſſe valere alterum et diſceſſiſſe.

2 δίαιταν] Camot. διαίταν· et paullo poſt παρέςι.

κοινὸς εἶναι δοκεῖ] Neque huius loci integritatem in dubium quiſquam, opinor, vocaſſet, niſi Nedhamus in Cod. Gal. 1. 2 inueniſſet, κοινὸς εἷς εἶναι δοκεῖ. Hinc Pauus, qua erat ingenii felicitate, aut librarium iudicabat ſcribere voluiſſe τις, aut εἷς perperam ortum e ſequenti verbo εἶναι· quod nobis quoque videbatur. Certe εἷς, quod habeat vim Pronominis τις, quae erat Nedhami ſententia, in Theophraſto ferri non poteſt. Praeterea idem Nedhamus coniiciebat, εἷς εἶναι fortaſſis extitiſſe ex εἰσιέναι, quod eſſet verbum forenſe. praeclare. At dicitur, quod ſciam, de reo, non de arbitro, et in foro. quod ſecus eſt hoc loco. Caeterum pro ἀρέσκειν in Furl., vt in Opor., vitioſe legitur ἀρέσκων.

δοκῇ] Norib. Crat. Opor. δοκῇ.

τοὺς ξένους δὲ] Caſaubonus corrigebat πρὸς τοὺς ξένους· quod nollem excidiſſet Viro magno. Eſt enim in verbis illis elegans, ſed ſaepe, vt fit, non animaduerſus Atticiſmus, pro καὶ εἰπεῖν ὡς οἱ ξένοι. quod etiam Abreſchius notauit in Lectt. Ariſtaenett. p. 25. Nam ea dici ab ἀρέσκῳ praeſentibus et audientibus ξένοις, per ſe clarum eſt et apertum. Ex quo ſimul poteſt abunde intellegi, quam parum cauti fuerint et diligentes Kirchmanus et Suartius, quorum ille auctoritatem Caſauboni ſui ſequutus, quem crederet, vt fit, non potuiſſe errare, edidit πρὸς τοὺς ξένους· hic, vt vitaret ſcilicet Charybdin, τοῖς ξένοις.

κελεῦσαι] Camot. κελέυσαι.

τὰ παιδία τὸν ἐςιῶντα] Ita, et veriſſime quidem, legitur in omnibus libris editis, etiam in Codd. Guelff. Nedhamus autem ſe in Cod. Gal. 1. 2 et Baroc. inueniſſe ait, κελέυσει καλέσαι τὰ παιδία τῶν ἐπὶ δεῖπνον ἐςιῶντα. Κελέυσει aperte corruptum videtur. nam de ἀνακολουθίᾳ cogitare nos non ſinit reliqua auctoris diligentia. Verba ἐπὶ δεῖπνον ſunt, ſine vlla dubitatione, repetita e verſu ſuperiore, librarii neglegentia: quae ipſa τῶν, pro τὸν, peperit. quae ſyllaba, fieri poteſt, vt nota quadam fuerit in libris antiquioribus expreſſa Quam quidem probare rationem; ſatius eſſe videtur, quam cum Nedhamo inanes ſequi coniecturas. Is enim crede-

credebat, librarios ſcribere voluiſſe, aut τὸν ἐπὶ δεῖπνον ἑςιῶντα· qui quis ſit, me non pudet profiteri neſcire: aut πρὸς ἐπίδειπνον ἑςιῶντα, h. e. *rogabit conuiuii dominum vt liberos ſuos ad poſtcoenium vocet.* Cui poſteriori coniecturae repugnant primo leges linguae, quae vetant abeſſe Articulum a Participio ἑςιῶντα· deinde res ipſa et ingenium ἀρέσκȣ. Hi certe quidem homines iubent liberos vocari ad ipſam coenam, non ad poſtcoenium. quae eſſet profecto haud mediocris inhumanitas, qua animus conuiuatoris etiam commoueretur vehementer et alienaretur. Caeterum Crat. Opor. Furl. ἑςιῶντα.

καὶ εἰσιόντα, φῆσαι] In Codd. Guelff. erat, vt in Camot., librariorum errore, εἰσιῶντα. Caſaubonus corrigi iubebat, καὶ εἰσιόντων, φῆσαι. Ei Nedhamus aſſentiebatur, aut certe legendum, ſublata diſtinctione, cenſebat, καὶ εἰσιόντα φῆσαι. At neutro opus eſt. Εἰσιόντα enim eſt Accuſatiuus abſolute poſitus, non Nominatiuus, vt ſibi Pauus perſuaſerat; haberque vim Genitiuorum conſequentiae, quos vocant. Politianus vertit, *inuitatus ad coenam, eodem ab hoſpite filios vocari iubet*, domumque ingreſſus, *eos ſimiliores patri ait eſſe quam fico ficum!* quaſi εἰσιόντα pertineat ad ἄρεσκον. At tum debebat eſſe εἰσιών· accedit quod ipſa orationis ſeries abdicit.

σύκȣ ὁμοιότερα εἶναι] Ed. Gal. 1. 2 σύκῳ ὁμοιότερα εἶναι. male. Eſt enim forma loquendi contracta, βραχυλογίαν vocant, pro ὁμοιότερα εἶναι τῷ πατρὶ ἢ σῦκον σύκῳ. Itaque non erat quod Galeus legi vellet ἢ σύκον σύκῳ ὁμοιότερα εἶναι. Sed multo magis mirandum eſt, Suartium ſomniaſſe, quod pace manium Viri de me optime meriti dictum ſit, legendum, τύπȣ ὁμοιότερα εἶναι, hoc ſenſu, *viua ſimulacra iſta eſſe picta imagine longe meliora et expreſſiora.*

προσαγαγόμενος] Cod. Gal. 1, 2, Baroc. Vulc. Guelf. 2 et, Nedhamo auctore, Trin. [nam Galeus in eo ait fuiſſe προσαγαγόμενός], itemque Camot. προσαγόμενος. quod Nedhamus recepit, et cum eo Suartius, repugnantibus legibus linguae et re ipſa. Ἄρεσκος enim oſculatur liberos conviuatoris, non quum eos allicit, ſed quum allexit. Nec parum gaudeo, etiam a Dorvillio [ad Charit. p. 203] lectionem προσαγαγόμενος ſinceram indicari. Sane Tempora illa duo in hoc aliiſque eiuſdem originis verbis ſunt ſaepenumero ab librariis inter ſe confuſa. vt προσήγετο et προσηγάγετο apud Diod Sic. 1, 54 p. 63 To. 1. Caeterum nec Politianus intellexit ſatis hunc locum. reddidit enim eum Latine ſic, *inde manu trahens oſculatum.* At προσάγεσθαι non fit manu, ſed verbis, neque φιλῆσαι pendet ab Participio προσαγαγόμενος, verum ab οἷος.

παρ'

παρ' ἀυτὸν] Codd. Guelff. et Norib. Crat. Opor. Stob. Morel. Brunſu. Vpſ. 1. 2, Pau. παρ' ἀυτόν. non male.

καθίσαι] Norib. Crat. Opor. καθῆσαι. quam mendam Furlanus in exemplo ſuo non ſuſtulit. In Cod. Gal. 1. 2 et Baroc. erat καθίςαθαι· quod valde miror Nedhamo placere potuiſſe. nam primo quidem *ſiſtere* non eſt καθίςαθαι, ſed καθιςάναι· deinde etiamſi valeret *ſiſtere*, repugnaret tamen ingenium et natura ἀρέσκυ.

πέλεκυς] Lycius reſtituendum arbitrabatur θύλακος, quod vocabulum, vt ἀσκὸς, non tantum de corpore humano dictum eſſet, auctore Euſtathio [ad Il. ψ', 325, quem locum Caſaubonus quoque attulit], ſed etiam de iis qui cibo potuque largiore eſſent quaſi farcti: cuius rei exempla ait eſſe apud Athenaeum lib. 11 et 12. At quum libri ad vnum omnes habeant πέλεκυς· quum verba ἀσκὸς, πέλεκυς, aliter intellegi et poſſint et debeant, ob verba συμπαίζειν ἀυτὸς, vt docuimus in Indice: propterea ego nil mutandum, ſed Vulgatam lectionem retinendam, cenſeo.

ἐᾶν] Ἐὰν eſt in Norib. Crat. Opor. Furl. perperam.

3 καὶ πλειςάκις] Heinſ. πλειςάκις δὲ, omiſſa Coniunctione καί. Satis autem manifeſtum eſſe et e ſubiectis exemplis abunde patere videtur, verba haec vſque ad finem Capitis non pertinere ad Caput περὶ ἀρεσκείας. Atque ego quidem non dubito, diſcedere cum Nedhamo Pauoque in ſententiam Caſauboni, qui finem huius Capitis et initium ſequentis, quod fuerit fortaſſe περὶ βαναυσίας vel ἀπειροκαλίας, intercidiſſe, librariorum neglegentia et errore, cuius exempla ſimilia commemorat, cenſebat, ita tamen vt concederet, poſſe iſta etiam referri quodammodo ad ἄρεσκον, ſed qua φιλότιμον, non qua ἄρεσκον. Itaque Nedhamus in exemplo ſuo verba ita exhibuit, ἅμα θλιβόμενος. — Καὶ πλειςάκις κ.τ.λ.: et Geſnerus in Chreſtomathia omiſit totam hanc Capitis particulam. Caeterum Clericus [A. C. 2, 2. 3. 21] maluit ire in alia omnia, contenditque, cuncta aptiſſime cohaerere inter ſe. nam ἄρεσκον ait eſſe *eum qui omnibus placere ſtudeat, verborum comitate, obſequio, cultus elegantia, liberalitate et ſumtibus*. bene. At primo non tam philoſophari debebas, o bone, quam docere exemplis planumque facere, notionem vocabuli ἔντευξις apud Graecos tam late patuiſſe. deinde non licet videre, quomodo quis placere aliis poſſit, πίθηκον θρέψαι δεινὸς κ. τ. λ. denique qui, quaeſo, haec dici poſſit ἔντευξις ὐκ ἐπὶ τῷ βελτίςῳ ἡδονῆς παρασκευάςική.

καὶ τὺς ἐδόντας — μεταβάλλεσθαι] Aberant haec verba ab Cod. Guelf. 2, vt ab Camot. Cuius

Cuius praetermiſſionis cauſſam quaerendam puto in verbis ἀποκάρασθαι et μεταβάλλεσθαι ſimiliter deſinentibus: quorum vtrumque clauſerit verſus. Caeterum Norib. Crat. ὀδόντας· et Kirchm. μεταβαλέσθαι. Pro δὲ χρηςὰ Suartius malebat legi, ſed ſine cauſſa, δύσχρηςα, vel etiam δύσχροα, vel ἄχροα.

χρίσματι] Cod. Trin. χρίσμασι. Etiam in Latina Politiani Verſione video eſſe, *vt vnguentis niteat.* vnde eandem ab eo inuentam in libris lectionem recte iudicari poſſet, ſi verbum vbique de verbo reddidiſſet.

προσφοιτᾷν] Norib. Crat. Opor. προσφοιτᾶν.

γυμνάζωνται] Cod. Trin. et Stob. Aub. γυμνάζονται. male. Ab Camot. verba τῶν δὲ γυμν. — γυμνάζωνται abſunt: et in Crat. pro ȣ̃ eſt οὗ.

ὅταν] Codd. Gall. ὅτ' ἄν. Bencelius legi volebat ὅπȣ ἂν ᾗ θέα, vel ȣ̃ ἂν ᾗ θέα, ita vt θέα acciperetur de loco, vt c. 9, 2. Non aſſentior.

ᾗ θέα] Codd. Guelff. et Norib. Crat. Opor. Stob. Camot. Steph. Lyc. Sylb. Aub. Morel. Furl. ἡ θέα. At Sylburgius iam in notis aut intellegi oportere cenſuit ᾗ, aut ἡ mutari in ᾗ. quod verum eſt, etiam Lycio probante.

αὐτῷ] Haec ſcriptura haud dubie vera eſt et ab manu Theophraſti profecta. refertur enim manifeſte ad τὸ ξένοις. Neque aliter legit Politianus, quum verterit, *cumque nihil* ſua cauſſa *emat.* At Codd. Nedhami omnes, etiam Trin. et Guelff., itemque Norib. Crat. Opor. Stob. Camot. Steph. Lyc. Sylb. Aub. Morel. Furl. αὐτόν· ſed in marg. Morel. extat ἴσ. αὐτῷ· quae etiam fuit coniectura Stephani et Lycii. I et N in MSS. ſaepiſſime inter ſe permutata leguntur: et ſimilis confuſio Caſuum occurret infra c. 11, 2. In Brunſu. eſt αὐτῷ.

Βυζάντιον] Stob. βιζάντιον.

ἐπιςάλματα] Suſpectum eſt vocabulum Viris doctis. Caſaubonus igitur reponi volebat ἀποςάλματα· quod Nedhamus, ſine cauſſa, praeferebat alteri, Bencelio etiam et Pavo diſſentientibus. Furlanus, vt in Spicilegio notarum Suartius, corrigebat ἐπισάγματα *aſinorum mulorumque clitellas.* Reiſquius ſe aliquando conieciſſe oſtendit ἐπιςάγματα· quam tamen coniecturam ipſe non magni faciebat, quod ἐπιςάγματα aeque obſcurum eſſet et dubium, atque ἐπιςάλματα. Pauus denique vocabulum formae requiri putabat. vnde ſibi in mentem ait veniſſe ἐπιςέμματα, h. e. *coronas*, vel *ornamenta coronarum*, quod genus vittae, lemniſci. At quoniam in libris ad vnum omnibus eſt ἐπιςάλματα, ita vt in nullo ne minimum quidem vllius varietatis veſtigium appareat; quum ex eo quod

quod ſequuntur vocabula formarum, Λακωνικαὶ κύνες, μέλι ὑμήττιον, effici non poſſit, etiam hic debere eſſe vocabulum formae; quum ἐπιςάλματα aut vocabulum formae eſſe poſſit, cuius notio hodie, vt multorum aliorum verborum notiones, ignota ſit, vt Lycius ſenſiſſe videtur, qui retinuit in Latina Verſione Graecum vocabulum; aut certe ſignificet *munera*, δῶρα, vt ἀποςολαὶ apud Ariſtotelem, cuius locum Caſaubonus laudauit, non *procurationes*, vt Politianus inepte vertit: propterea lectionem Vulgatam puto non eſſe ſollicitandam. V. Index.

κύνας] Lyc. κάυνας· et mox τοιῶν, vt Camot. πνιῶν. vitioſe.

4 τίτυρον] Furl. σάτυρον· ſine cauſſa. Aeque inepta ſunt ταῶν, et ψιττακὸν, quae ſibi aliquando reſtituenda viſa eſſe ait Suartius. Omnes libri, in his Codd. Guelff., habent τίτυρον· neque aliter legit Victorius Varr. Lectt. 17, 7, qui tamen omiſit δινός. In marg. Cod. Guelf. 1 extabat hoc ſcholion breue, πίθηκος μικρὰν ἔχων ὀυράν. quae ipſa verba legebantur in margg. Cod. Gal. 3 et Trin. Sumta ſunt e ſchol. Theocriti ad Idyl. 3, 2, obſervante Nedhamo: qui ſe in marg. Cod. Gal. 4 haec verba, quae legi potuiſſent, dicit inveniſſe, Δωριῶς τὸν σάτυρον· reliqua fuiſſe deleta. Caeterum in Camot. ὠτήσαθαι eſt pro κτήσαθαι.

Θυριακὰς] Ita legitur in Norib. Crat. Opor. Stob. Steph. Lyc. Sylb. Aub. Kirchm. Heinſ. Lugd. a. 1612, Brunſu. [in quo tamen deeſt καὶ] Vpſ. 1. 2, Helmſt. Budiſ. Pau. Sed in margg. Heinſ. Lugd. Brunſu. Budiſ. eſt γρ. Θηριακάς· quae erat lectio Cod. Gal. 4, Trin. Oſborn. Guelf. 1 et Camot. Etiam in Cod. Guelf. 2 ſcriptum fuerat Θηριακὰς, ſed correctum poſtea Θυριακὰς, et in margine adiectum hoc ſcholion, ἀπὸ τοῦ τόπου, ἐν ᾧ λήκυθοι διαφέρουσαι τῶν ἄλλων ἐγένοντο: quod ipſum ſcholion repertum eſt a Nedhamo in marg. Cod. Gal. 3, qui in marg. Gal. 2 ait ſimilis gloſſematis veſtigia ſuperfuiſſe. In Cod. Baroc. erat diſerte Θυριακὰς, ſed in Cod. Gal. 1. 2 Θυριακὰς, quod Θουριακὰς legendum eſſe docebat Nedhamus, quod τὸ ῡ litteris ſuperſcriptum in MSS. ſemper vices diphthongi ου ſuſtineret, ita vt originem lectionis Θυριακὰς inde reperiri facile liceret. Quam quidem lectionem adeo contemſit idem Vir doctus, vt, Sylburgii Caſauboniquede ſententia, receperit Θυριακάς. neſcio an temere, quum nondum expeditum ſit, intellegatur Θούριον, Italiae opidum, an Θύριον, vrbs Acarnaniae. Sequutus tamen eſt Nedhami auctoritatem Suartius: neque aliter verba Theophraſti video laudari a ſummo Hemſterhuſio ad Lucian. p. 370 To. 1. Caeterum in Morel. eſt τυριακὰς, ſed in marg. ἴσ. Θηριακάς.

ϱιακὰς. Etiam in marg. Stob. extat τυϱιακάς· neque Politiani libri aliam videntur ſcripturam ſuppeditaſſe, quum in Verſione eius Latina legatur, *vnguentariis vaſis, eiſque rotundis et* Tyriis. Probauit lectio ſe haec Galeo, et ante eum Furlano: qui tamen legi quoque poſſe putabat μυϱηϱάς· quam eius emendationem laudat Iungermanus ad Pollucem p. 1297. Pauus, denique; nam nec huius Viri coniecturae praetereundae videntur; Pauus igitur ſe non interceſſurum aiebat, ſi quis vellet reponere Θηϱαϊκὰς, vel etiam Θηϱικλήας, ingenioſe ſatis, fateor, ſed ſine cauſſa.

σφαιϱιςήϱιον] Camot. φαιϱιςήϱιον.

χϱᾷν] Aberat verbum hoc ab Cod. Gal. 5 et Trin., abeſtque ab Steph. Lyc. Sylb. Aub. Morel., in cuius tamen marg. eſt γϱ. χϱᾷν. et recte quidem. Neque enim abeſſe vllo modo poteſt. quod iam Lycius vidit, qui tamen ſenſum ipſius loci non aſſequutus eſt. Nam verbum ἐπιδείκνυσθαι alias non haberet vnde regeretur: ita vt certiſſimum ſit, erraſſe Sylburgium et Galeum, qui alterutrum, aut χϱᾷν, aut ἐπιδείκνυσθαι, ſuperfluum putabant. Legebatur autem χϱᾷν in Codd. Guelff. et Gal. 3 non minus quam in Norib. Crat. Opor. Stob. Camot. Furl. [in quibus tamen libris ſcriptum eſt χϱᾷν] Heinſ. aliiſque recentioribus editionibus. Etiam in Cod. Gal. 4 extabat, verum interpolatum, auctore Nedhamo: neque in libris Politiani deſiderabatur, in cuius quippe Verſione Latina, licet abſurde, eſt, *atque haec luſtrans quotidie* canit oracula *philoſophis.* Cod. Gal. 1. 2 et Baroc. exhibebant χϱὴ νῦν ἀεί· quod Nedhamo ortum videbatur e χϱωννύναι, vel κιχϱάναι et Pauo e χϱωννύειν ἀεὶ, quod erat in Codice antiquiſſimo Salmaſii [de modo vſurar. p. 306]. At quidni potius e χϱηννύειν ἀεί? Caeterum particulam ἀεὶ Bencelius abeſſe opinabatur poſſe, ſaluo integroque ſenſu. quod mihi ſecus videtur. Immo in particula illa eſt ipſa ſedes, vt ita dicam, et domicilium βαναυσίας et ἀπειϱοκαλίας.

αὐτὸς ἐν ταῖς ἐπιδείξεσιν ὕστεϱον εἰπεῖν] Etiam hic locus a Viris doctis varie tentatus eſt, qui mihi ſaluus quodammodo integerque videbatur. Nam primo ita legitur in libris ſcriptis vulgatiſque antiquis omnibus, niſi quod in Cod. Gal. 1. 2 et Baroc. ἔπεισιν extabat pro εἰπεῖν, et πϱὸς τὸν ἕτεϱον, addito Articulo, pro πϱὸς ἕτεϱον· in Norib. autem, Crat. Opor. Stob. Furl. ταῖς ἐπιδείξεσιν, omiſſa Praepoſitione: et εἰπεῖν πϱὸς ἕτεϱον pro πϱὸς ἕτεϱον· quali libro puto Politianum quoque vſum eſſe, quia vertit, *atque ipſe in venditationibus ait ſe poſtremum: praeſentibus iis qui ſpectandi gratia convenerint, ad alium* loquitur,

Atque

Atque huius eſt, inquit, palaeſtra. Deinde commodum arbitrabar et leuitate oſtentatoris dignum ſenſum elici poſſe e lectione Vulgata, hoc eſt hunc, *ipſe, dum fiunt exercitationes, tandem venit et dicit, audientibus ſpectatoribus, ad alium, Hic* (ego) *eſt dominus palaeſtrae.* quemadmodum verba ἐπὶ τῶν θεωμένων et Pronomen τούτου iam ab Abreſchio explicata poſtea vidi in Lectt. Ariſtaenett. p. 173 ſ. Sed ſcriptura Codd. Gall. et Baroc. non minus quam lectio Norib., e quo libro manauit in caeteros, mihi paene perſuaſerunt, conſtitui debere locum hoc modo, καὶ αὐτὸς ταῖς ἐπιδείξεσιν ὕστερον ἐπιέναι, ἐπὶ τῶν θεωμένων, εἰπεῖν πρὸς ἕτερον, ὅτι τούτου ἐστὶν ἡ παλαίστρα. Pro ἐπιέναι, quod pendet ab Adiectiuo δεινὸς, poſſet etiam ἔπεισιν legi, ſi quis ἀνακολουθίᾳ delectaretur. Quam emendationem certe aliorum coniecturis et ſuſpicionibus multum praeſtare putabam. Lycius quidem primo pro ἐπὶ τῶν θεωμένων reſtitui volebat περὶ τῶν θεωμένων· deinde verba ὅτι τούτου mutanda cenſebat in ὅτι τοσούτου. vtramque coniecturam ſequutus eſt in Verſione Latina. reddidit enim locum ſic, *et vbi vix dum oſtendit* [ignoraſſe enim Lycius, vt Pircamerus, videtur poteſtatem verborum ἐπιδείκνυσθαι et ἐπιδείξεις] *ipſe ad proximos* de iis quae ſpectantur, Tanti, *inquit, conſtat palaeſtra.* At τὰ θεώμενα non credo dici poſſe *ea quae ſpectantur:* deinde deſidero ingenium φιλοτίμου· denique neſcio an παλαίστρα ſic vſurpetur de iis quae in palaeſtra fiunt. Atque ex his etiam de Auberii coniectura iudicium fieri poterit facile. is enim emendabat, καὶ αὐτὸς ἐν ταῖς ἐπιδείξεσιν ὕστερον εἰπεῖν ἐπί τινος τῶν θεωμένων, hoc ſenſu, *atque inter oſtentandum tandem de aliquo ſpectatorum hoc dicere alteri cuipiam, Huius haec eſt palaeſtra.* Nedhamus reſcribendum cenſuit, neque cenſuit tantum, ſed, quod non placet, recepit adeo, καὶ αὐτὸς ταῖς ἐπιδείξεσιν ὕστερον ἔπεισιν, ἐπὶ τῷ εἰπεῖν τινα τῶν θεωμένων πρὸς τὸν ἕτερον, ὅτι τούτου ἐστὶν ἡ παλαίστρα. Ἔπεισιν quidem ferri poſſet, vt ante dixi: ſed reliqua cum legibus Critices aduerſantur, quae inculcari quidquam temere et ſine auctoritate bonorum librorum vetant; tum etiam, vt opinor, linguae indoli. neque enim ea pati videtur dici, ἐπὶ — τινὰ — πρὸς τὸν ἕτερον. Quae quum videret, credo, Suartius: maluit edere, καὶ αὐτὸς ταῖς ἐπιδείξεσιν ὕστερον ἐπεῖναι ἐπὶ τῷ εἰπεῖν ἕνα τῶν θεωμένων πρὸς ἕτερον —. De qua Viri docti emendatione non magis, quam de Caſauboni, Paui, Reiſquii, Clotii denique, coniecturis, iudicium eſto penes lectorem, ne cui nos id egiſſe videamur crebra et iterata animaduerſione noſtra, vt taedium aliis, vel odium adeo et iram, excitaremus: praeſertim quum correctionibus

nibus illis ipſis inſint non pauca, quibus argui ſponte poſſint. Caſaubonus enim corrigi volebat, ἐπί τῷ τῶν θεωμένων· Pauus, καὶ αὐτὸς ἐν ταῖς ἐπιδείξεσιν ὕστερον ἐλθεῖν, ἐπὶ τὸν θεώμενον εἰπεῖν πρὸς ἕτερον· vel, καὶ αὐτὸς ἐν ταῖς ἐπιδείξεσιν ὑστερεῖν, ἐπὶ τὸν θεώμενον κ. λ. vel etiam, addito Articulo, ἐπὶ τῷ τὸν θεώμενον εἰπεῖν. Reiſquius, εἰπεῖν ἐπὶ τῶν θεωμένων, πρὸς ἕτερον λέγειν, ὅτι — h. e., vt ipſi interpretari placuit, *hortatur ſpectatorum aliquem alteri dicere, aream eſſe illius.* Clotius, καὶ αὐτὸς ἐν ταῖς ἐπιδ. ὕστερον εἰπεῖν τῷ τῶν θεωμένων, ἐπιδεικνὺς ἕτερον, aut ἀποβλέψας πρὸς ἕτερον ὅτι —, aut, eiectis verbis πρὸς ἕτερον, καὶ αὐτὸς — εἰπεῖν τῷ θεωμένῳ ὅτι — hoc ſenſu, *dicit ad aliquem ſpectatorum, ecce tibi hominem cuius haec eſt palaeſtra.* Caeterum in Norib. eſt τοῦτο ἐστίν.

ΚΕΦ. ΣΤ

ΠΕΡΙ ΑΠΟΝΟΙΑΣ

1 Ἡ δὲ ἀπόνοια ἐστὶν ὑπομονὴ αἰσχρῶν ἔργων καὶ λόγων· ὁ δὲ ἀπονενοημένος, τοιοῦτός τις οἷος ὀμόσαι ταχὺ, κακῶς ἀκοῦσαι, καὶ λοιδορηθῆναι δυνάμενος. τῷ ἤθει ἀγοραῖός τις, καὶ ἀνασεσυρμένος, καὶ παντοποιός. ἀμέλει δυνατὸς καὶ ὀρχεῖσθαι νήφων τὸν κόρδακα, καὶ προσωπεῖον ἔχων ἐν κωμικῷ χορῷ· 2 καὶ ἐν θαύμασι δὲ τοὺς χαλκοὺς ἐκλέγειν, καθ᾽ ἕκαστον παριών. καὶ μάχεσθαι τοῖς τὸ σύμβολον φέρουσι καὶ προῖκα θεωρεῖν ἀξιοῦσι. δεινὸς δὲ καὶ πανδοκεῦσαι, καὶ πορνοβοσκῆσαι, καὶ τελωνῆσαι, καὶ μηδεμίαν αἰσχρὰν ἐργασίαν ἀποδοκιμάσαι, ἀλλὰ κηρύττειν, μαγειρεύειν, κυβεύειν, τὴν μητέρα μὴ τρέφειν, ἀπάγεσθαι κλοπῆς, τὸ δεσμωτήριον πλείω χρόνον οἰκεῖν, ἢ τὴν αὑτοῦ οἰκίαν. 3 καὶ τοῦτο δ᾽ ἂν εἶναι δόξειε τῶν περιϊσταμένων τοὺς ὄχλους, καὶ προσκαλούντων, μεγάλῃ τῇ φωνῇ καὶ παρεῤῥωγυίᾳ διαλεγομένων πρὸς αὐτοὺς καὶ λοιδορουμένων· καὶ μεταξὺ οἱ μὲν προσίασιν, οἱ δὲ ἀπίασι πρὶν ἀκοῦσαι αὐτοῦ· ἀλλὰ τοῖς μὲν ἀρχὴν, τοῖς δὲ συλλαβὴν, τοῖς δὲ μέρος τοῦ πράγματος λέγει· οὐκ ἄλλως θεωρεῖσθαι ἀξιῶν τὴν ἀπόνοιαν αὐτοῦ, ἢ ὅταν ᾖ πανήγυρις. 4 ἱκανὸς δὲ καὶ δίκας τὰς μὲν φεύγειν,

τὰς

τὰς δὲ διώκειν, τὰς δὲ ἐξόμνυσθαι, ταῖς δὲ παρεῖναι· ἔχων ἐχῖνον ἐν τῷ προκολπίῳ, καὶ ὁρμαθὲς γραμματιδίων ἐν ταῖς χερσίν. ἐκ ἀποδοκιμάζων δὲ ἐδ' ἅμα πολλῶν ἀγοραίων ϛρατηγεῖν, καὶ εὐθὺς τέτοις δανείζειν, καὶ τῆς δραχμῆς τόκον τρία ἡμιωβόλια τῆς ἡμερας πράττεσθαι, καὶ ἐφοδεύειν τὰ μαγειρεῖα, τὰ ἰχθυοπωλεῖα, τὰ ταριχοπωλεῖα. καὶ τὲς τοκὲς ἀπὸ τἒ ἐμπολήματος εἰς τὴν γνάθον ἐκλέγειν. 5 ἐργώδεις δὲ εἰσὶ τὸ ϛόμα εὔλυτον ἔχοντες πρὸς λοιδορίαν, καὶ φθεγγόμενοι μεγάλῃ τῇ φωνῇ, ὡς συνηχεῖν αὐτοῖς τὴν ἀγορὰν καὶ τὰ ἐργαϛήρια.

NOTAE

περὶ ἀπονοίας] Furl. Ἀπόνοια. In Eclogis Stobaei hoc Caput eſt 2 p. 33.

1 *ἡ δὲ ἀπόνοια*] Norib. *ἡ δὴ ἀπόνοια ἐϛί.* Crat. Opor. Furl. *ἡ δὲ ἀπόνοια ἐϛί.* Camot. *ἡ δὲ ἀπόνιά ἐϛιν.* Vir doctus, qui, Caſaubono auctore, pro *ὑπομονὴ* legi volebat *ὑπερβολὴ*, non ceperat ſatis vim et elegantiam vocabuli. Sed in eo tamen quo vſi ſumus, Sylburgianae editionis exemplari eandem coniecturam margini commiſerat manus quaedam docta.

ἔργων καὶ λόγων] Codd. Nedhami omnes, etiam Trin. et Guelf. 1, itemque Norib. Camot. *ἔργων δικαιολόγων·* quod Nedhamus ortum ſuſpicabatur ex *ἔργων δὴ καὶ λόγων.* At particulae *δὴ* locus hic eſſe nequit. Verius ſane Galeus iudicauit, librarios ſcribere voluiſſe, *ἔργων τε καὶ λόγων.* At etiam c. 1 dixit Theophraſtus, *προσποίησις — πράξεων καὶ λόγων*, ſine copula *τε.*

ὀμόσαι ταχὺ] Sic habent libri ſcripti editique omnes, praeter Camot., in quo legitur, *οἷος ὁ πόσα ταχύ.* et praeter Norib. Crat. Opor., in quibus aeque vitioſe deſcriptum extat *ἐμόσε·* quod tamen vitivm inde deriuatum eſt in exemplum Furlani, neque correctum ab Geſnero in Stobaei Eclogis, quod in meo exemplari erudita manus feoerat. Politianus in libris ſuis eandem ſcripturam prauam invenerat, et in Verſione Latina reddidit, *vecors autem eſt is qui aeque et audire male et conuiciis laceſſere poteſt.* Sed aliis etiam in libris permutata inter ſe eſſe ſcio *ὀμόσαι* et *ὄμοσε*, vt apud Palaephatum c. 32, 11. Clotio nuper in mentem venit emendare, *οἷος ὀμόσαι ταχὺς*, et loca Thucydidis Horatiique, quibus vel

confirmaret vel illuſtraret hanc verborum ſtructuram, de cuius veritate dubito an quiſquam vllo modo dubitare poſſit, e Stephani Theſauro diligenter ſtudioſeque congeſſit, librarioque bono vendidit. At ſic intellegi oportet εἶναι. nam οἷος ταχὺς ὀμόσαι dici hic per ſe non poteſt. neque enim ordo verborum eſt hic, οἷος, ὀμόσαι ταχὺς, κακῶς ἀκοῦσαι κ. λ.: ſed verba aut ita cohaerent, οἷος ὀμόσαι ταχὺ, δυνάμενος κακῶς ἀκοῦσαι κ. λ., h. e. *qui facile et temere iuret*, quamuis propterea male audiat: aut ſic, οἷος ὀμόσαι ταχύ· κακῶς ἀκ. καὶ λοιδορηθῆναι δυνάμενος. Omnino correctio illa eſt ſuperflua, quae etiam aures offendat, rationique Theophraſti, et, quod maximum eſt, fidei omnium librorum, repugnet.

ἀκοῦσαι καὶ λοιδορηθῆναι] Codd. Gall. Trin. Baroc., etiam Guelff., et Camot. ἀκοῦσαι, λοιδορηθῆναι, ſublata particula καὶ, quam hic non credo abeſſe poſſe. Praeterea Auberius auctor eſt, ſe reperiſſe in exemplaribus nonnullis λοιδορῆσαι pro λοιδορηθῆναι. cuiuſmodi Codice certe Politianus vſus eſt. vertit enim, vt ante vidimus, *conuiciis laceſſere.* Atque Suartio quidem iſta lectio adeo placuit, vt receperit. Ferri ſane quodammodo poteſt, ſi verba ὀμόσαι ταχὺ a caeteris ſeiungantur, hoc modo, οἷος ὀμόσαι ταχύ· κακῶς ἀκοῦσαι καὶ λοιδορῆσαι δυνάμενος.

ἀγοραῖός τις] Norib. Crat. Opor. ἀγοραῖος τις. Camot. ἀγοραῖος τὶς—. Kirchm. ἀγόραιος τις. male.

ἀνασεσυρμένος] Camot. ἀνασεσυμένος.

τὸν κόρδακα] In marg. Cod. Gal. 2 adſcriptum inuenit Nedhamus ſcholion hoc breve, εἶδος αἰσχρᾶς καὶ ἀπρεποῦς ὀρχήσεως.

καὶ προσωπεῖον ἔχων] Caſaubonus recte vidiſſe videtur, deeſſe hic particulam οὐ, omiſſam in omnibus libris. Legebat igitur προσωπεῖον οὐκ ἔχων, inducta particula καί· quod probari non poteſt. Nedhamus certe magis laudandus ob diligentiam videtur, quod edidit, καὶ προσωπεῖον οὐκ ἔχων. Pauus tamen malebat legi, κοὐ προσωπεῖον ἔχων. quod valde vereor ne iuſto durius ſit, tali quidem in libello. Longius vero progreſſa eſt Suartii audacia. is enim edidit, καὶ προσωπεῖον ἠχεῖν. quod qui poteſt concoquere, is concoquat. Errat etiam Suartius, quod dicit, antea lectum eſſe προσωπεῖον ἔχειν· quod nos quidem in nullo libro reperimus.

χορῷ] Camot. χωρῷ.

[2] ἐν θάυμασι] Sylburgius dictum putabat pro θεάμασι, dubitabatque, Theophraſto id, an librariis, deberetur. Furlanus autem, ἐν θεάμασι legendum eſſe, vel ex ipſa re conſtare aiebat. Vtrumque Virum doctum eſſe in errore verſatum, Index ſatis docebit lectorem.

τὰς χαλκᾶς] Norib. τὰς χαλκᾶς. Stob. Heinſ. Nedh. Pau. Suart. τὰς χαλκᾶς, de ſententia Sylburgii.

καθ' ἕκαςον παριὼν] Erat quum Nedhamo aptius videretur, καθ' ἕκαςον περιιὼν. At notio τῆς περὶ iam continetur verbis καθ' ἕκαςον, ſiue ea cum παριὼν coniungas, ſiue cum Reiſquio, qui et ipſe reponebat περιιὼν, ad ἐκλέγειν referas. qui enim adit ad ſingulos ſpectatores, qui ſingulatim exigit et corrogat numulos, is ipſe circumeat neceſſe eſt. Caeterum Camot. ἐκλέγειν καθέκαςον παριὼν. quam ſcripturam quid cauſſae ſit cur alteri, καθ' ἕκαςον, praetulerit Reiſquius, fateor, me non intellegere.

τοῖς τὸ σύμβολον φέρεσι] Cod. Gal. 1. 2 et Baroc. τούτοις τοῖς τὸ σύμβολον φέρεσι. quod ferri non poteſt, niſi pro τοῖς legas οἷ· quod valde dubito an leges linguae reſtitui hic patiantur. Pro φέρεσι, quod Reiſquius explicat per ἐκλέγει, idem malebat emendari ἀπαιτῆσι. vtrumque fit temere, et ita, vt ὁ ἀπονενοημένος ſubito deſinat talis eſſe.

ἀξιῶσι] Abeſt hoc verbum ab Steph. Lyc. Morel. aberatque a Cod. Gal. 5 aliiſque, quos Caſaubonus in Commentario vocat optimae notae Codices. Atque Lycius quidem tum legendum exiſtimabat τῷ προῖκα, non καὶ προῖκα. quod tamen non omnino neceſſarium foret. nam etiam c. 5, 4 dixit Theophraſtus χρῶν ἐπιδείκνυσθαι. Senſus eſſet, *vt adeo* [καὶ] *gratis ſpectent*. Sed praeſtat ſeruare lectionem Vulgatam, quae vnice vera eſt, et quam Latina quoque Politiani Verſio agnoſcit, *et cum exhibentibus ſymbolum, gratiſque ſpectare* volentibus, *contendere*. Itaque neceſſe non erat, vt Auberius verba Theophraſti, contra auctoritatem omnium librorum, ita collocaret, καὶ προῖκα θεωρεῖν, καὶ μάχεσθαι τοῖς τὸ σύμβολον φέρεσι. Etiam Caſauboni coniecturae ineptae ſunt et ſuperuacaneae. is enim volebat legi, καὶ μάχεσθαι τοῖς τὸ σύμβολον φέρεσι καὶ προῖκα θεωρεῖν ἀξιῶσιν· αὐτὸς προῖκα θεωρεῖν· vel, καὶ ὅτω προῖκα αὐτὸς θεωρεῖν.

πανδοκεῦσαι] Ita ſcriptum offendimus in Codd. Guelff. et Camot. quae ſcriptura melior eſt et Ἀττικωτέρα, quam altera, quae in caeteris libris habetur, πανδοχεῦσαι. Sic idem verbum et nomen πανδοκεῖον ſcripta extant apud Demoſthenem de f. legat. p. 168, apud Aeſchinem de f. legat. p. 273 et ep. 12 To. 2 Tayl. et alibi in optimis libris. vid. Audendorpius ad. Tho. Mag. p. 676 et nos ad Palaephat. 46, 2.

καὶ πορνοβοσκῆσαι] Ab Vpſ. 1 male abeſt καί· et in Norib. Crat. Opor. Camot. Furl. mox ſcriptum eſt ἀποδοκιμάσαι.

μὴ τρέφειν] Norib. Crat. μητρέφειν.

πλεῖω χρόνον] Codd. Guelff. et Camot. πλεῖον χρόνον. Num forte χρόνον delendum? Malim tamen ego peccatum librariorum putare, quorum aures atque manus male ſubſequutae ſint exceperintque vocem dictantis.

οἰκεῖν] Camot. mendoſe εἰκεῖν. Sic mox pro ἀυτοῦ in Codd. Guelff. et Norib. Crat. Opor. Stob. Camot. Furl. Heinſ. Lugd. a. 1612, Gal. 1., Helmſt. eſt, ſolemni permutatione, ἀυτοῦ.

3 καὶ τοῦτο δ' ἂν εἶναι] Ita locum exhibent libri omnes, etiam Guelferbytàni: niſi quod in Gallicis Codd., Nedhamo auctore, fuit ΤΟΥΤ ΑΝ: quod idem Vir doctus natum ſuſpicabatur aut ex ΤΟΥΤΩΝ, aut ex ΤΟΥΤΩΝ ΑΝ, quae videretur eſſe vera lectio, ita vt intellegeretur εἷς. At repugnat primo ratio loquendi Theophraſtea, quae non patitur abeſſe particulam δέ· deinde abdicit ipſius linguae ingenium. neque enim dici poſſe arbitror τούτων—τῶν περιϊςαμένων. Sed nec reliquae Virorum doctorum coniecturae placent. Reiſquius legebat, καὶ τοῦτο δ' ἂν εἶναι δόξειε τῶν τοιούτων, περιϊςασθαι τοὺς ὄχλους, καὶ προσκαλεῖν μεγάλῃ κ. τ. λ. Hoc vero hariolari eſt et ſemet loquentem facere in veterum ſcriptis, non emendare. Auberius corrigebat, καὶ τοιοῦτος ὢν δ' ἂν εἶναι δόξειε. At δὲ reiici ſic non poteſt, nec ſatis commodus ſenſus exiſtit. In marg. Stobaei pro τοῦτο extat οὗτος, quod et Caſaubonus probauit, et Galeus recepit cum Kirchm. [in cuius exemplo etiam eſt δὲ ἂν] Brunſu. Vpſ. 1, Helmſt. Budiſ. At redundaret ſic Pronomen οὗτος perinepte. nam δόξειε quidem quilibet videt pertinere ad vecordem. Suartius, quae erat eius hoc in genere non imitanda audacia, ex ingenio, correxit recepitque, καὶ τούτῳ δ' ἂν εἶναι δόξειέ τι τὸ τῶν περιϊς. ſine ſenſu apto. Mihi igitur, iuſto fortaſſis timidiori his in rebus, ſcriptura, καὶ τοῦτο δ' ἂν εἶναι δόξειε, recte ſe habere videbatur. Pavus, cui ſcio idem viſum eſſe, τοῦτο ait dictum pro κατὰ τοῦτο, quod praecedentia reſpiciat, *et eo.* quae non intellego. Ego verba καὶ τοῦτο δὲ interpreter *quin etiam*, ἀμέλει δὲ, vt alibi loquitur Theophraſtus. Cuius ſignificatus etſi aliud exemplum mihi, quum haec ſcripſi, non ſuccurrit: tamen orationis feriem video addicere, neque naturam linguae vetare. Certe καὶ τοῦτο non ignoro et alibi eleganter dici, et a multis male corrigi. vid. Plato Apol. 17 et Axioch. 9. Caeterum Politianus quoque ſequutus eſt in Verſione Latina lectionem noſtram, ſed ſenſum non eſt aſſequutus. etenim vertit, *hoc etiam vitium ad eos ſpectare videtur qui multitudinem circumſtant.*

δόξειε] Cod. Guelf. 2 δόξειεν. Mox Brunſ. Vpſ. 1 περιςαμένων· et Norib. τοὺς ὄχλους.

προσκα-

προσκαλούντων, τῇ μεγάλῃ] Ita diſtinximus verba cum Lugd. a. 1612, Brunſu. Vpſ. 2, etiam Pauo iubente. Et ſi verbum λοιδορουμένων ad eos qui περιστάσεις faciunt, ita referas, vt contendere dicantur conuiciis vel cum turba vel etiam inter ſe: non eſt quod ei praeferendum cum Bencelio exiſtimes λοιδορούντων, quod in margg. Heinſ. Lugd. a. 1612, Brunſu. et Budiſ. legitur. Sed vt lectori iudicium liberum relinquatur, quum quid nobis placeret, oſtenderimus: age, in medio ponamus diuerſitatem ſcripturae librorum, coniecturaſque Virorum doctorum. Norib. Crat. Opor. Stob. Furl. προσκαλούντων μεγάλῃ τῇ φωνῇ, καὶ παρεῤῥωγυῖα λοιδορούντων καὶ διαλεγομένων πρὸς αὐτούς. Codd. Guelff. et Camot. προσκαλούντων μεγάλῃ τῇ φωνῇ καὶ παρεῤῥωγυῖα [Camot. παρεῤῥογυία] λοιδωρουμένων [Camot. λοιδορουμένων] καὶ διαλεγομένων πρὸς αὐτούς. quam ſcripturam Verſio quoque Latina Politiani exprimit, hoc modo, *et magna abſonaque voce euocant, conuiciis atque maledictis ſecum ipſi contendentes.* quaſi legi debeat πρὸς αὐτούς, quod eſt in Morel. Nedhamus ita edidit, καὶ προσκαλούντων μεγάλῃ τῇ φωνῇ καὶ παρεῤῥωγυίᾳ, καὶ λοιδορουμένων, καὶ διαλεγομένων πρὸς αὐτούς. Hunc enim ordinem verborum ait fuiſſe in Cod. Gal. 1. 2. 3. 4, Baroc. et Trin., e quo etiam particulam καί, ante λοιδορουμένων, a ſe additam eſſe affirmat. Reiſquius pro διαλεγομένων ſcribi iubebat διαμαχομένων. ſic enim in Animaduerſionibus eius legi debet, non διαμαχόμενον. Suartius denique et correxit et recepit, προσκ. μεγάλῃ τῇ φωνῇ καὶ παρεῤῥωγυίᾳ, καὶ φλυαρουμένων, καὶ διαλεγομένων πρὸς αὐτούς. Hoc vero vereor ne ſit vere nugari!

οἱ μὲν προσίασιν] Cod. Guelf. 1 οἱ μὲν προσίασι πρὶν ἀκοῦσαι· ſed alia manus ſcripſerat inter verſus, οἱ δὲ ἀπίασι. Oculorum ſcilicet neglegentia librarii irrepſiſſe hoc vitium, nemo non videt. Caeterum in Norib. Crat. Opor. Furl. eſt ἀπίασιν. Et Suartius mox auſus eſt, ſed more tamen ſuo, edere, πρὶν ἀκοῦσαι αὐτοῦ ὅλα· τοῖς μὲν κ. τ. λ.

λέγει] Codd. Guelff. Trin. et Norib. Crat. Opor. Camot. Furl. Suart. λέγειν· ſine cauſſa. At etiam c. 7, 1 eſt horum Modorum in libris antiquis permutatio. Caeterum Heinſ. vitioſe exhibet πράματος.

αὐτοῦ] Codd. Guelff. et Norib. Crat. Opor. Stob. Camot. Furl. Lugd. a. 1612, Gal. 1 αὐτοῦ. Mox Norib. Crat. ὅταν ᾖ.

4 τὰς δὲ ἐξόμνυσθαι] Sic legunt libri noſtri omnes, cum ſcripti, tum editi. quam lectionem Pauus ſcite defendit aduerſus Caſaubonum, qui emendare conatus eſt, καὶ τὰς μὲν ἐξόμνυσθαι· quod Kirchmanus tamen recepit in exemplum ſuum. At δὲ ter repetitum pendet a particula μέν.

ταῖς δὲ παρεῖναι] Codd. Guelff. et Camot. τὰς δὲ παρεῖναι. quod

 verum.

verum eſſe nullo modo poteſt. Librarii decepti videntur praecedentibus verbis, τὰς μὲν— τὰς δὲ—τὰς δέ.

ἐχῖνον] Nedhamus in Cod. Gal. 3. 5, Trin. et nos in Cod. Guelf. 1 reperimus hoc gloſſema, σκεῦος ἦν χαλκοῦν [Galeus e Cod. Trin. laudat σκεῦος χαλκοῦν] τῆς δικαστικῆς τραπέζης, ἐν ᾧ τὰ γραμματεῖα ἀπετίθεσαν. Quae ipſa verba leguntur in Gloſſis MSS. Mich. Apoſtolii, quas laudat Albertus ad Heſychium p. 1563 To. 1. In Cod. Gal. 2 erat, σκεῦος ἦν—ἐν ᾧ τὰ γράμματα ἐπ' οὗ τὰς ψήφους ἀπετίθεσαιν.

χερσὶν] Cod. Guelf. 1 χερσί.

οὐδ' ἅμα] Norib. Crat. Opor. Stob. Furl. οὐδὲ ἅμα. Et mox in Cod Trin. erat, Galeo auctore, ſed perperam, στρατηγῶν.

ἡμιωβόλια] Aub. ἡμιοβόλια· et pro πράττεσθαι in marg. eiuſdem exempli extat εἰσπράττεσθαι. quae erat coniectura Auberii, qui etiam inferius c. 10, 3 pro πρᾶξαι reponendum cenſebat εἰσπρᾶξαι. temere. Norib. τὸ κοντρία ἡμιωφόλια. quae fidem Pircameri ſatis declarant, qui noluerit Codicem quo vſus eſt, contaminare emendationibus quamuis certis. Senſum enim loci vidiſſe Virum doctum, apparet e Verſione eius Latina, in qua eſt, *et drachmae vſuram tribus ſemiobolis per diem exigere*. Caeterum laudat verba Theophraſti, οὐκ ἀποδοκιμάζων—πράττεσθαι, Salmaſius in de Vſuris p. 580, ſed ita vt omiſerit τῆς ἡμέρας· quod vel memoriae Viri magni, vel operarum correctoriſue negligentiae, tribuendum puto. nam in Verſione certe Latina, quam adiecit Salmaſius, legitur *dietim*.

ἐφοδεύειν] Norib. ἐφοδρεύειν.

ἰχθυοπωλεῖα] Aub. ἰχθυπωλεῖα. mendoſe. Codd. Guelff. et Camot. ἰχθυοπώλια. ſolemni ſcripturae varietate in huius generis vocabulis, de qua conſuli debet Doruillius ad Chariton. p. 84. Sed ab iiſdem libris aberat τὰ ταριχοπωλεῖα· in Cod. Guelf. 1 tamen alia manus ſcripſerat inter verſus τὰ ταριχοπώλια. Similitudo enim poſtremarum ſyllabarum vtriuſque vocabuli iuſſit errare oculos manuſque librariorum.

τοὺς τόκους] Ita, non aliter, libri principes omnes legunt, et ſcripti et editi. quae lectio quum mirifice adiuuetur et ingenio linguae et orationis ſerie: non video quid nos cogat eam ſollicitare aliamque in locum eius ſubſtituere. Nam οἱ τόκοι ſunt hoc loco *oboli, numuli, pecunia, quam facit e mercibus et in buccam condit vecors*, non *oboli qui vſurae nomine exiguntur*, vt accepit Salmaſius in de Vſuris p. 581: etſi hi oboli proprie τόκοι dicuntur. Non igitur erat quod Kirchmanus reponeret τοὺς ὀβολοὺς, de ſententia Caſauboni, qui etiam χαλκοῦς corrigi poſſe putabat.

putabat. Sed nec Paui coniectura eſt ſatis idonea. is emendandum locum ita cenſebat, καὶ τὰς τόμους — εἰς τὴν γύργαθον ἐκλέγειν. At quaenam ſint illa ſegmenta, quae colligi poſſint a vecorde in reticulum in ἰχθυοπωλείοις, libere profiteor me ignorare. Omnes tamen omnium ineptias vicit hic quoque Suartius, qui in Spicilegio notarum oſtendit legi poſſe, καὶ τὰς τόμους ἀπὸ τοῦ ἐμπολήματος εἰς τὴν γνάθον ἐκλέχειν, hoc ſenſu, *et partes piſcium vel aliarum carnium ex veru in buccam delingendo attenuat.* egregie!

ἐκλέγειν] Camot. ἐνλέγειν. Hemſterhuſius ad Pollucem 9, 63 p. 1033 n. 70 legendum ait ſibi videri ἐπιλέγειν. ſine cauſſa, vt cenſet etiam Heringa Obſeruatt. Critt. c. 3 p. 31: et video, ipſum Hemſterhuſium retractaſſe dicta, id quod facere ſolent vere docti magnique homines, mutataque ſententia lectionem ἐκλέγειν veram genuinamque iudicaſſe, ad Lucianum p. 505 To. 1. Nam ἐκλέγειν ibi docet dictum eſſe pro τὰς ἐκλελεγμένας ἐγκάπτειν ſ. ἐμβάλλειν.

[5] ἐστὶ τὸ στόμα] Cod. Gal. 1. εἰσὶν οἱ στόμα· quod recepit Nedhamus, probante Pauo, ſed me non item. nam Articulum τὸ mihi quidem videbantur leges linguae hic neceſſario requirere. Mallem igitur cum Suartio legere, ἐργώδεις δέ εἰσιν οἱ τὸ στόμα εὔλυτον ἔχοντες. qui in notis ait ſe putare reſtituendum οὕτως, vel οἱ οὕτω στόμα —. Fateor tamen, Articulum οἱ recte abeſſe poſſe. nam integra oratio, credo, haec eſt, ἐργάδεις δὲ εἰσὶ, i. οἱ ἀπονενοημένοι, τὸ στόμα εὔλυτον ἔχοντες. Caeterum Camot. habet ἐργώδεις δέ εἰσι.

πρὸς λοιδορίαν] Camot. προσλοιδορίαν.

τὰ ἐργαστήρια] Cod. Baroc. τὰ μοναστήρια. inepte. Sed vocabulum hoc dignum erat ingeniis monachorum ſanctis ſcilicet. Cuiuſmodi veſtigia librariorum inſcitiae, aliorum quoque in ſcriptorum libris non raro deprehenduntur. vid. Dorvillius ad Charit. p. 192: quem etiam a Clotio hanc in rem laudari video.

ΚΕΦ. Ζ

ΠΕΡΙ ΛΑΛΙΑΣ

[1] Ἡ δὲ λαλιὰ, εἴ τις αὐτὴν ὁρίζεσθαι βούλοιτο, εἶναι ἂν δόξειεν ἀκρασία τοῦ λόγου· ὁ δὲ λάλος, τοιοῦτος τις οἷος τῷ ἐντυγχάνοντι εἰπεῖν, ἂν ὁτιοῦν πρὸς αὐτὸν φθέγξηται, ὅτι οὐδὲν λέγει. καὶ ὅτι αὐτὸς πάντα οἶδε, καὶ, ἂν

ἂν ἀκούῃ αὐτοῦ, μαθήσεται. καὶ μεταξὺ δὲ ἀποκρινομένῳ, ὑποβάλλει, εἴπας σὺ, μὴ ἐπιλάθῃ ὃ μέλλεις λέγειν. καὶ, εὖγε ὅτι με ὑπέμνησας· 2 καὶ, τὸ λαλεῖν ὡς χρήσιμόν που· καὶ, ὃ παρέλιπον· καὶ, ταχύ γε συνῆκας τὸ πρᾶγμα. καὶ, πάλαι σε παρετήρουν εἰ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐμοὶ κατενεχθήσῃ. καὶ ἑτέρας ἀφορμὰς τοιαύτας πορίσασθαι, ὥστε μηδὲ ἀναπνεῦσαι τὸν ἐντυγχάνοντα. καὶ ὅταν γε τοὺς καθ᾽ ἕνα ἀποκναίσῃ, δεινὸς καὶ ἐπὶ τοὺς ἀθρόους καὶ συνεστηκότας πορευθῆναι, καὶ φυγεῖν ποιῆσαι μεταξὺ χρηματίζοντας. 3 καὶ εἰς τὰ διδασκαλεῖα δὲ καὶ εἰς τὰς παλαίστρας εἰσιὼν, κωλύειν τοὺς παῖδας προμανθάνειν τοσαῦτα, καὶ προσλαλεῖν τοῖς παιδοτρίβαις καὶ διδασκάλοις· καὶ τοὺς ἀπιέναι φάσκοντας δεινὸς προπέμψαι, καὶ ἀποκαταστῆσαι εἰς τὴν οἰκίαν. καὶ πυθόμενος τὰς ἐκκλησίας ἀπαγγέλλειν. 4 προσδιηγήσασθαι δὲ καὶ τὴν ἐπ᾽ Ἀριστοφῶντός ποτε γενομένην τοῦ ῥήτορος μάχην, καὶ τὴν τῶν Λακεδαιμονίων ἐπὶ Λυσάνδρου· καὶ οὕς ποτε λόγους αὐτὸς εἶπεν εὐδοκιμήσας ἐν τῷ δήμῳ. καὶ κατὰ τῶν πληθῶν γε ἅμα διηγούμενος κατηγορίαν παρεμβαλεῖν, ὥστε τοὺς ἀκούοντας ἤτοι ἐπιλαθέσθαι, ἢ νυστάξαι, ἢ μεταξὺ καταλιπόντας ἀπαλλάττεσθαι. 5 καὶ συνδικάζων δὲ, κωλῦσαι κρῖναι· καὶ συνθεωρῶν, θεάσασθαι· καὶ συνδειπνῶν, φαγεῖν· λέγων ὅτι χαλεπὸν τῷ λάλῳ ἐστὶ σιωπᾶν, καὶ ὡς ἐν ὑγρῷ ἐστιν ἡ γλῶττα. καὶ ὡς οὐκ ἂν σιωπήσειεν, οὐδ᾽ εἰ τῶν χελιδόνων δόξειεν ἂν εἶναι λαλίστερος. καὶ σκωπτόμενος ὑπομεῖναι καὶ ὑπὸ τῶν αὐτοῦ παιδίων, ὅταν αὐτὸν ἤδη καθεύδειν βουλόμενον κελεύῃ, λέγοντα ταῦτα, λαλεῖν τι ἡμῖν, ὅπως ἂν ἡμᾶς ὕπνος λάβῃ.

NOTAE

περὶ λαλιᾶς] Furl. Λαλία. Eclogis Stobaei inſeruit hoc Caput Geſnerus 36 p. 218.

[1] ἡ δὲ] Camot. Ζ δὲ—. Mox pro ἀκρασία in Norib. Crat. Opor. vitioſe eſt ἀκρασίαν. quod mendum in exemplo Stobaei meo et Furl. emendatum video.

οἷος] Stob. ὅγε. quod nullo modo ferri poſſe, quid attinet dicere?

εἰπεῖν, ἂν ὁτιοῦν] Ita diſtinguenda verba haec eſſe, iam Sylburgius animaduertit in notis. quam diſtinctionem primo Auberius in exemplo ſuo expreſſit: deinde Nedhamus, et quidem auctoritate, vt ait, et fide Cod. Trin.: nuper denique in Chreſtomathia ſummus Geſnerus: quae eruditiſſimorum hominum veſtigia vt ſequeremur, eo magis faciundum putauimus, quum natura id ingeniumque linguae flagitare videretur. Pauvus vero tueri conatus eſt eam diſtinguendi rationem, *εἰπεῖν ἂν, ὁτιοῦν*, quae in Norib. Crat. Opor. Stob. Sylb. aliiſque libris editis reperitur. Caeterum in Norib. et Crat. eſt *ὅτι οὖν*· in Stob. *ὅ, τι ἂν*· et in Camot. *ὁτοιοῦν*.

οὐδὲν] Camot. *οὐθέν*. idque, vt praecipiunt Grammatici veteres, verius.

ὅτι αὐτὸς πάντα] Cod. Baroc. *αὐτὸς πάντα*, omiſſa Coniunctione *ὅτι*. male. In Norib. et Crat. extat *αὐθύς*· e quo in Opor. et Furl. factum eſt *εὐθυς*· ſed in Stob. *αὖθις*. vtrumque ſeries orationis non minus repudiat, quam linguae ingenium.

ἀκούῃ] Norib. Crat. Opor. *ἀκούη*.

ἀποκρινομένῳ] Ita repoſuimus auctoritate Codd. Guelff. et eorum quibus Nedhamus vſus eſt, in quibus omnibus ſic ſcriptum erat, excepto Gal. 1 qui habebat, ſed male, *ἀποκριναμένῳ*· ita vt valde mirer, Nedhamum non ſubſtituiſſe lectionem illam in locum alterius, *ἀποκρινομένου*, quae e Norib. editione venit in reliquas; quum tamen receperit multas lectiones alias longe incertiores neque tot librorum auctoritatibus munitas. Etiam in Camot. eſt *ἀποκρινομένῳ*, inueniturque in margg. Heinſ. Lugd. a. 1612, Brunſu. et Budiſ. Nam Datiuus abſolutus ſaepenumero ponitur loco Genitiuorum conſequentiae, vt vocant. quod hic quidem poterat eo magis fieri, quum verbum *ὑποβάλλειν* videretur Caſum illum admittere.

ὑποβάλλει] Haec eſt librorum noſtrorum omnium lectio, eratque etiam Codd. Guelff. Quae quanquam non video cur ferri non poſſit: tamen nec diffiteor, melius legi *ὑποβάλλειν*, qui Infinitiuus pendeat ab Pronomine *οἷος*. Reſcripſit ita in ſuo exemplo Nedhamus, quia in Cod. Baroc. et Gal. 1 repererat *ἐπιβάλλειν*· et poſt eum Suartius atque in Chreſtomathia Geſnerus. Sic paullo inferius ſ. 3 in Camot. legitur *κωλύει*, quum in reliquis libris omnibus habeatur *κωλύειν*. Caeterum ſi quis pro *ὑποβάλλειν* reponere malit *ἐπιβάλλειν*, non valde repugnem.

εἶπας σύ, μὴ ἐπιλάθῃ] Senſus eſt, *recte: ſed vide ne excidat quod in animo habebas dicere.* nam *εἶπας σὺ* puto eſſe verba loquacis, qui admonere velit alterum, vt ipſe ſileat, ſeque ſinat

ſinat loqui. Potuiſſet ſane Theophraſtus dicere σίγα, alioue ſimili verbo vti; ſed meminerat ſe loquentem inducere Athenienſem, cuius oratio non ſoleret fines cancelloſque humanitatis tranſilire. Sic certe apparebit primo, recte diſtingui verba, vt nos diſtinximus cum Geſnero in Chreſtomathia, praeeuntibus Codd. Guelff. et Norib. [in quo eſt εἶπας σύ. μὴ ἐπιλάθῃ] Crat. Stob. Camot. Steph Sylb. Aub. Morel. Heinſ. Lycius ita diſtinxit, εἶπας σύ; μὴ ἐπιλάθῃ· quae diſtinctio Pauo inprimis placebat. neque nobis ea diſplicet, ità vt εἶπας σύ; ſint verba admirantis. Alii, vt Bencelius, verba ſic diſiungunt, εἶπας, σὺ μὴ ἐπιλάθῃ· quam rationem ſibi nuper Clotius oſtendit probari, vt ſenſus eſſet, *dixiſti iam mihi*, non opus eſt vt iterum dicas. Qui ſenſus an elici poſſit, per linguae leges, e verbis illis, velim alii iudicent. Mihi quidem non videbatur: etiam Pronomen σὺ me ſic non parum offendebat. Sed multo etiam magis offendunt correctiones Virorum doctorum. Nedhamus enim, de Caſauboni ſententia, edidit, ὑποβάλλειν, εἶπας, Σὺ μὴ ἐπιλάθῃ· eumque ſequutus eſt, vt ſolet, Suartius. At hoc eſt Hebraice loqui, non Graece: linguaeque ingenium reſpuere videtur Partic. εἶπας. quod potius εἰπὼν dici poſtulat. Multo maior eſt minuſque ferenda Reiſquii audacia. is emendabat, σίγα, ἀλλ᾽ ὅπως μὴ ἐπιλάθῃ. At hoc non eſt ſequi veſtigia ſcripturae librorum, ſed ſponte ſomniare: neque λάλον Athenienſem fuiſſe arbitror adeo inhumanum et ruſticum, vt dixerit, σίγα. Caeterum Politianus ſenſum loci non aſſequutus eſt. vertit enim, *dixiſti tu quidem, nec me latet quid tu dicturus ſis.* In Norib. Crat. Opor. Furl. eſt, ἐπιλάθῃ· et in margg. Heinſ. Lugd. a. 1612, Brunſu. Budiſ. ἐπιλάθῃς· quod in nullo illorum librorum, quos conſulere licuit, reperi.

εὖγε] Norib. Opor. ἔυγε. Crat. εὔγε. Mox Norib. Crat. Opor. Sylb. Aub. με.

2 ὡς χρήσιμόν που] Camot. ὡς χρήσιμόν του. operarum peccato. Pro λαλεῖν in Cod. Baroc. erat ἀγνοεῖν. quod Pauus putabat extitiſſe ex ἀγορεῖν, quod ei videbatur in libris olim quibuſdam fuiſſe. Ego vero librarium ſuſpicabar ſcribere voluiſſe ἀνοεῖν, quod idem valeret quod Lat. *inſanire*. Caeterum Auberius opinabatur, ſed ſine cauſſa idonea, verba ὃ παρέλιπον loco mota, ſicque reponenda, eſſe, καὶ εὖγε ὅτι με ὑπέμνησας ὃ παρέλιπον· καὶ τὸ λαλεῖν ὡς χρήσιμόν που.

ταχύ γε συνῆκας] Norib. ταχὺ γεσυνῆκας. et mox, πάλαισε.

κατενεχθήσῃ] Norib. Crat. Opor. Furl. κατενεχθήσῃ.

ἀφορμὰς] Sic legunt libri editi omnes, niſi quod Geſnerus in Chreſtomathia ſcripſit,

pſit, ordine inuerſo, *τοιάυτας ἀφορμάς*. Etiam in Codd. Guelff. erat *ἀφορμὰς*, verum in Cod. 1 ſuperne adſcriptum *γρ. ἀρχάς*. Contra vero in Cod. Trin. Nedhamus auctor eſt fuiſſe *ἀρχὰς* in textu, ſed ſuperſcriptum *ἀφορμάς*· vt in Cod. Gal. 3 *ἀφορμὰς*, ſed in marg. additum eadem manu, *ἀρχάς*. Vnde duplicem olim in libris repertam eſſe loci ſcripturam, abunde apparet. Certe Nedhamus in Codd. ſuis reliquis ait ſe inueniſſe ſcriptum *ἀφορμάς*.

τοιάυτας] Camot. *τοιαῦτας*· et mox *μὴ δὲ*, vt in Codd. Guelff.

ὅταν γε] Norib. *ὅταν γε*.

ἀποκναίσῃ] Norib. Crat. Opor. Furl. *ἀποκναίσι*. Cod. Gal. 1. 2 et Baroc. exhibebant *ἀπογυμνώσῃ*. Pauus igitur fieri poſſe rebatur, vt *ἀπογυμνοῦν* olim in vita communi ſignificauerit *peſſime accipere*, aut reponendum *ἀπογυιώσῃ*. Suartius vero inde conatus eſt elicere *τῶν καθ' ἕνα ἀπογυμνωθῇ*.

φυγεῖν] Norib. Crat. Opor. Stob. Furl. *φυγήν*. perperam.

3 *κωλύειν*] Camot. *κωλύει*. per ſe non male. At vide quae diximus ſupra ad ſ. 1 Mox in Norib. Crat. Opor. eſt *παῖδας*.

προμανθάνειν] Haec ſcriptura quum reperiatur in omnibus libris, ſane non video cur ſit mutanda; praeſertim quum *προμανθάνειν* ſit aut *pergere diſcere*, vt *προβαίνειν progredi*, aut idem declaret quod ſimplex verbum *μανθάνειν*, non *ante tempus diſcere*, vt Politianus interpretatus eſt, nec *ante aetatem diſcere*, vt Lycius vertit. quemadmodum *προαναλίσκειν* apud Aeſchinem c. Timarch. p. 26 To. 2 Tayl. idem ſignificat quod *ἀναλίσκειν*· et *προλιπόντε* apud Heſiodum Ἐργ. 199 idem valet quod *λιπόντε*. Auberius tamen et Caſaubonus malebant legi *προσμανθάνειν*· quod recepit, poſt Nedhamum, Suartivs; etiam Geſnerus in Chreſtomathia.

τοσαῦτα] Pertinet vocabulum hoc ad ea quae in ludis et palaeſtris docentur, quaſi *δεικτικῶς* poſitum. Viderunt id Politianus iam et Lycius, qui verterunt, hic quidem *tantas res*, ille *tam praeclara:* atque nuper Pauus idem animaduertit. Non igitur neceſſe eſt Pronomen illud explicari per *interim:* neque aſſentiendum Nedhamo, qui id ſeiungi volebat a verbo *προμανθάνειν*, hoc modo, *προσμανθάνειν*, *τοσαῦτα προσλαλῶν τοῖς παιδοτρίβαις*. neque enim dici poteſt *τοσαῦτα προσλαλῶν*· quod verbum nude et ſimpliciter poni vult. Multo minus Reiſquio geri mos debet, qui pro *τοσαῦτα* ſuadebat corrigere *τὰ γυμνάσματα*. hoc enim gloſſema eſt et interpretamentum verae lectionis. Suartius edidit ſponte et ſine auctoritate vllius libri, hoc eſt more ſuo, *προσμανθάνειν τῷ αὐτοῖς τε προσλαλεῖν καὶ τοῖς παιδοτρ.*

παιδο-

παιδοτρίβαις] Norib. Crat. Opor. παιδοτρίβοις· quod vitium ſeruauit in exemplo ſuo Furlanus.

καὶ τὰς] Opor. Furl. τὰς καί. Paullo poſt iidem libri cum Norib. Crat. Stob. exhibent δεινᾶς. mendoſe. Eadem confuſio horum vocabulorum erat ſupra c. 4, 2.

ἀποκαταστῆσαι εἰς τὴν οἰκίαν] Cod. Gal. 1. 2 et Baroc. ἀποκαταστῆσαι ἐκ τῆς οἰκίας. non male, credo, per ſe ortum fortaſſe eſt ex ἐς τὴν οἰκίαν. Sed alteram lectionem adiuuant magis mores et natura hominis loquacis. Suartius tamen collegi inde et iudicari poſſe autumabat, integram loci genuinamque ſcripturam eſſe, ἀποκαταστῆσαι ἐξ οἰκίας εἰς οἰκίαν. praeclare vero! In Cod. Trin. ſcriptum erat προκαταστῆσαι, ſed additum ſuperne ἀποκαταστῆσαι· quod verbum ſi mutaretur in προσκαταστῆσαι, ferri poſſe videbatur Pauo, ita tamen vt Vulgatam praeferret. recte.

πυθόμενος] Cod. Baroc. et Norib. Crat. Opor. Stob. Furl. πειθόμενος. perperam, ſed facili non minus quam ſolemni permutatione. Iidem libri editi mox aeque male exhibent παραγγέλλειν pro ἀπαγγέλλειν. Caeterum Clotius malle ſe oſtendit legere, καὶ πυθόμενός τι ταῖς ἐκκλησίαις ἀπαγγέλλειν. At eo ineptiae loquacitatis valde minuerentur, immo propemodum tollerentur: deinde quaenam eſſent plures illae ἐκκλησίαι, non reperiebam.

4 προσδιηγήσασθαι] Camot. πρ[o]διηγήσασθαι. quae ſcriptura clare monſtrat veſtigia antiqui Codicis, e quo editio illa ducta fuerit.

καὶ τὴν] Particula καὶ abeſt, ſed male, ab ed. Helmſt. Pro Ἀριστοφῶντος Furlanus ſuſpicabatur primo ſcriptum fuiſſe Ἀντιφῶντος, quod poſtea tranſiiſſet in Ἀριστοφῶντος. ſine cauſſa. Significatur enim pugna ad Megalopolin, Arcadiae oppidum, e qua Graeci diſceſſerunt inferiores. pugna autem haec accidit archonte Ariſtophonte.

γενομένην] Norib. Crat. Opor. Stob. Furl. γινομένην. male.

τὴν τῶν Λακεδαιμονίων] Cod. Guelf. 1, vt Norib. Crat. Opor. Stob. Steph. Lyc. Sylb. Aub. Morel. et margg. Lugd. a. 1612, Brunſu. Budiſ., τὴν Λακεδαιμονίων, omiſſo Articulo τῶν· qui abeſſe hic recte non poteſt. Aberat tamen etiam ab Codd. Nedhami: et in Cod. Gal. 1. 2 legebatur praeterea, Λακεδαιμονίοις ὑπὸ Λυσάνδρου. contra ingenium linguae, quod reſpuit Praepoſitionem ὑπό. In Cod. Guelf. 2 erat, καὶ τῶν Λακεδαιμονίων, ſed ita vt Articulo τῶν puncta eſſent ſubiecta, et in margine ſubſtitutum τήν. In Camot. vitioſe ſcriptum eſt λακεδεμονίων· et in marg. Heinſ. γρ. Λακεδαιμονίαν· corrigi debet haud dubie Λακεδαιμονίων. Caeterum placuit Reiſquii notam ad hunc locum, ſane difficilem neque expla-

explanatum adhuc ſatis, e Volumine Animaduerſionum eius ad ſcriptores Graecos primo transferre huc, e qua iudicium fieri poſſet de reliquis. *Neque Graecitas*, inquit Vir eruditiſſimus, *bic recte babet, neque biſtoria: et aut corruptus a ſciolo ſophiſta eſt bic locus, aut teſtatur, Theophraſti veteris non eſſe.* Audiamus rationes. *Ariſtophon rhetor in bello Peloponneſiaco floruit, non aetate Theophraſti.* recte. *quem tantum ad caſus ſibi aequales alludere fas eſt.* hoc vero nemo non erit qui facile concedat. nam Theophraſtus ſane oſtendit, quomodo ſe geſſerint, quales fuerint, quid dixerint, homines ſuae aetatis. hos vero, maximeque λάλος, nonne putemus loquutos eſſe ſaepenumero et garriiſſe de rebus multis etiam annis ante quam ſcriptus fuerit hic libellus, geſtis, ſed, ob ſingularem praecipuamque magnitudinem, notiſſimis tamen? quod ſatis declarant verba ποτὲ γενομένην. At Theophraſtus loquitur non de Ariſtophonte, rhetore, ſed de Ariſtophonte archonte, rhetore. quidni enim Ariſtophon, qui anno tertio Olymp. CXII. archon fuit, et ipſe rhetor dictus fuerit? Sic certe etiam Meurſium video cenſuiſſe, in de Archontibus 4, 13. nam Corſini Faſtos Atticos non licuit nobis tum, quum haec ſcripſimus, conſulere. Quae ratio ſi cui diſpliceat minusque idonea videatur: malim verba τȣ̃ ῥήτορος inſititia et παρεμβεβλημένα putare. Certe ab libris Politiani videntur abfuiſſe. in Verſione enim eius Latina eſt, *et praelium, quod vel* Ariſtophontis tempore—*confectum eſt*, *refert.* *Deinde*, ſunt verba Reiſquii, *deeſt quicum contigerit quibuſnam ea pugna.* At id quum conſtiterit haud dubie tum inter omnes; quid addi opus erat? *Et* μάχη τῶν Λακεδαιμονίων, *pro* νίκη, *inſolens neque Graecum.* Nobis vero μάχη et *victoriam* et *cladem* ſignificare poſſe videbatur. *Significatur autem pugna ad Aegoſpotamos.* recte. *Aut deeſt poſt* Λυσάνδρȣ *voc.* ἐπικράτειαν. *quod ſi autem cladem ad Haliartum ſignificare voluit, addi debet* ἧτταν. Quae quidem videntur temere ſumi. Etiam ad Paui dubitationes facile reſponderi poſſe puto. quidni enim probabile ſit, garrulum hominem vtramque pugnam ſimul celebraſſe ſermonibus, non habita ratione ordinis temporis; praeſertim quum vtraque clade Athenienſium opes labefactatas conſtaret et fractas?

ὧς ποτε] Margg. Heinſ. Lugd. a. 1612, Brunſu. Budiſ. ὧς τότε. quae lectio vnde hauſta eſſet, neſciebam.

ἧπεν εὐδοκιμήσας] Cod. Gal. 1 ἧπας εὐδοκίμησαν. Cod. Gal. 2 ἧπεν εὐδοκίμησαν. Quae diuerſitas ſcripturae Nedhamo viam verae, vt praedicat, lectionis inueniendae monſtrauit.

E eam

eam ait hanc eſſe, ἅπας ἐυδοκίμησεν· quam primo ipſe recepit, deinde Suartius, qui praeterea repoſuit ἐυδοκίμησεν. Putabat tamen Nedhamus, poſſe etiam ἐυδοκιμῆσαι legi. At auctoritas vnius Codicis; nam Codex Gal. 2 e Gal. 1 fluxit, vterque certe e communi fonte; non poteſt vllo modo opponi auctoritati tot aliorum eorumque vt diuerſorum, ita etiam bonorum, librorum. deinde non video cur altera illa lectio reiicienda ſit, quum et commodiſſimum ſenſum pariat, et ab linguae ingenio non abhorreat. Politianus quidem bene reddidit locum, *quas ipſe ad populum orationes cum ſumma laude et approbatione habuerit.* denique ἅπας non videbatur, vt iam ſupra dixi, vſurpatum eſſe in ſermone pedeſtri et cotidiano.

ἐν τῷ δήμῳ] Steph. Lyc. Sylb. Aub. Kirchm. ἐν τῷ μέσῳ. quae lectio in margg. Morel. Heinſ. Lugd. a. 1612, Brunſu. Budiſ. ita exhibetur, vt in Stephani notis legitur, γρ. αι. δήμῳ ἀντὶ τῷ μέσῳ.

ἤτοι] Suart. ἤτι.

5 κωλῦσαι] Norib. Crat. Opor. Stob. Camot. Furl. κωλύσαι. male.

τῷ λάλῳ] Camot. τὸ λάλῳ. Mox in Norib. Crat. Opor. σιωπᾶν.

φαγεῖν· λέγων ὅτι] Geſnerus in Chreſtomathia diſtinxit verba ſic, φαγεῖν, λέγων· ὅτι, vt λέγων habeat vim Gerundii Latinorum in *do. Quae enim*, inquit Vir ſummus, *ſequuntur, ea potius ex ſua perſona indicare putauerim Theophraſtum, quam a garrulo prolata referre.* Mihi vero altera diſtinguendi ratio magis placet, vt ſint verba ipſius garruli. Suartius malebat reſtitui λέγειν. cur vero, non apparet.

ἐστιν ἡ γλῶττα] Norib. Crat. Opor. Furl. ἐςὶ ἡ γλῶττα.

ὡς οὐκ ἂν σιωπήσειεν] Ita legitur in omnibus editionibus antiquis, excepta Camotiana, in qua eſt, vt in Codd. Nedhami omnibus, etiam in Trin. et Guelff., ὅτι οὐκ ἂν σιωπήσειεν. quod Nedhamo reuocare viſum eſt, etiam Suartio et Geſnero in Chreſtomathia. vtrumque verum eſt.

οὐδ' ἂν] Norib. οὐ δᾶ. quod ipſum eſt indicio, librum illum adornatum eſſe ad ſcriptum Codicem, quem Pircamerus reliquerit integrum et immutatum.

δόξειεν ἂν εἶναι] Codd. Guelff. et Norib. Camot. δόξειεν εἶναι, omiſſa particula ἄν· quam abeſſe, vetant linguae leges.

ὑπομεῖναι] Geſnerus in Chreſtomathia operas ſcribere iuſſit, ὑπομένει. nam *eſt*, inquit, *vt δόξειε.* quod non intellego. Infinitiuus enim ille pendet haud dubie ab οἷος, vt κωλῦσαι. In Helmſtad. eſt ἐπιμεῖναι. quod locum hic quidem habere nullo modo poteſt.

ὑπὸ

ὑπὸ τῶν αὐτȣ̃ παιδίων] Cod. Trin. et Steph. Lyc. Sylb. Aub. Morel. Nedh. Suart. Geſn. ὑπὸ τῶν ἀυτȣ̃ παιδίων. vtrumque recte habet, vt neſciam, cur Nedhamus dixerit, praue edi ἀυτȣ̃.

βȣλόμενον] Haec eſt ſcriptura Norib. Crat. aliarumque editionum veterum, excepta Camotiana, in qua extat, vt in Codd. Guelff. Gall. Baroc. et Trin., ſed in hoc, Nedhamo auctore, a manu interpolatrice, βȣλόμενα. quod migrare in textum iuſſerunt Kirchmanus, Nedhamus, Suartius, Geſnerus. Iam Politianus id in libris ſuis reperit, qui tamen locum ipſum, vt deinde videbimus, non intellexit. Per ſe quid magnopere interſit, non apparet, vtrum βȣλόμενον legatur, an βȣλόμενα. propius tamen accedere puto ad naturam loquacis eam quam nos retinuimus lectionem. liberi norunt, parentem libenter garrire. itaque iam dormitantem rogant, velit narrare aliquid, quo et ipſorum oculis obrepat ſomnus. Caeterum certum puto, duplicem olim in libris lectionem extitiſſe.

κελεύῃ] Norib. Crat. Opor. Furl. κελέυῃ. Camot. Stob. Kirchm. κελεύει. male.

λέγοντα ταῦτα] Quum omnes libri, et ſcripti et editi, e ſcriptis ducti, ita legant; quum nec ſenſus abdicat: nihil mutandum eſſe et ſolicitandum cenſeo; etſi negare nolim, formam hanc loquendi Hebraicam rationem magis, quam Graecam, redolere videri: cui tamen propemodum ſimilis reperitur c. 8, 2 διηγεῖται δὲ τȣ́τȣς φάσκων λέγειν. Recte vertit Lycius, *cum cum iam dormiturientem hortantur his verbis.* Politianus vero non cepit ſatis mentem Theophraſti. reddidit enim locum Latine ſic, *et cum filios videt iam ſomnum appetere, iubet eos aliquid loqui, vt ſe quoque capiat ſomnus.* Neque Morellus corrector vidit acutius, qui in margine exempli ſui haec poſuit, *Ex alia interpunctione alius ſenſus elicitur, Cauillantes ſe facile patitur, vel ſuos puerulos, quando ipſum iam dormiturientem ita monent, Iſthaec commemorans, dic aliquid nobis, vt nos quoque ſomnus capiat.* Sed placuit etiam coniecturas Virorum doctorum, pro inſtituto noſtro, adiicere, ſi forte quis vnam earum alteramue vulgatae lectioni anteponendam exiſtimaret. nos enim eas pro ſuperuacaneis habebamus. Auberius quidem deleri volebat ταῦτα, et pro λαλεῖν reponi λάλει. Poſt eum Sylburgio videbatur reſcribi oportere, λέγοντα, πάππα, λάλει τι ἡμῖν. Caſaubonus emendandum cenſebat, λέγοντα, Ἄττα, λαλεῖν τι· aſſentiente Nedhamo, qui etiam corrigi poſſe arbitrabatur, vel λέγοντα, Ἄττα, λάλει τι ἡμῖν· vel λέγοντα, Τέττα, λαλεῖν τι ἡμῖν. Caſauboni coniecturam receptam video in Kirchm. et Helmſt. Suartius edidit, λέγοντα Ἄππα, λαλεῖν τι ἡμῖν· ſed in notis ait, Viros

doctos recte emendaſſe Ἄττα, ita vt Ἄππα pro Ἄττα irrepſiſſe videatur in contextum, operarum errore. Addit etiam, ſuſpicari aliquem poſſe legendum, κελεύῃ λέγοντα· παῦε [immo πάυου, vel παῦσαι] λαλῶν ἡμῖν ὅπως ἡμᾶς ὕπνος λάβῃ. Denique Reiſquius nuper locum docuit eſſe ita conſtituendum, κελεύῃ [*incitent, inſtigent*] λέγοντα· Τάτα λαλεῖν [ſcil. δεῖ σε] τι ἡμῖν. ingenioſe, fateor. Caeterum in Norib. Grat. et in marg. Morel. eſt ὑμῖν, et ὑμᾶς. quod poſterius vitium etiam in exemplo Stobaei Turicenſi inuenitur.

ΚΕΦ. Η

ΠΕΡΙ ΛΟΓΟΠΟΙΙΑΣ

1 Ἡ δὲ λογοποιΐα ἐςι σύνθεσις ψευδῶν λόγων καὶ πράξεων, ὧν βούλεται ὁ λογοποιῶν· ὁ δὲ λογοποιὸς, τοιοῦτός τις οἷος ὑπαντήσας τῷ φίλῳ, εὐθὺς καταβαλὼν τὸ ἦθος, καὶ μειδιάσας, ἐρωτῆσαι, πόθεν σὺ, καὶ τί λέγεις; καὶ ἔχεις περὶ τοῦδε εἰπεῖν καινόν; καὶ επιβαλὼν ἐρωτᾷν, μὴ λέγεταί τι καινότερον; καὶ μὴν ἀγαθά γε ἐςι τὰ λεγόμενα; καὶ οὐκ ἐάσας ἀποκρίνεσθαι, εἰπεῖν, τί λέγεις; οὐδὲν ἀκήκοας; δοκῶ μοὶ σὲ εὐωχήσειν καινῶν λόγων. καὶ ἔςιν αὐτῷ ἢ ςρατιώτης, ἢ παῖς Ἀςείου τοῦ αὐλητοῦ, ἢ Λύκων ὁ ἐργολάβος παραγεγονὼς ἐξ αὐτῆς τῆς μάχης, οὗ φησὶν ἀκηκοέναι. 2 αἱ μὲν οὖν ἀναφοραὶ τῶν λόγων τοιαῦταί εἰσιν αὐτοῦ, ὧν οὐθεὶς ἂν ἔχοι ἐπιλαβέσθαι. διηγεῖται δὲ τούτους φάσκων λέγειν, ὡς Πολυσπέρχων καὶ ὁ βασιλεὺς μάχῃ νενίκηκε, καὶ Κάσανδρος ἐζώγρηται. κἂν εἴπῃ τὶς αὐτῷ, Σὺ δὲ ταῦτα πιςεύεις; φήσει· τὸ πρᾶγμα βοᾶσθαι γὰρ ἐν τῇ πόλει, καὶ τὸν λόγον ἐπεντείνειν. καὶ πάντα γὰρ συμφωνεῖν. ταὐτὰ λέγειν περὶ τῆς μάχης· καὶ πολὺν τὸν ζωμὸν γεγονέναι. εἶναι δὲ αὐτῷ καὶ σημεῖον τὰ πρόσωπα τῶν ἐν τοῖς πράγμασιν· ὁρᾷν γὰρ αὐτῶν πάντων μεταβεβληκότα. 3 λέγει δ' ὡς καὶ παρακήκοε παρὰ τούτοις κρυπτόμενόν τινα ἐν οἰκίᾳ, ἤδη πέμπτην ἡμέραν ἥκοντα ἐκ Μακεδονίας, ὃς πάντα ταῦτα οἶδε. καὶ πάντα διεξιὼν, πῶς οἴεσθε;

ουθε; πιθανῶς σχετλιάζει· λέγων, δυστυχὴς Κάσανδρος! ὢ ταλαίπωρος! ἐνθυμῇ τὸ τῆς τύχης; ἀλλ᾽ οὖν ἰσχυρὸς γενόμενος. καὶ δεῖ δὲ αὐτὸ σὲ μόνον εἰδέναι. πᾶσι δὲ τοῖς ἐν τῇ πόλει προσδεδράμηκε λέγων. 4 Τῶν τοιούτων ἀνθρώπων τεθαύμακα τί ποτε βούλονται λογοποιοῦντες· οὐ γὰρ μόνον ψεύδονται, ἀλλὰ καὶ ἀλυσιτελῶς ἀπαλλάττουσι. πολλάκις γὰρ αὐτῶν οἱ μὲν ἐν τοῖς βαλανείοις περιστάσεις ποιούμενοι, τὰ ἱμάτια ἀποβεβλήκασιν· οἱ δ᾽ ἐν τῇ στοᾷ πεζομαχίᾳ καὶ ναυμαχίᾳ νικῶντες, ἐρήμους δίκας ὠφλήκασιν· εἰσὶ δ᾽ οἳ καὶ πόλεις λόγῳ κατὰ κράτος αἱροῦντες, παρεδειπνήθησαν. 5 πάνυ δὲ ταλαίπωρον αὐτῶν ἐστι τὸ ἐπιτήδευμα. ποίᾳ γὰρ οὐ στοᾷ, ποίῳ δὲ ἐργαστηρίῳ, ποίῳ δὲ μέρει τῆς ἀγορᾶς οὐ διημερεύουσιν, ἀπαυδᾶν ποιοῦντες τοὺς ἀκούοντας οὕτως, καὶ καταπονοῦντες ταῖς ψευδολογίαις;

NOTAE

περὶ λογοποιίας] Furl. *Λογοποιία.* Eclogario Stobaei inſertum legitur hoc Caput 12 p. 144.

1 *ὑπαντήσας*] Cod. Gal. 1. 2, Baroc. et Oſborn. *ἀπαντήσας.* ſolemni permutatione. Recepit tamen in exemplo ſuo Suartius. At diſcrimen, quod volunt nonnulli intercedere inter verba *ἀπαντᾶν* et *ὑπαντᾶν*, vanum eſt haud dubie.

καταβαλὼν] Hac in lectione conſentiunt libri omnes. recte, opinor: vt non opus ſit coniecturis Virorum doctorum. Nam Caſaubonus quidem corrigi volebat *μεταβαλών*· ita tamen, vt lectionem vulgatam non prorſus reiiceret. Quare miror non parum, Kirchmanum auctoritati Caſauboni ita paruiſſe, vt receperit in textum *μεταβαλών.* Multo autem minus placet cum Galeo emendare *καταλαβὼν τὸ ἦθος* *ſumens, fingens, ſibi vultum.* nam tum videtur abeſſe debere Articulus. Geſnerus denique ſibi in mentem veniſſe oſtendebat, legi poſſe *καταστελών.* At ipſe non multum tribuiſſe videtur huic coniecturae, quum *καταβαλὼν* ſeruandum quodammodo ſignificauerit.

πόθεν σὺ,] Lyc. Auber. *πόθεν σύ;* bene.

καὶ τί λέγεις;] Cod. Gal. 1. 2. 3. 4, Baroc. Trin. *καὶ λέγεις τι;* Codd. Guelff. *καὶ λέγεις τί·* Norib. Crat. Opor. *καὶ λέγεις τί.* Camot. *καὶ λέγεις τὶ.* Stob. Furl., vt Codd. Gall., *καὶ λέ-*

γεις τί; Neque ſane video, cur repudiari debeat iſthaec lectio, ſi ſcribas λέγεις τι; *afferſne aliquid?* vt reddidit Politianus. Suartius quidem ita edi, in ſuo exemplo, curauit.

καὶ, ἔχεις περὶ τοῦδε εἰπ. κ.] Cod. Gal. 1. 2 et Baroc. καὶ πῶς ἔχεις π. τ. ἐ. κ. non male, meo quidem iudicio, modo verba ſic diſtinguantur, καὶ, πῶς; ἔχεις περὶ τοῦδε εἰπεῖν καινόν; Verba περὶ τοῦδε, manifeſtum eſt, capienda eſſe δεικτικῶς. Quod ſi teneas, facile intellegas, ineptam eſſe Nedhami coniecturam, qui emendabat, καὶ, ἔχεις περὶ του δ' εἰπεῖν καινόν; Nam particula δὲ ſic aut inepte, contra ſermonis ingenium, redundaret, aut certe auulſa male a verbo ἔχεις erraret.

καὶ ἐπιβαλὼν] Cod. Gal. 1. 2 et Baroc. καὶ ὡς ἐπιβαλών· vt iam Furlanus cenſuit legendum. Atque Pauus quidem ferendam putabat hanc lectionem, ſi ὡς acciperetur pro οὕτως, ex eaque ortum opinabatur πῶς ante verbum ἔχεις in iisdem libris, ſcriptum forte in margine a quodam. At vero mihi, vt ſunt diuerſa hominum hoc coniecturali in genere indicia, ὡς natum videbatur e ſuperiore particula πῶς. quam ibi linguae leges admittant facilius, quam hic particulam ὡς.

ἱερωτᾷν] Norib. Crat. ἱερωτᾶν.

καὶ μὴν] Camot. καὶ μή· aeque vitioſe ac paullo poſt ἔασας. Mox in Norib. Crat. Opor. Stob. Furl. eſt ἀγαθὰ ἐςὶ, vt in Cod. Baroc., omiſſa particula γε. Qua lectione, καὶ μὴ ἀγαθὰ ἐςὶ τὰ λεγόμενα, admiſſa Sylburgius recte iudicabat diſtinguendum eſſe poſt καὶ, et reliqua interrogatiue legenda. Et ſic iam Politianum video et legiſſe locum et interpretatum eſſe, *an quae feruntur bona ſunt?* Etiam in Chreſtomathia Geſneriana poſt λεγόμενα eſt nota interrogationis, quam nos ſeruauimus.

ἀποκρίνεσθαι] Sic cum Geſnero auſi ſumus reſcribere pro ἀποκρίνασθαι, cum iuſſu legum linguae ipſiuſque rei, tum auctoritate Norib., in quo diſerte ſcriptum eſt ἀποκρίνεσθαι, propagatum inde in Crat. Opor. Stob. Furl.

τί λέγεις] Camot. τὶ λέγεις. Et mox, vt Norib., οὐθέν· quae ſcriptura, vt ſupra diximus, melior hic etiam in Codd. Guelff. inueniebatur.

δοκῶ μοι] Camot. δοκῶμοι· more ſcribendi antiquo.

Ἀςἑιυ] Nemini ſuſpectum fuit hoc nomen vnquam, quam nuper Reiſquio, qui id mutandum cenſebat in Ἀςτἱῳ, aut in Ἀςερίῳ. nam *mibi quidem*, inquit, Ἀςεῖος *pro nomine proprio ignotum eſt.* Noua ſane, ſed nullo pacto ferenda, ratio emendandi, vel potius corrumpendi omnia in ſcri-

ptis

ptis veterum, ſi velis diuitias linguae Graecae reuocare ad tuae paupertatem ſcientiae. Mihi certe Ἄστιος notum eſt pro nomine proprio. Memoratur enim Ἄστιος archon ab Pauſania 7, 25 et 9, 1: ad cuius priorem locum nota Sylburgii conferri poteſt.

Λύκων] Norib. λυκῶν. Crat. Opor. Stob. Furl. Λυκῶν.

φησὶν] Helmſt. φησί. Codd. Guelff. Norib. Crat. Opor. Furl. Camot. φασίν. male. In exemplo Stobaei Turicenſi auctum eſt vitium illud, neglegentia operarum, alio. legitur enim ibi, ὁ φασίν.

2 ἀστιν ἀυτοῦ] Cod. Gal. ς ἄστιν αὐτῷ. Etiam in marg. Morel. extat γρ. αὐτῷ. Quam lectionem Pauus praeferendam Vulgatae cenſebat, me non diſſentiente. Fieri tamen poteſt, vt eam pepererit ſequens vocabulum ὧν.

οὐθεὶς] Sic reſcribere non dubitauimus, auctoritate Codd. Guelff. Norib. et Camot., pro οὐδείς. Cauſſam diximus ſupra ad c. 2, 1.

ἐπιλαθέσθαι] Ita legunt libri omnes, niſi quod in Norib. Crat. Opor. Furl. eſt ἐπιλάθεσθαι. Neque aliam in libris ſuis ſcripturam Politianus inueniſſe videtur. vertit enim locum ſic, *hi ergo rumorum nuncii tales ſunt, qui latere poſſint neminem*. At vera eſt haud dubie coniectura Caſauboni, qui docuit emendandum eſſe ἐπιλαβέσθαι. quod verbum nos eo minus dubitauimus recipere, quum idem fecerint ante nos Nedhamus, Geſnerus in Chreſtomathia, Suartius, et, diu ante eos, Kirchmanus ac Schmidius.

διηγεῖται] Norib. Crat. Opor. Furl. διηγῆται. Mox Camot. aeque vitioſe exhibet Πολυσπάρχων.

μάχῃ] Norib. μάχη. At in marg. Caſaub. a. 1612 et in marg. Heinſ. legitur μάχην· quod vnde petitum eſſet, neſciebam tum quum haec ſcripſi. Et Bencelius quidem lectionem μάχην, quam ait in MS. inueniri, vellem addidiſſet quo, vt Ἀττικωτέραν, praeferebat Vulgatae. At per ſe vtraque recte habet, etſi non ignoro, innumeris fere locis vnam permutatam eſſe cum altera ab librariis. Aeſchines de f. legat. p. 267 To. 2 Tayl. τοῖς τὴν μάχην νικήσασιν. Demoſthenes de cor. p. 544 εἰ κρατῆσαι συνέβη Φιλίππῳ τὴν μάχην. Sic apud Diod. Sic. 18, 30 p. 231 To. 2 eſt ἐὰν κρατήσωσι τὴν μάχην. at in Cod. Reg. 2 et Vatic. erat τῇ μάχῃ. Eadem horum Caſuum confuſio occurrit in libris Diodori Siculi 11, 26 p. 424 To. 1 νενικηκέναι τῇ ναυμαχίᾳ τοὺς Ἕλληνας· vbi Cod. Reg. 2 exhibebat τὴν ναυμαχίαν. Sic apud eundem 12, 31 in vtroque Codice Regio et Vatic. extabat ἐνίκησαν τὴν ναυμαχίαν, quum in aliis libris habeatur τῇ ναυμαχίᾳ. Ex quo exi-

ſtimari licet, Vueſſelingium apud Diod. Sic. 12, 28 pro *νικήσαντες τῆς ναυμαχίας* recte emendaſſe et recepiſſe *νικήσ. τῇ ναυμαχίᾳ*· ſed Marqulandum apud Aeſchin. c. Cteliph. p. 435 To. 2, in verbis *ὅτε τῇ περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίᾳ τὸν Πέρσην ἐνικᾶτε*, ſine cauſſa voluiſſe corrigere *τὴν ναυμαχίαν*. Conf. hac de re Albertus Obſeruatt. N. T. p. 241 ſ.

Κάσανδρος] Furl. *Κάσσανδρος*. Mox pro *εἴπῃ* in Norib. Crat. Opor. eſt *εἴποι*· e quo apud Stobaeum et in Furl. operae male fecerunt *ἔποι*. Etiam pro *κᾂν* Norib. et Crat. habent *κᾂν* —.

φήσει] Camot. *φύσει*. vitioſe.

ἐπεντείνειν] Cod. Gal. 1 in textu, et Cod. Gal. 2 in margine, *ἐπεντείνει*. male, vt vel *βοᾶσθαι* docet. Neque video, quomodo potuerit Nedhamo in mentem venire, legi poſſe *ἐπεκτείνειν*, quum *ἐπεντείνειν* multo aptius verbum ſit reique accommodatius.

καὶ πάντα γὰρ συμφωνεῖν] Vera lectio eſt haud dubie haec, *καὶ πάντα συμφωνεῖν· ταὐτὰ γὰρ λέγειν περὶ τῆς μάχης*. Sic certe legebant Codd. Gall. Baroc. Oſborn. Trin., etiam Guelff., in quibus tamen erat, vt in Trin., auctore Galeo, *ταῦτα*. ſolemni errore. Ex editis libris eundem verborum ordinem exhibent Norib. Crat. Opor. [in quibus tamen eſt *ταυτὰ*] Camot. Furl. Morel. Stob. Aub. Steph. Lyc. Sylb. Sed in Camot. Steph. Lyc. Aub. Morel. Sylb. ſcriptum eſt *ταῦτα*. Geſnerus in Chreſtomathia edidit, *καὶ πάντα συμφωνεῖν, ταὐτὰ δὲ λέγειν περὶ τῆς μάχης*· neſcio quorum librorum auctoritate. Nedhamus et Suartius receperunt, poſt Kirchmanum, de Caſauboni ſententia, *καὶ πάντας συμφωνεῖν· ταὐτὰ γὰρ λέγειν περὶ τῆς μάχης*. Iam etſi librarii facile potuerint ſcribere *πάντα* pro *πάντας*, quia verbum ſequens incipit ab littera *σ*: tamen Neutrum genus mihi hoc loco ita videtur vſurpari, vt in noto illo Ouidii verſiculo, *cuncta ſequuntur opes*, et 1 Cor. 1, 27 *τὰ μωρὰ* et *τὰ ἀσθενῆ*. Certe hoc magis cadit in naturam et ingenium *λογοποιῦ*. Galeus denique edidit, *καὶ πάντας γὰρ συμφωνεῖν· ταὐτὰ λέγειν*. Reſtat, vt afferamus, pro inſtituto noſtro, coniecturas Virorum doctorum, ſed inanes illas minuſque neceſſarias. Reiſquius quidem locum ita conſtituendum cenſebat, *καὶ πάντα γὰρ συμφωνεῖν, καὶ ταὐτὰ λέγειν*. modeſta ſane nec audax coniectura! Pauus tripliciter ſanari poſſe verba male ſcilicet affecta putabat, aut ſic, *καὶ πάντας γὰρ συμφωνοῦντας, ταὐτὰ λέγειν περὶ τῆς μάχης*· aut ita, *καὶ πάντας γὰρ συμφωνεῖν, ταὐτὰ λέγοντας περὶ τῆς μάχης*· aut hoc modo, *καὶ πάντας γὰρ συμφώνως ταὐτὰ λέγειν περὶ τῆς μάχης*. fruſtra, et libris omnibus abdicentibus,

etiam

etiam lingua repugnante. neque enim dici poſſe videtur ςυμφώνως ταῦτα λέγειν.

ζωμὸν] Ita libri ſcripti omnes, etiam Guelff. recte haud dubie, licet Stephanus Furlanuſque ſecus ſenſerint. Etiam vernacula lingua ſolet cruorem effuſum ſimili vocabulo appellare. Altera lectio φόνον, quam probabant Stephanus, Lycius, Furlanus, et quam ex editis libris exhibent Norib. Crat. Opor. Stob. Sylb. Furl. margg. Caſaub. Heinſ. Morel. et Aub., manifeſte gloſſema redolet. Sed ψωμὸν, quod Pauo reponi poſſe videbatur, non eſt vnius aſſis.

ὁρᾷν] Norib. ὁρὰν —. Crat. ὁρᾶν.

αὐτῶν πάντων] Cod. Gal. 1 αὐτὸν πάντων. Gal. 3 αὐτῶν πάντα. Reiſquius inde faciebat αὐτὰ πάντων. opinor, ſine cauſſa: quum lectio Vulgata ſit ſatis commoda et apta.

3 ἤδη] Camot. ἤδης· et Norib. οἰκία. Mox Camot. vitioſe exhibet οἶδε pro εἶδε. quam tamen ſcripturam ego reperi etiam in Codd. Guelff. Caeterum totum locum Suartius, in ſuo exemplo, ita diſtinxit, κρυπτόμενόν τινα ἐν οἰκίᾳ ἤδη πέμπτην ἡμέραν, h. e. πέντε ἡμέρας.

καὶ πάντα διεξιὼν] Cod. Gal. 1 καὶ ταῦτα πάντα διεξιών. Cod. Gal. 2. et Baroc. καὶ ταῦτα διεξιών· quam poſteriorem lectionem Caſaubonus praeferendam cenſebat Vulgatae, cui aſſenſus eſt nuper, vt video, Reiſquius, quum iam antea eam receperit Kirchmanus in textum. At quanquam e ſcriptura Cod. Gal. 1 iudicari poſſit, libros variaſſe olim et diſcrepaſſe inter ſe, ita vt fuerit in quibuſdam ταῦτα, in aliis πάντα· tamen quum reliqui libri ſcripti, vt Guelff. Gal. 3. 4. 5, Trin., etiam editi ante Nedhamum omnes, legant καὶ πάντα διεξιών· quum nec ſententia et ſeries orationis abdicat: nil mutandum eſſe arbitror. Nam Nedhamo quidem placuit vtrumque, et ταῦτα et πάντα, recipere: quem ſequutus eſt, vt ſolet, Suartius.

πῶς οἴεσθε; πιθανῶς σχετλιάζει] Priora verba ſunt verba Theophraſti, ἐν παρενθέσει ponenda. lectores enim appellat et facit iudices, an putent, λογοποιὸν lamentatione iſta fidem facere probareque dicta poſſe auditoribus. ſic enim ego intellego Aduerbium πιθανῶς. Neque offendere quenquam debet cum Pauo Pluralis, quum libellus inſcriptus ſit Polycli. At vero reliquit eum Theophraſtus filiis omninoque poſteris: et quid impedit, ne putemus, compellari ab eo omnes, vt diximus, libelli lectores? Atque ſic, praeeunte Caſaubono, non aliter, ediderunt Heinſius, Bencelius, Nedhamus, etiam Geſnerus in Chreſtomathia. Sed addamus, pro inſtituto noſtro, varieta-

tem lectionis, quae reperitur in libris, cum ſcriptis, tum etiam editis. Cod. Gal. 1. 2, Baroc. *πῶς οἴεσθαι πιθανῶς σχετλιάζειν λέγων.* Guelf. 2 *πῶς οἴεσθε πιθανῶς σχετλιάζειν λέγων.* ε et αι innumeris locis permutata ſunt inter ſe a librariis, et *σχετλιάζειν* pro *σχετλιάζει* periſſe videtur verbum praecedens. Cod. Gal. 3. 4. 5 et Guelf. 1 *πῶς οἴεσθε, πιθανῶς σχετλιάζει.* Cod. Trin. *πῶς οἴεσθε πιθανὸς σχετλιάζει λέγων.* ferri, credo, poteſt *πιθανὸς*, Adiectivum pro Aduerbio. Norib. Crat. Opor. Stob. Furl. *πῶς οἴεσθε πιθανῶς σχετλιάζει λέγων.* Camot., vt Cod. Guelf. 1, *πῶς οἴεσθε, πιθανῶς σχετλιάζει λέγων.* Steph. *πῶς οἴεσθε πιθανῶς σχετλιάζει;* Lyc. Sylb. Aub. Morel. *πῶς, οἴεσθε, πιθανῶς σχετλιάζει;* Longiſſime vero recedunt ab hac ſcriptura coniecturae Nedhami et Paui, inanes ſine dubio. Nam Nedhamus quidem putabat legi poſſe, aut *καὶ ταῦτα πάντα διεξιὼν (ὡς οἴεσθαι) πιθανῶς, σχετλιάζει λέγων·* aut *καὶ ταῦτα πάντα διεξιὼν (ὡς οἴεται) πιθανῶς, σχετλιάζει λέγων.* Quae poſterior coniectura ſeſe Suartio ita probauit, vt eam receperit: quum tamen Nedhamus ipſe eam quam nos tuemur, lectionem veram genuinamque exiſtimauerit. Pavus vero ſcribendum ſuſpicabatur, aut *καὶ πάντα διεξιὼν, ὡς οἴεσθαι πιθανὸς, σχετλιάζει λέγων·* aut *καὶ πάντα διεξιὼν, ὡς οἴχεσθαι πιθανὸς, σχετλιάζει λέγων.* At mihi nec *οἴχεσθαι πιθανὸς* dici poſſe videbatur, nec *οἴεσθαι* vſquam Paſſiue accipi memineram. Nuper denique exortus eſt diuina poëta, Clotius, qui ſe verum ſcilicet loci ſenſum reperiſſe gloriaretur, modo ſcriberetur aut ſic, *κ. π. δ. σχ. καὶ πῶς οἴεσθε; πιθανῶς·* aut ita, *κ. π. δ. πῶς οἴεσθε; λέγει, καὶ πιθανῶς σχετλιάζει δυστυχ.*

Κάσανδρος] Furl. *Κάσσανδρος.* Et mox Norib. Crat. *ὦ ταλ.*

ἐνθυμῇ τὸ τῆς τύχης] Nedhamus, fide, vt ait, et auctoritate Codd. Gall., edidit, vt iam Caſaubonus edi volebat, *ἐνθυμῇ τὸ τῆς τύχης;* Neque vero in Norib. Crat. Opor. aliter interpunctum eſſe locum video. licet in Opor., etiam in Norib., vt opinor, perperam expreſſum ſit *τήχης.* vtraque interpunctio recte habet. Iidem libri et Morel. Furl. habent, vt alias, *ἐνθυμῇ.* Et in Helmſt. extat, errore operarum, credo, *ἐνθυμῇ τὸ σῆς τύχης:* Caeterum hic quoque commenta ingenii Suartiani licet admirari. Is enim reponendum ſomniabat *αἰσθάνῃ τὸ τῆς τύχης· ἀλλ' οὐκ αἰσχρὸς γενόμενος*, hoc ſenſu, *fortunae adverſitates ſentis, ſed turpe nihil habebas, quod iſtas mereretur:* vel, ſi verba *ἐνθυμῇ τὸ τῆς τύχης* ad Caſſandrum referrentur, malle ſe aiebat legere, *ἐνθυμοῦ τὸ τῆς τύχης.* in notis eius bis ſcriptum eſt vitioſe *τὰ τῆς τύχης.*

ἀλλ' οὐκ ἰσχυρὸς γενόμενος] Caſaubonus emendari volebat *ἀλλ' οὐκ ἰσχυρός γε γενόμενος.* quam

quam coniecturam Reiſquius ita probabat, vt intellegeretur ἥττηται, vel ἐξώγρηται, hoc ſenſu, *et prius victus et captus non fuit, quam virtutem ſuam et fortitudinem monſtraſſet.* nam ἰσχυρὸς ait plebeium eſſe vocabulum pro ἀνδρεῖος. Mihi vero neutrum placebat. Nam ἰσχυρὸς quidem omnino de potentia et opibus capiendum videtur, vt ſenſus exiſtat, vti iam Geſnerus praeclare vidit, hic, *At ſane potens iam erat, quo magis mirum, tantas opes concidiſſe.* Omnium autem minime audiendus eſt Auberius, qui iubebat legi ἄλλως ἰσχυρὸς γενόμενος, verbaque haec inſeri inter verba ὦ ταλαίπωρος et ἐνθυμῇ τὸ τῆς τύχης, ita, *o calamitoſiſſimus, quum praeſertim praepotens fuerit. conſidera fortunae inconſtantiam.*

δεῖ δὲ αὐτὸ σὲ μόνον] Cod. Gal. δεῖ τ' αὐτόν γε μόνον. Cod. Gal. 2 et Baroc. δεῖ δ' αὐτόν γε μόνον. Caeteri Codd. Nedhami, etiam Trin. et Guelff., habebant δεῖ δ' αὐτόν σε μόνον. Norib. Crat. Opor. Camot. Stob. Furl. δεῖν δὲ [Camot. δ'] αὐτόν σε μόνον. Etiam in margg. Caſaub. et Heinſ. extat αὐτόν. Geſnerus autem in Chreſtomathia edidit δεῖ δ' αὐτό σε μόνον. Caeterum in Verſione Politiani Latina video omiſſa eſſe haec verba.

προσδεδράμηκε] Camot. πρὸς δεδράμηκε.

4 τῶν τοιούτων ἀνθρώπων] Camot. vitioſe ſcriptum exhibet τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον. Mox pro τί ποτε in Cod. Trin. erat τί δήποτε. vt praefat. 1. non male. Caeterum laudatur hic locus Theophraſti ab Solano ad Lucianum Philopſeud. 1 p. 30 To. 3. Verba Luciani ſunt (loquitur de iis qui mendacia veritati anteponunt ſine cauſſa) τούτους οὖν ἐθέλω εἰδέναι, τίνος ἀγαθοῦ τοῦτο ποιοῦσιν.

εἰσὶ δ' αὖ καὶ πόλεις] Pro πόλεις in libris ſcriptis omnibus, etiam Palatt. et Guelff., extabat, vt in editis antiquis, πλεῖσται. Sed cum verbum αἱροῦντες, tum verba κατὰ κράτος, ſatis declarant, veram eſſe coniecturam Caſauboni, qui primus reſtituit πόλεις. quod vocabulum nos, poſt Kirchmanum, Schmidium, Nedhamum, Suartium, et Geſnerum in Chreſtomathia [in qua etiam eſt εἰσὶ δὲ], eo minus dubitauimus recipere, quum certiſſimum ſit, ex altera ſcriptura nullum prorſus ſenſum exprimi, nedum elici, poſſe: vt mirandum non videatur, neque Pircamerum, neque Politianum, neque Lycium, quum omnia putarint ſana et integra eſſe, ſe expedire inde potuiſſe. Conſentire autem in falſa iſta lectione omnes libros, non debet cuiquam mirum videri, quum etiam in libris aliorum ſcriptorum reperiantur multa huius generis exempla. vt apud Lucianum Pſeudomant. 19 p. 226 To. 2 erat in omnibus libris Ἀντιλόχῳ, quum legendum ſit Ἀμφιλόχῳ, quod receptum

receptum eſt in editione noviſſima, auctoritate Solani et Geſneri: et apud eundem Lucianum Philopſeud. 12 p. 40 To. 3 omnes libri exhibent συνηυλίϑησαν, quum reponendum ſit συνηλίϑησαν, de eiuſdem Solani coniectura. Apud Theophraſtum πλεῖϛοι ortum eſt haud dubie, librariorum inſcitia, e nota qua ſcriptum erat πόλεις [$\overset{\lambda}{\pi o}$ ες]: qua de re adeundus eſt ad hunc locum Nedhamus. Pauus reſcribi iubebat πλεῖϛα. quod et frigere nimium et reſpui ab particula καὶ, quis non videt? Caeterum Norib. Crat. Opor. Stob. Furl. legunt οἳ, καὶ πλεῖϛοι λέγω, κατὰ κράτος αἱρȣ̃ντες. contra ingenium linguae. Et Suartius cum Nedhamo edidit πόλεις τῷ λόγῳ. Sed Articulus ille meas quidem aures offendebat non parum.

κατὰ κράτος] Codd. Guelff. Steph. Aub. Morel. κατακράτος. qua de ſcriptura, quae occurrit in libris manu ſcriptis antiquis, videndus eſt Vuaſſius in Praefatione Duqueri ad Thucydidem. Mox Furl. παρεδειπνόϑησαν. perperam.

5 πάνυ δὲ] Codd. Gall. Baroc. Norib. Crat. Opor. Stob. Camot. Steph. Lyc. Sylb. Morel. Aub. Furl. Nedh. πάνυ [Opor. Furl. πάνη] δή. fortaſſis vere. Certe etiam Politianus ſic ſcriptum reperiſſe videtur in ſuis libris, quum in Verſione eius Latina habeatur *igitur*.

ποίᾳ γὰρ ȣ̓ ϛοᾷ] Codd. Gall. Trin. Vulc. Oſborn., etiam Guelff., itemque Norib. Crat. Opor. Stob. Camot. Furl. ποία γὰρ ȣ̓ ϛοά· [Norib. Crat. Opor. Furl. ποῖα — ϛοᾶ] ποῖον δὲ ἐργαϛήριον. praue. Sed Caſus iſti ſaepiſſime permutati ſunt inter ſe ab imperitis er neglegentibus librariis. Hinc iam in marg. Stob. recte annotata extat altera lectio ποίῳ δὲ ἐργαϛηρίῳ. quae verba in Helmſt. et Budiſ. perperam omiſſa ſunt. Caeterum non dubito, quin particula ȣ̓ ante nomen ϛοᾷ delenda ſit et eiicienda, quum ſequatur, ȣ̓ διημερεύȣσιν,

ποίῳ δὲ μέρει] Norib. Crat. ποίω δὲ μέρει.

ἀπαυδᾷν] Norib. Crat. ἀπαυδᾶν. Sed Camot. Furl. ἀπαυλᾷν. errore operarum.

ȣ̔́τως] Codd. Guelff. Camot. ȣ̔́τω. numeroſius profecto et concinnius.

καταπονȣ̃ντες] Camot. κατὰ πονȣ̃ντες. Codd. Gall. ἀκȣ́οντας, ȣ̔́τως καὶ καταπονȣ̃σι. Decepit fortaſſe librarios verbum praecedens διημερεύȣσιν. Caeterum coniecturas Nedhami et ipſe, vt ineptas, ita vanas quoque, arbitror eſſe cum Pauo. Volebat enim legi, vt conſuleret ſcilicet auctoritati Codicum ſuorum, aut ἀκȣ́οντας, ὄντως καὶ καταπονȣ̃σι, aut ἀκȣ́οντας, ὣς καὶ καταπονȣ̃σι.

ΚΕΦ.

ΚΕΦ. Θ

ΠΕΡΙ ΑΝΑΙΣΧΥΝΤΙΑΣ

1 Ἡ δὲ ἀναισχυντία ἐστι μὲν, ὡς ὅρῳ λαβεῖν, καταφρόνησις δόξης αἰσχροῦ ἕνεκα κέρδους· ὁ δὲ ἀναίσχυντος, τοιοῦτος οἷος πρῶτον μὲν ὂν ἀποστερεῖ, πρὸς τοῦτον ἀπελθὼν δανείζεσθαι. εἶτα θύσας τοῖς θεοῖς, αὐτὸς μὲν δειπνεῖν παρ᾽ ἑτέρῳ, τὰ δὲ κρέα ἀποτιθέναι ἁλσὶ πάσας· καὶ προσκαλεσάμενος τὸν ἀκόλουθον, δοῦναι, ἀπὸ τῆς τραπέζης ἄρας κρέας καὶ ἄρτον, καὶ εἰπεῖν ἀκουόντων πάντων, εὐωχοῦ τίμιε. 2 καὶ ὀψωνῶν δὲ, ὑπομιμνήσκειν τὸν κρεωπώλην, εἴ τι χρήσιμος αὐτῷ γέγονε. καὶ ἑστηκὼς πρὸς τῷ σταθμῷ, μάλιστα μὲν κρέας, εἰ δὲ μὴ, ὀστοῦν εἰς τὸν ζωμὸν ἐμβάλλειν· καὶ ἐὰν μὲν λάβῃ, εὖ ἔχει· εἰ δὲ μὴ, ἁρπάσας ἀπὸ τῆς τραπέζης χολίκιον, ἅμα γελῶν ἀπαλλάττεσθαι. καὶ ξένοις δὲ αυτοῦ θέαν ἀγοράσας, μὴ δοὺς τὸ μέρος, θεωρεῖν. ἄγειν δὲ καὶ τοὺς υἱεῖς εἰς τὴν ὑστεραίαν, καὶ τὸν παιδαγωγόν. 3 καὶ ὅσα ἐωνημένος ἄξιά τις φέρει, μεταδοῦναι κελεῦσαι καὶ αὐτῷ, καὶ ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν οἰκίαν ἐλθὼν, δανείζεσθαι κριθὰς, ποτὲ δὲ ἄχυρον. καὶ ταυτα χρήσαντας, ἀναγκάσαι ἀποφέρειν πρὸς αὐτόν. δεινὸς δὲ καὶ πρὸς τὰ χαλκεῖα τὰ ἐν τῷ βαλανείῳ προσελθὼν, καὶ βάψας ἀρύταιναν, βοῶντος τοῦ βαλανέως, αὐτὸς αὐτοῦ καταχέασθαι, καὶ εἰπεῖν, ὅτι λέλουται, ἀπιών· κᾀκεῖ, Οὐδεμία σοι χάρις.

NOTAE

περὶ ἀναισχυντίας] Furl. Ἀναισχυντία· et in Camot. praue ſcriptum legitur περὶ ἀνεσχυντίας. Stobaei Eclogis inſertum eſt hoc Caput a Geſnero 32 p. 213.

1 ὂν ἀποστερεῖ] In exemplo Benceliano operae perperam dederunt ὃ ἀποστερεῖ· quod vitium ipſe Bencelius correxerat manu ſua in meo exemplari, quod donauerat magno illi Fabricio. Paullo ante ab Vpſal. 1 aeque male abeſt τοιοῦτος.

ἄρας

ἄρας κρέας καὶ ἄρτον] In Cod. Pal. 1 erat, ordine verborum inuerſo, *ἄρτον καὶ κρέας ἄρας·* qui ordo quum auribus Nedhami viſus eſſet numeroſior et quaſi plenior, eum ſeruandum in ſuo exemplo duxit, et poſt eum Suartius. Neque dubitandum videtur, quin Politianus et ipſe vſus ſit Codice tali. Verſio certe eius Latina declarat id, puto, ſatis, in qua eſt *et panem et carnem largitur emenſa*. At vero leges linguae mihi videbantur poſtulare, vt anteponeretur verbum: deinde ipſum ordinem verborum, qui eſt in reliquis libris, rotundiorem putabam et concinniorem, vt ſunt diuerſa aurium etiam doctarum iudicia. Caeterum in nonnullis editionibus antiquis, vt Norib. Crat. Opor. Morel. Steph. et aliis, ſcriptum extat *ἄρας*.

τίμιε] Notum eſt, Salmaſium [ad Solin. p. 34 Trai.] correxiſſe legendumque docuiſſe *Τίβιε*, quod fuiſſet olim nomen ſeruile, vt *Γέτας, Σύρος, Δᾶος*. recte. Stephanus Byzantinus: *Τίβιον, ὄρος Φρυγίας, ἀπὸ Τιβίου τινός· ἐκ τούτου καὶ Τιβίους τοὺς δούλους καλοῦσι.* Strabo 7 p. 467 Almel. *ἐξ ὧν γὰρ ἐκομίζετο, ἢ τοῖς ἔθνεσιν ἐκείνοις ὁμωνύμους ἐκάλουν* [Attici] *τοὺς οἰκέτας, ὡς Λυδὸν, καὶ Σύρον, ἢ τοῖς ἐπιπολάζουσιν ἐκεῖ ὀνόμασι προσηγόρευον, ὡς Μάνην ἢ Μίδαν, τὸν Φρύγα· Τίβιον δὲ, τὸν Παφλαγόνα.* Legitur autem *Τίβιος* vt nomen ſerui apud Lucianum Timon. c. 22 To. 1 et Gallo c. 29 p. 747 To. 2. Neque dubitarunt id recipere hoc loco Nedhamus et Suartius, probante etiam Solano ad Lucian. d. l. p. 132 To. 1. Reiſquio vero, admiſſa lectione iſta, quod *Τίβιος* nomen Romanum fuiſſet, ſequi videbatur, auctorem libelli non eſſe poſſe Theophraſtum Ereſium. Quod etſi temere dictum apparet; etſi non ignoro, quam facile potuerint ab librariis permutari litterae *μ* et *β*, praeſertim quum littera *β* in libris antiquis, et ſcriptis et editis, propemodum ſimilis reperiatur litterae *υ*, vt in editione Ptolemaei Baſilienſi; etſi magnus ille Hemſterhuſius [ad Lucian. d. l. p. 133 To. 1] etiam apud Strabonem lib. 4 p. 298 A pro *Τιμίους* corrigendum cenſet *Τιβίους*· tamen ego apud Theophraſtum cum Pauo arbitror retinendam eſſe lectionem Vulgatam, non tam propterea, quod nullum varietatis veſtigium comparet in libris veteribus, quam quod, deleto inductoque vocabulo *τίμιε*, magna periret pars *ἀναισχυντίας*. Nam impudentis eſt, ſeruum, hominibus liberis praeſentibus et audientibus, appellare *τίμιον*. Neque Hemſterhuſium d. l. diffiteri video, Vulgatam lectionem commode vindicari poſſe: qua de re Caſauboni Commentarius inſpici debet. In Cod. Gal. 1 erat *τιμιώτατε*: quam ipſam ſcripturam, quam parum abeſt quin praeferendam Vulgatae cenſeam, dubitari nequit

quin

quin inuenerit in Codicibus ſuis Politianus. habetur enim in Verſione eius Latina, *vir honoratiſſime.* Qua ipſa lectionis diuerſitate declarari puto, vanam eſſe illam de qua diximus, Salmaſii coniecturam.

² ὀψωνῶν] Norib. ὀψωνῶν. Camot. ὀψωνίων. Fortaſſis voluit librarius in eo Codice, ex quo fluxit iſta editio, ſcribere ὀψωνιῶν, aut ὀψωνητιῶν.

τὸν κρεωπώλην] Norib. τῶ κρεωπώλην.

χρήσιμος] Ita diſerte legebatur in Codd. Gall., etiam in nonnullis, vt videtur, Codicibus Caſauboni: neque ſententia loci aliter legi patitur. Accedit auctoritas librorum Politiani, in quibus et ipſis extitiſſe χρήσιμος, non χρήσιμον, quae eſt reliquorum librorum veterum lectio, oſtendit ſatis Latina Viri ſummi Verſio, in qua eſt, *ſi qua illis in re vnquam emolumento fuerit.* Etiam in marg. Auber. extat χρήσιμος. quod nos in contexta migrare iuſſimus cum Kirchmano, Schmidio, Nedhamo, Suartio, et Geſnero in Chreſtomathia, aſſentientibus Lycio et Pauo.

γέγονε· καὶ ἔσηκώς] Norib. Crat. Opor. Stob. Furl. γέγονεν ἐσηκώς.

ὀσῶν — εἰ δὲ μή] Aberant haec verba ab Cod. Guelf. 2: abſunt etiam ab Camot. Cauſſa praetermiſſionis eorum quaerenda eſt in verbis εἰ δὲ μή, quae praecedunt. Eorum enim ſimilitudine decepti librariorum oculi, omiſſis verbis interiectis ſtatim aggreſſi ſunt ſcribere verba ἀρπάσας ἀπὸ τῆς τραπέζης. Quae oculorum neglegentia dici non poteſt quot et quanta pepererit menda in libris ſcriptorum veterum. Marqulandus quidem in Maximo Tyrio viginti fere locis ſic mutilatis et detruncatis reſtituit integritatem, ope Codicum, maxime Regii. Vid. notae eius p. 670, a.

εἰς τὸν ζυγὸν ἐμβάλλειν] Cod. Gal. 1. 2 εἰς τῶν ζωμὸν ἐμβαλεῖν. Cod. Baroc εἰς τῶν ζωμῶν ἐμβαλῶν. ſolemni harum ſyllabarum permutatione. Etiam in Cod. Trin. et Guelf 1, ſcriptum erat ἐμβαλεῖν· et Politiani Verſio Latina quum habeat, *vel ſaltem oſſium aliquid ingeratur in ius*, nemo non videt, et ipſum legiſſe εἰς τὸν ζωμόν. At non intellexit Vir ſummus verba. nam primo εἰς τὸν ζωμὸν pertinet ad ὀσῶν, non ad ἐμβάλλειν· deinde ὀσῶν εἰς τὸν ζωμὸν eſt, vt Pauus, qui hic verum vnus vidit, praeclare docet, *os medulloſum quo ius adiunetur.* Atque ego quidem lectionem hanc arbitrabar veram eſſe et ab ipſo Theophraſto profectam. Nam, vt taceam, eam non temere potuiſſe naſci, εἰς ζυγὸν ἐμβάλλειν neſcio quomodo frigere videtur. Etiam impudentiae natura requirit eandem lectionem magis, et verbum ſequens χολίκιον. nam χολίκιον minus eſt quam ὀσῶν εἰς

τὸν

τὸν ζωμὸν, non item quam ὀςοῦν ſimpliciter. Sic vero ſatis intellegitur non opus eſſe coniecturis Suartii, qui legi iubebat ἤτι τῶν ζωμῶν vel ἢ τοῦ ζωμοῦ. Caeterum in Norib. eſt ὀςοῦν.

ἐὰν μὲν λάβῃ] Cod. Trin., teſte Galeo, ἐὰν μὲν λάθῃ. repugnante et vetante orationis ſerie.

αὐτοῦ θέαν] Sic ſcriptum erat in Codd. Caſauboni, Nedhami, et noſtris, niſi quod in Guelff. extabat αὐτοῦ, vt in Norib. Crat. Opor. Stob. Camot. Morel. Fur'. Heinſ. Caſaub. a. 1612 et Geſn. At pro θέαν quod nec Furlanus, nec Lycius, probabat, Norib. exhibet κρέαν· e quo in Crat. Opor. Stob. Steph. Lyc. Sylb. Aub. Morel. factum eſt κρέα, vt legit etiam Politianus, in cuius Verſione Latina eſt *cum hoſpitibus carnes emerit*. Eadem lectio notata eſt in marg. Heinſ., vt in notis Steph. et in marg. Morel. altera, θέαν. quam ſeries orationis confirmat. In Camot. ſcriptum video αὐτοῦ τὲ ἀναγοράσας. quae ſcriptura et veſtigia verae lectionis monſtrat, et fidem Camotii, vt in Praefatione diximus, declarat.

μὴ δοὺς] Norib. μηδοὺς —.

τοὺς υἱεῖς] τοὺς aberat ab Codd. Guelff., abeſtque a Norib. Crat. Opor. Stob. Camot. Steph. Lyc. Aub. Morel. Sylb. Furl. Heinſ. Sed Lycius quum deeſſe aliquid videret, cenſuit παῖδας eſſe inſerendum. per ſe non male. Caſaubonus tamen et Furlanus verius exiſtimavere addendum υἱοὺς, quod receptum eſt in Kirchm. Lugd. a. 1612, Vpſal. 1. 2, Gal. 1. 2, Helmſt. Budiſ. At nos maluimus cum Nedhamo et Suartio edere υἱεῖς· quia forma haec, vt ad Praefationem libelli diximus, Ἀττικωτέρα eſt, et quoniam ſic apparet magis, qui factum ſit, vt a librariis omitteretur, quum ſequatur εἰς. Accedit quod in Cod. Baroc. et Trin. diſerte ſcriptum erat τοὺς υἱεῖς. ab qua quidem ſcriptura non longe recedebant Cod. Gal. 1 et 3. Nam in eo reperit Nedhamus τοὺς ὡς εἰς· et in hoc erat τοὺς υἱεῖς ἴσως εἰς τὴν ὑςεραίαν. Nimirum verba υἱεῖς ἴσως ſcripſerat quis in margine, qui vſus eſſet Codice, in quo extaret τοὺς ſimpliciter. quali Codice etiam Politianus vſus eſt haud dubie. Verſio enim eius Latina habet, *eos autem in diem poſterum ducit*. Caeterum exemplum ſimile omiſſi nominis poſt Articulum habetur in Axiocho ſ. 9, vbi omnes libri, praeter Mediceum, exhibent τῶν δὶς παῖδες, pro τῷ νῷ δὶς παῖδες. vt iam ad c. 1, 4 diximus.

3 ἐωνημένος ἄξιά τις] Norib. ἐωνημένος τὶς, omiſſo vocabulo ἄξια, quod abeſt etiam a reliquis libris, qui manarunt e Noribergenſi, Crat. Opor. Stob. Furl. In Cod. Baroc. erat ἐωνημένος τὶς ἄξια, ordine verborum inuerſo.

κελεῦσαι

κελεῦσαι] Norib. Crat. Opor. Furl. κελεύσαι.

αὐτῷ] Codd. Guelff. Norib. Crat. Opor. Stob. Aub. Camot. Steph. Lyc. Sylb. Morel. Heinſ. Furl. Lugd. a. 1612, Kirchm. Vpſ. 1. 2, Gal. 1. 2, Helmſt. Budiſ. αὐτῷ.

δανείζεσθαι — ἄχυρον] Cod. Trin., auctore Nedhamo, δανείζεσθαι κριθὰς, ποτὲ δὲ κριθὰς, ποτὲ δὲ ἄχυρον. Pauus putabat, duplicem olim in libris fuiſſe ſcripturam, quam librarius ſimul exhibuiſſet: alios legiſſe δανείζεσθαι κριθὰς, ποτὲ δὲ ἄχυρον· in nonnullis extitiſſe, δανείζεσθαι ποτὲ δὲ κριθὰς, ποτὲ δὲ ἄχυρον. recte. At non credibile eſt, fuiſſe in libris ποτὲ δὲ κριθὰς, ποτὲ δὲ ἄχυρον. nam leges linguae iubent dici ποτὲ μὲν κριθὰς, ποτὲ δὲ ἄχυρον. Itaque malim equidem librarium neglegentiae accuſare. is enim, ſcriptis verbis ποτὲ δὲ, oculos videtur reieciſſe in κριθὰς, atque adeo vtrumque, et κριθὰς et ποτὲ δὲ, bis ſcripſiſſe. Caeterum in Cod. Baroc. erat ἄχυρα, non ἄχυρον· quemadmodum in Verſione Politiani eſt, *interdum et paleas.* Doruillius ad Chariton. p. 46 legit τοτὲ δὲ ἄχυρον· ſed voluit haud dubie ab operis ſcribi ποτὲ δέ. quod non minus certum puto, quam temere ab eo tentatum eſſe illum Charitonis locum.

χρήσαντας] Salmaſius in de Vſuris p. 163 legit χρήσαντα. Reiſquius, inſerto Articulo, legendum cenſebat, καὶ ταῦτα τοὺς χρήσαντας. Non aſſentior. Debebat enim tum eſſe καὶ τοὺς ταῦτα χρήσαντας. nam καὶ ταῦτα hic quidem non videbatur accipi poſſe pro *atque adeo, et quidem.*

πρὸς αὐτὸν] Nedh. et Suart. πρὸς αὐτόν.

χαλκεῖα] Camot. χαλκεῖ. Mox pro προσελθὼν in Cod. Gal. 1 erat προσελθεῖν. non male. At Vulgata tamen arridet magis. nam προσελθὼν cohaeret potius cum Participio βάψας, quam cum Adiectiuo δεινὸς, a quo apertum eſt pendere Infinitiuum καταχέασθαι.

αὐτοῦ καταχέασθαι] Αὐτοῦ καταχέασθαι Norib. Crat. Opor. Stob. Furl. et MSS. Nedhami omnes, praeter Oſborn., in quo erat αὐτῷ. Etiam Cod. Gal. 1 librarius ſcripſerat αὐτῷ, ſed ſuperne fecerat οῦ. Margg. Caſaub. a. 1612 et Heinſ. exhibent αὐτὸν, quae erat ſcriptura Cod. Guelf. 2. Sed Guelf. 1 habebat αὐτὸν, vt Camot.: quo in libro extat etiam καταχέεσθαι.

λέλυται, ἀπιὼν· κᾀκεῖ] Norib. Crat. Opor. Stob. Furl. λύεται. repugnante loci ſenſu. Sed particula κᾀκεῖ Viros doctos vehementer offendit. Auberius quidem legendum putabat κᾀκείνῳ· ita certe legitur in marg. exempli eius. Galeus coniiciebat κᾀκεῖνο· quod ipſum nuper Reiſquio venit in mentem. Nedhamus aut καὶ ἔτι reſcribi volebat, aut ὅτι

 λέλυται·

λέλουται· ἀπιὼν κἀκεῖθεν. Pauus denique rem ſibi viſus eſt acu tetigiſſe, corrigens ὅτι λέλουται, ἀπιών· Κἀκεῖ· οὐδεμία σοι χάρις. Non placet nunc, nec vacat, multis quaerere de veritate vanitateue harum coniectu-rarum, quae, quantum ego iudicare poſſum, vel ingenio linguae aduerſantur, vel cum conſuetudine loquendi Theo-phraſtea pugnant. Mihi cer-te Vulgata lectio piſce ſanior videbatur, et ſic explicanda eſſe, *dicit ſe lauiſſe, et abit: et ibi* (e loco vbi diſcedens ſtat), *Ego vero, inquit, gratiam tibi nullam.* Etiam Hemſterhuſius ad Lucian. p. 148 To. 1 nil mutandum cenſebat, modo κἀκεῖ verteretur, *et ibi, et tum porro.* Caeterum Norib. Crat. Furl. κἀκεῖ, vt alibi.

ΚΕΦ. Ι

ΠΕΡΙ ΜΙΚΡΟΛΟΓΙΑΣ

1 Ἡ δὲ μικρολογία ἐστι φειδωλία τοῦ διαφόρου ὑπὲρ
τὸν καιρόν· ὁ δὲ μικρολόγος, τοιοῦτός τις οἷος ἐν τῷ μηνὶ
ἡμιωβόλιον ἀπαιτεῖν ἐπὶ τὴν οἰκίαν, καὶ συσσιτῶν ἀριθ-
μεῖν τε κύλικας ὅσας ἕκαστος πέπωκε, καὶ ἀπάρχεσθαι
ἐλάχιστον τῇ Ἀρτέμιδι τῶν συνδειπνούντων. καὶ ὅσα μικροῦ
τις πριάμενος λογίζεται, πάντα φάσκειν εἶναι ἄγαν.
2 καὶ οἰκέτου χύτραν ἢ λοπάδα κατάξαντος, εἰσπρᾶ-
ξαι ἀπὸ τῶν ἐπιτηδείων. καὶ τῆς γυναικὸς ἀποβαλούσης
τρίχαλκον, οἷος μεταφέρειν τὰ σκεύη, καὶ τὰς κλίνας,
καὶ τὰς κιβωτοὺς, καὶ διφᾶν τὰ καλύμματα. καὶ ἐάν
τι πωλῇ, τοσούτου ἀποδόσθαι ὥστε μὴ λυσιτελεῖν τῷ πρια-
μένῳ. καὶ οὐκ ἂν ἐάσαι οὔτε συκοτραγῆσαι ἐκ τοῦ αὐτοῦ
κήπου, οὔτε διὰ τοῦ αὐτοῦ ἀγροῦ πορευθῆναι, οὔτε ἐλάαν ἢ
φοίνικα τῶν χαμαὶ πεπτωκότων ἀνελέσθαι. καὶ τοὺς
ὅρους δὲ ἐπισκοπεῖσθαι ὁσημέραι, εἰ διαμένουσιν οἱ αὐτοί.
3 δεινὸς δὲ καὶ ὑπερημερίαν πρᾶξαι, καὶ τόκον τόκου· καὶ
ἑστιῶν τοὺς δημότας, μικρὰ τὰ κρέα κόψας παραθεῖναι·
καὶ ὀψωνῶν, μηθὲν πριάμενος εἰσελθεῖν· καὶ ἀπαγο-
ρεῦσαι τῇ γυναικὶ μήτε ἅλας χρωννύειν, μήτε ἐλλύχνιον,
μήτε κύμινον, μήτε ὀρίγανον, μήτε οὐλὰς, μήτε στέμματα,
μήτε θυηλήματα· ἀλλὰ λέγειν ὅτι τὰ μικρὰ ταῦτα

πολλά

πολλά ἐςι τȣ̃ ἐνιαυτȣ̃. 4 καὶ τὸ ὅλον δὲ, τῶν μικρολόγων καὶ τὰς ἀργυροθήκας ἐςὶν ἰδεῖν εὐρωτιώσας καὶ κλεῖς ἰωμένας· καὶ αὐτȣ̀ς δὲ Φορȣ̃ντας ἐλάττω τῶν μικρῶν τὰ ἱμάτια, καὶ ἐκ ληκυθίων μικρῶν πάνυ ἀλειΦομένȣς, καὶ ἐν χρῷ κειρομένȣς, καὶ τὸ μέσον τῆς ἡμέρας ὑπολυομένȣς, καὶ πρὸς τȣ̀ς γναΦεῖς διατεινομένȣς, ὅπως τὸ ἱμάτιον αὐτοῖς ἕξει πολλὴν γῆν, ἵνα μὴ ῥυπαίνηται ταχύ.

NOTAE

περὶ μικρολογίας] Furl. *Μικρολογία*. In Stobaei Eclogario habetur hoc Caput, 10 p. 135.

[1] *τȣ̃ διαφόρȣ*] Cod. Trin. *τῶν διαφόρων*· quae ipſa lectio extat in margg. Crat. Opor. Stob. Per ſe quidem, non habita librorum veterum, ratione, ferri poteſt, et Lycius eam praeferebat adeo Vulgatae. Caeterum in exemplo Stobaei Turicenſi meo mox vitioſe legitur *ὑπὲρ τῶν καιρῶν*.

ἡμιωβόλιον] Crat. Opor. *ἡμιοβόλιον*. vitioſe. Mox inter Infinitiuum *ἀπαιτεῖν* et Praepoſitionem *ἐπὶ* membranae Palatinae inſerebant *ἐλθών*· quod video inculcatum eſſe eodem loco in exemplo Schmidii Helmſtadienſi. male. Neque enim dubitare quiſquam poſſe videtur, quin irrepſerit e margine in contexta, adſcriptum a quodam, qui id intellegendum eſſe ita putaret, vt nuper Bencelius. quod tamen neceſſarium non eſt. Nam formula *ἀπαιτεῖν ἐπὶ τὴν οἰκίαν* per ſe valet, vt iam recte monuit Salmaſius [de Modo Vſurr. p. 61], *ventitare ad domum debitoris vt exigas*. qua de re plura dicta ſunt in Indice. Geſnerus *ὁ μακαρίτης* in Chreſtomathia ſic edidit, *ἀπαιτεῖν ἐπὶ τὴν οἰκίαν τῶν συσσίτων· καὶ ἀριθμεῖν*. Quam rationem non vna de cauſſa repudiandam puto. Nam primo repugnat illa omnibus libris: deinde inſolentior eſt verborum ordo, quam vt ferri poſſit in libello, cuius auctor ſequutus ſit communem cotidianamque loquendi conſuetudinem. volebat enim Geſnerus Genitiuum *τῶν συσσίτων* pendere a verbo *ἀπαιτεῖν*· quod ipſum aduerſatur haud dubie linguae legibus, quae potius Caſum quartum requirunt. Praeterea non videbam, quomodo verba *ἐπὶ τὴν οἰκίαν* explicari poſſent. certe ne ita explicentur, vt a Caſaubono explicata ſunt, vſus ingeniumque particulae *ἐπὶ* vetat. Aliter vero accipi tum non poſſunt. Kirchmanus edidit *ἀπαιτεῖν ἐπὶ τῇ οἰκίᾳ*. Suartius denique recipere auſus eſt *ἀπαιτεῖν εἰκοῖαν* intell. *μερίδα τόκȣ*· ita vt pu-

taret, legi etiam poſſe ἐπὶ τὸν τόκον, vel ἐπὶ τὸ ἀρχεῖον. Quae omnia fruſtra et inepte dicta ſunt.

συσσιτῶν] Sylburgius malebat, vt nuper Suartius, legi συσσίτων, qui Genitiuus penderet ab ſequenti Pronomine ἕκαστος· quam ſcripturam video iam a Politiano expreſſam eſſe in Verſione Latina. Accederem et ipſe libenter huic Virorum doctorum ſententiae, niſi ſtructura verborum perplexa videretur ſuadere alia omnia. quod etiam Pauus praeclare, vt multa alia hoc in libello, vidit. At iudicium eius de ſcriptura Codicum veterum non placet. Nimirum in Cod. Gal. 1. 2 et Baroc. erat καὶ ὁ συσσιτῶν ἀριθμεῖν τὰς [Gal. 2 et Baroc. exhibebant melius τε] κύλικας ὅσας ἕκαστος πέπωκε. Iam quum ὁ ἀριθμεῖν nequeat dictum eſſe pro ὁ δεινὸς vel εἰωθὼς ἀριθμεῖν, vt ſomniabat Nedhamus: Pauus putabat, fuiſſe olim in quibuſdam libris καὶ ὁ συσσίτων ἀριθμῶν τὰς κύλικας, ὅσας ἕκαστος πέπωκε. Mihi vero lectio illa Codicum laudatorum ſic placet, vt ſacramento contendere poſſe videar, eam veram eſſe et genuinam, e qua nata ſit Vulgata: modo legatur καὶ συσσιτῶν ἀριθμεῖν τε κύλικας ὅσας ἕκαστος πέπωκε. Infinitiuus ἀριθμεῖν pendet ab οἷος, et τε refertur ad ſequentem particulam καί. Librarii autem aliiue, quos fugeret elegantia illa Attica, verba κύλικας ὅσας mutarunt in πόσας κύλι..ας. Caeterum in Cod. Guelf. 2 erat πέπωκεν pro πέπωκε. Sed in Auber. omiſſus eſt, operarum neglegentia, Infinitiuus ἀριθμεῖν, et in Norib. Crat. Opor. pro πέπωκε extat ἐκπέπτωκε. leg. ἐκπέπωκε. quod eſt in Stob. Furl. et in margg. Caſaub. a. 1612 et Heinſ. Quae eſt fortaſſis vera ſcriptura.

ἐλάχιστον] Geſnerus in Chreſtomathia edidit ἐλάχιστα, e coniectura haud dubie. Caeterum quaerebat Pauus, cur μικρολόγος diceretur Dianae potiſſimum libare? Placet vero mihi ea, quam idem ille Geſnerus attulit, ratio, quod σύσσιτοι ex venatione in primis epulati eſſent. V. tamen Index.

φάσκειν. εἶναι] Codd. Gall. Trin. Vulc. Guelf. 1. 2 et Norib. Crat. Opor. Stob. Furl. φάσκων εἶναι. perperam.

ἄγαν] Norib. Crat. Opor. Furl. ἀγάν. Sed ab Codd. Gall. Baroc. Trin. Guelf. 1. 2 aberat, neque in Camot. legitur. In Cod. Trin. reliquerat tamen librarius ſpatium inter Infinitiuum εἶναι et inter particulam καί. Pauus ſuſpicabatur, fieri poſſe, vt πάντα ἐστί fuerit formula δημοτική, qua vſi ſint, qui vellent oſtendere, agi de ſumma rerum ſuarum. Non placet: praeſertim quum ſatis manifeſtum ſit, verba πάντα φάσκειν εἶναι ſic nullo modo cohaerere cum praecedentibus verbis ὅσα μικροῦ τις πρ. λογ.

a χύτραν

² χύτραν ἢ λοπάδα] Cod. Gal. 1. 2 et Baroc. χύτραν ἦναι ἢ λοπάδα. Infinitiuum ἦναι Nedhamus opinabatur natum eſſe e Pronomine τινά. Et Pauo videbatur in libris olim nonnullis fuiſſe εἰκῆ, quod a manu librarii rudi mutatum eſſet in ἦναι. At vero mihi neutra placet ratio, quum ſatis apertum eſſe videatur, τὸ ἦναι illuc veniſſe, errore oculorum librarii, e praecedenti verſu; quod vel locus eius arguat alienus. Caeterum in Furl. pro λοπάδα eſt λοπάδια· quod ipſum puto operis correctoriue deberi.

εἰσπρᾶξαι] Opor. Stob. Furl. εἰσπρᾶξαι. Norib. εἰς πρᾶξαι. Crat. εἰς πρᾶξαι.

ἀποβαλούσης] Cod. Trin. ἀποβαλλούσης, auctore Galeo. quod Tempus repudiat res ipſa. nam μικρολόγος quaerit trichalcum, quum vxor id amiſit, non quum amittit. Cod. Baroc. exhibebat ἐκβαλούσης. qua lectione, quae lectorem iuberet de crumena cogitare, Pauus putabat confirmari ſcripturam τρίχαλκον. recte. At et altera lectio poteſt lectorem admonere de crumena. Nam etſi in omnibus libris, et ſcriptis et editis, habetur τρίχαλκον· tamen Nedhamus cenſebat legendum aut τρίχαπτον, aut τρίχακτον, quod vocabulum τρίχαλκον non occurreret apud alios ſcriptores. Qua in re ducem ſequutus eſt Duportum, qui tamen ferri poſſe putabat τρίχαλκον, vt δίχαλκον apud Pollucem [9,65], et πεντέχαλκον ac δεκάχαλκον apud Plutarchum. At quam vana ſit iſta Nedhami ratio, quamque inanis, neminem non videre ſperamus, quum hoc modo omnia vocabula rara et ἅπαξ λεγόμενα delenda ſint et inducenda in ſcriptis veterum. Deinde legitur tamen *trichalcum* apud Vitruvium 3, 1: aptiſſimumque eſt ad demonſtrandam ſordidam μικρολόγου leuitatem. Caeterum ne quid diſſimulaſſe videamur, Politianus in Verſione ſua Latina habet, *cumque monile aut pectinem vxor amiſerit*, ita vt valde probabile ſit, eum vſum eſſe Codice, in quo fuerit περίαπτον ἢ τρίχακτον· niſi quidem *monile aut pectinem* vnius vocabuli duplex eſt interpretatio.

κλίνας] Camot. ἢ κλίνας.

καὶ διφᾶν τὰ καλύμματα] Ita legebant Codices ſcripti omnes, in his Trin. et vterque Guelferbytanus. Neque vero aliter exhibentur verba in libris editis, niſi quod in Norib. Crat. Opor. Stob. Furl. eſt καὶ δίφος τὰ καλύμματα, et in margg. δίφρους καί. Et Codex Duporti vetus, in quo ait ſe inueniſſe eandem lectionem, καὶ δίφρους καὶ τὰ καλύμματα, haud dubie eſt vnus ex libris illis editis, neſcio an Oporinianus, quem ſcio alibi quoque laudari a Duporto. Hoc vero debet certiſſimum putari, librum illum veterem, ex quo Stephanus auctor eſt ſe

διφᾶν repoſuiſſe pro δίφος, eſſe editionem Camotianam, in qua diſerte ſcriptum inuenitur διφᾶν. Quae lectio quum nitatur auctoritate tot tamque bonorum librorum, quibus addi poteſt Codex Politiani; is enim in Latina Verſione eandem ſcripturam expreſſit: quis dubitet, quin vera ſit et genuina? Atque hac ſola ratione poteſt debetque reiici altera lectio, καὶ δίφρους· nec propterea, quae erat Paui opinio, quod dici recte nequeat τὰ καλύμματα μεταφέρειν. Namque ſatis notum eſt hodie, vni verbo adiungi ſaepe ab antiquis ſcriptoribus plura nomina, modo ei reſpondeat nomen id, cui iunctum eſt.

πωλῇ] Camot. πομῇ.

ἐάσαι] Codd. Guelff., etiam Norib. Crat. Opor. Stob. Furl. ἐάσας. Camot. ἔασας. male. Atque in iiſdem libris, et ſcriptis et editis, mox eſt, ἐκ τοῦ αὐτοῦ κήπου — διὰ τοῦ αὐτοῦ ἀγροῦ.

ἐλάαν] Ita legitur in Norib. Crat. Opor. aliiſque libris. Sed Codd. Guelff., Camot. Morel. Heinſ. Vpſ. 1, Gal. 1. 2, Budiſ. et Geſn. in Chreſtom. exhibent ἐλαίαν. Stob. ἐλαῖαν. Et Lycius in notis auctor eſt, legi etiam ἔλειαν. quod tamen ego in nullo libro reperi. Fieri poteſt, vt ſit peccatum librariorum, reſcribendumque ἐλαίαν.

πεπτωκότων] Cod. Gal. 1 κειμένων· quod haud dubie aut a manu correctoris profectum eſt, qui ignorauerit, χαμαὶ etiam *in terram* ſignificare, χάμαζε· aut e gloſſemate natum. quod poſterius magis arridet.

ὅρους δὲ ἐπισκ.] Codd. Guelff. et Geſn. in Chreſtom. ὅρους δ' ἐπισκοπεῖσθαι.

ὀσημέραι] Ed. Gal. 1. 2 ὀσημέραν. quod poſſet neglegentia operarum peperiſſe videri, niſi Galeus ipſe in notis iuberet corrigi ὁσημέραι, ac ſi lectio ὀσημέραν e libris antiquis illuc veniſſet.

[3] πρᾶξαι] Norib. Crat. Opor. Stob. Furl. πράξαι. Sed in marg. Aub. extat εἰσπράξαι. Quod ſi Auberius ſignificare voluit reponendum eſſe loco verbi ſimplicis; quod eo fit credibile, quia etiam c. 6, 4 pro πράττεσθαι iuſſit reſcribi εἰσπράττεσθαι· errauit manifeſte. nam et πράττειν valet *exigere*, vt docuimus in Indice.

ἑστιῶν τοὺς δημότας] Ita auſi ſumus edere cum Nedhamo et Suartio, quum in omnibus aliis libris legatur ἑστιῶν δημότας, omiſſo Articulo. Sed primo res ipſa loquitur, intellegi δημότας τοῦ μικρολόγου, non alios: deinde in Cod. Gal. 1 ſcriptum erat diſerte ἑστιῶν τὰς δημότας· haud dubie pro τοὺς δημότας. V. Index.

παραθεῖναι] Norib. Crat. Opor. Stob. Furl. παραθῆναι perperam. Mox pro μηδὲν in Codd. Guelff. erat, vt in Norib. Camot., μηθὲν, quod tanquam Ἀττικώτερον non dubitauimus reuocare.

γυναικὶ]

γυναικὶ] Camot. γυναίκι.

μήτε ἅλας χρωννύειν] Haec erat ſcriptura omnium Codicum calamo ſcriptorum, eſtque lectio librorum editorum plerorumque, niſi quod aberant verba iſta ab Cod. Guelf. 2, vt ab Camot. In Norib. Crat. Opor. Stob. Furl. ſcriptum eſt χρωνύειν, ſimplici ν· et in Stob. praeterea inter ἅλας et χρωννύειν extat ſignum aſteriſci, quaſi videatur deeſſe aliquid. Etiam Caſaubonus in ea erat opinione, vt crederet, locum eſſe mutilum et corruptum. neque enim reperiebat, quomodo verbum χρωννύειν, quod interpretabatur *intingere*, etiam in notis ad Perſium p. 484, poſſet vllo modo referri ad ἐλλύχνιον et reliqua. Quapropter aut poſt χρωννύειν excidiſſe verba quaedam putabat, aut pro χρωννύειν corrigendum eſſe χρᾶν τινι, cenſebat. Quae poſterior ratio ſeſe Geſnero ita probauit, vt receperit in textum verba illa. Furlanus denique emendari iubebat χωννύειν h. e. *ſervare, condere*, θησαυρίζειν. At vero mihi, homini nimis fortaſſe timido, nihil mutandum videbatur, modo verbum χρωννύειν cum Salmaſio [de modo vſurr. p. 306] explicaretur per *commodare*, *mutuo dare*. Nam primo quis credat, oculos et manus tot librariorum erraſſe in ſcribendo vno vocabulo: deinde quanquam leges analogiae poſtulare videantur, vt dicatur χρηννύειν, vt legebatur in Gloſſario Salmaſii ἀνεκδότῳ· tamen quis ſcit, annon Attici maluerint dicere χρωννύειν? praeſertim quum etiam χρέως dicatur. Accedit quod Salmaſius teſtatur, c. 5 ſe reperiſſe in antiquiſſimo Codice ſcriptum diſerte χρωννύειν. Certe Pronomen τινι auribus meis videbatur, neſcio quomodo, inepte frigere. Caeterum Salmaſius in de Vſuris p. 168 legit totum locum, haud dubie e memoria, ſic, μήτε ἅλας χρᾶν οὐδενὶ, μήτε ἐλλύχνιον, μήτε κύμινον, μήτε ὀλὰς, μήτε ςέμματα, μήτε θυηλήματα. Et Pauus iure ridet Galei temeritatem: qui quum in Cod. Trin. ſcriptum reperiſſet ἅλλας χρωννύειν, reſcribendum cenſuit ἀλλᾶντας. At nemo non videt, librarium ſcribere voluiſſe ἅλας, temereque geminaſſe litteram λ.

ἐλλύχνιον] Norib. Crat. Opor. Furl. ἐλύχνιον. Camot. ἐλλίχνιων. quod Auberius mutari volebat in ἐρύσιμον, quod Theophraſtus loqueretur de eduliis. praeclara vero ratio! Atque in Furl. mox pro ὀλὰς, Norib. habet ὀλας, Crat. Opor. Stob. ὄλας, vitioſe legitur ἅλας· et, Galeo auctore, ὀρίγανον aberat ab Cod. Trin.

θυηλήματα] Nedhamus, et poſt eum Geſnerus, praeeunte Caſaubono, ediderunt θυλήματα· quam formam etiam Duportus probabat. Neque video ſane, cur. Pauus eam prorſus reiecerit, quum nemo ignoret, cotidianam conſuetudinem ſaepius malle vti for-

 mis

mis vocabulorum contractis, quam integris; praeſertim quum in Heſychii quoque Gloſſario habeatur ϑυλήματα. Ego tamen et ipſe retinendum hic ϑυηλήματα cenſeo, quum libri ſcripti omnes conſentiant hac in ſcriptura, in his Codd. Guelff. et Trin.: et quum ſciam formas nominum tales a librariis permutatas eſſe non raro. Sic Timaeus in Gloſſis Platonicis laudat e Platone ϑυήματα. At hodie in libris Platonis extat vbique ϑύματα. Caeterum Camot. vitioſe exhibet ϑυκλήματα. Sed quum paullo ante pro κλίνας in eodem libro ſit ἡλίνας· fieri poteſt, vt manus operarum litteras η et κ permutauerint.

ὅτι] Norib. ὅτι· et mox πολλὰ ἐςὶ — vt in Crat. et Opor.

ἐνιαυτȣ͂] Norib. ἐνι ἀυτȣ͂. Crat. Opor. Furl. ἐνιάυτȣ.

4 ἐςὶν ἰδεῖν] Codd. Guelff. ἔςιν ἰδεῖν. Norib. Crat. Opor. Furl. ἐςι ἰδεῖν. Cod. Trin., auctore Galeo, ἐςὶν εὑρεῖν.

εὐρωτιώσας] Norib. Crat. Opor. Steph. Lyc. Aub. Morel. Furl. εὐρωτιώσαι.

κλεῖς ἰωμένας] Ita primus reſcripſiſſe videri volebat Stephanus pro κλεισιωμένας, quod Crat. Opor. Furl. exhibent, etiam Geſnerus in Eclogis Stobaei; qui tamen aſteriſci notam addidit. Verba Stephani gloriantis haec ſunt; *Quam multis exhibuit negotium verbum quod antea hic erat, κλεισιωμένας. at vide quam facile emendari poterat, nulla addita, nulla detracta, littera.* At iam in exemplis duobus, Noribergenſi et Camotiano, multis annis ante, quam tuum, Stephane, prodiiſſet exemplum, ita legebatur: quos libros tu conſulere et debuiſſes et potuiſſes.

ἐλάττω] Aberat ab Cod. Guelf. 2 et ab Camot. At aeque minus abeſſe poteſt hoc vocabulum, quam μικρῶν mutari in μηρῶν, quae erat coniectura Stephani, comprobata non ſolum a Sylburgio et a Morello in margine poſita, ſed a Kirchmano etiam recepta: aut in μετρίων cum Caſaubono. Nam prior quidem coniectura rei ipſi repugnat. nemo enim ſordidorum facile, credo, ita ſordidus eſt, vt geſtet ἱμάτια ἐλάττω τῶν μηρῶν· [v. Index] poſterior autem emendatio non parum elegantiae et ſucci, vt ita dicam, detrahit orationi, vt in Indice docuimus.

μικρῶν πάνυ] Geſnerus in Chreſtomathia edidit, ordine inuerſo, πάνυ μικρῶν· et Clotius malebat legi μικρῶν σπανίως. inepte. Caeterum librarius Cod. Guelf. 2 poſt ἀλειφομένȣς inſeruerat verba καὶ πρὸς τȣ̀ς γναφεῖς διατεινομένȣς, quae tamen etiam poſtea ſuo loco poſuerat. Qui error natus eſt e poſtremis ſyllabis verborum ἀλειφομένȣς et ὑπολυομένȣς ſimiliter deſinentibus. Feſtinarant enim oculi librarii, vt fit; ſed religio tamen et diligen-

tia

tia iubebant eum omiſſa verba repetere. Quod non fecerat librarius Codicis eius, ex quo ducta eſt Camotiana editio, in qua verba καὶ ἐν χρῷ — ὑπολυομένως deſiderantur. Contaminare ſcilicet nolebat homo et deturpare lituris ſcripturam.

ἀλειφομένως] Camot. ἀλαφομένοις. ſolemni errore.

ὑπολυομένως] Neſcio quomodo Stephanus ſuſpicari potuerit, ne forte legendum eſſet ὑπολυομένως· quod nec commodum ſatis fundit ſenſum, nec cadit in mores ſordidi, ira vt mirer non parum, id placuiſſe Sylburgio. Collocauit eandem coniecturam in margine exempli ſui Morellus: et Auberius recepit adeo ὑπολυμένως· quod ſciret, Atticos delectari forma his in verbis contracta. vt λύμενος Ariſtoph. Plut. 658: ἐλῦντο apud Xenoph. Cyri paed. 4 p. 285: vbi Cod. Bodl. ἐλύοντο. male. Caeterum ὑποδυμένως, quod erat in Codd. Gal. 1. 2 et Baroc., vix dubitandum videtur quin extiterit ex ὑπολυομένως. certe Nedhamo et Pauo idem viſum eſt.

γναφεῖς] Norib. γναφεὺς —. Camot. γραφεῖς. inepte. Sed et apud Xenoph. Ageſ. 1, 26 ſcio vocabula illa permutata inter ſe a librariis. Apud Stobaeum pro διατεινομένως eſt διατειναμένως. credo, operarum errore.

ἔξει] Cod. Guelf. 2 ἔξῃ. Camot. ἔζι. leg. ἔξῃ. non male. At nec Vulgata reiicienda videtur.

ἐυπαίνηται] Norib. Crat. Opor. ἐυπάινη τὰ —. male. Manauit tamen hoc vitium in Furl. et Stobaei Eclogas. In his Geſnerus in textu quidem poſuit ἐυπαίνῃ τὰ, ſed in margine ἐυπαίνοιτο, quae lectio a Lycio quoque memoratur. Vulgata praeſtat haud dubie. Caeterum in Camot. ſcriptum eſt μὴρ ὑπαίνηται· et Barthius ad Claudian. p. 701, b pro ταχὺ legit τάχα. neſcio operarum an memoriae errore.

ΚΕΦ. ΙΑ

ΠΕΡΙ ΒΔΕΛΥΡΙΑΣ

1 Οὐ χαλεπὸν δὲ ἐςὶ τὴν βδελυρίαν διορίσασθαι. ἔςι γὰρ παιδιὰ ἐπιφανὴς καὶ ἐπονείδιςος· ὁ δὲ βδελυρὸς, τοιῦτος οἷος ὑπαντήσας γυναιξὶν ἐλευθέραις, ἀνασυράμενος δεῖξαι τὸ αἰδοῖον. καὶ ἐν θεάτρῳ κροτεῖν, ὅταν οἱ ἄλλοι παύωνται, καὶ συρίττειν ὧς ἡδέως θεωρῦσιν οἱ λοιποί.

ποί. καὶ ὅταν σιωπήσῃ τὸ θέατρον, ἀνακύψας ἐρυγεῖν, ἵνα τοὺς καθημένους ποιήσῃ μεταστραφῆναι. 2 καὶ πληθούσης τῆς ἀγορᾶς προσελθὼν πρὸς τὰ κάρυα, ἢ τὰ μῆλα, ἢ τὰ ἀκρόδρυα, ἑστηκὼς τραγηματίζεσθαι ἅμα τῷ πωλοῦντι προσλαλῶν. καὶ καλέσαι δὲ τῶν παριόντων ὀνομαστί τινα, ᾧ μὴ συνήθης ἐστί. καὶ σπεύδοντα δέ που ὁρῶν, περιμεῖναι κελεῦσαι. καὶ ἡττωμένῳ δὲ μεγάλην δίκην ἀπιόντι ἀπὸ τοῦ δικαστηρίου προσελθεῖν, καὶ συνησθῆναι· καὶ ὀψωνεῖν ἑαυτὸν, καὶ αὐλητρίδας μισθοῦσθαι. καὶ δεικνύειν δὲ τοῖς ἀπαντῶσι τὰ ὠψωνημένα, καὶ παρακαλεῖν ἐπὶ ταῦτα. 3 καὶ διηγεῖσθαι προσστὰς πρὸς κουρεῖον, ἢ μυροπώλιον, ὅτι μεθύσκεσθαι μέλλει. καὶ οἰνοπωλῶν, κεκραμένον τὸν οἶνον τῷ φίλῳ ἀποδόσθαι. καὶ ἐπὶ θέαν ἡνίκα ἂν δέῃ πορεύεσθαι, ἀπιὼν τοὺς υἱεῖς, ἡνίκα προῖκα ἀφιᾶσιν οἱ θεατρῶναι. καὶ ἀποδημῶν δημοσίᾳ, τὸ μὲν ἐκ τῆς πόλεως ἐφόδιον οἴκοι καταλιπεῖν, παρὰ δὲ τῶν συμπρεσβευτῶν δανείζεσθαι. 4 καὶ τῷ ἀκολούθῳ ἐπιθεῖναι μεῖζον φορτίον ἢ δύναται φέρειν, καὶ ἐλάχιστα ἐπιτήδεια τῶν ἱκανῶν. καὶ ἀπὸ τῶν ξενίων τὸ μέρος τὸ αὑτοῦ ἀπαιτήσας ἀποδόσθαι· καὶ ἀλειφόμενος ἐν τῷ βαλανείῳ, καὶ εἰπὼν, σαπρόν γε τὸ ἔλαιον ἐπρίω, τῷ παιδαρίῳ· τῷ ἀλλοτρίῳ ἀλείφεσθαι· καὶ τῶν εὑρισκομένων χαλκῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς ὑπὸ τῶν οἰκετῶν, δεινὸς ἀπαιτῆσαι τὸ μέρος, κοινὸν εἶναι φήσας τὸν Ἑρμῆν. 5 τὰ δὲ δὴ τοιαῦτα· φειδωνίῳ μέτρῳ τὸν πύνδακα ἐγκεκρουσμένῳ μετρεῖν αὐτὸς, τοῖς ἔνδον τὰ ἐπιτήδεια, σφόδρα ἀποψῶν, ὑποπρίασθαι φίλου ἐπιλαβὼν ἀποδόσθαι· ἀμέλει δὲ καὶ χρέος ἀποδιδοὺς τριάκοντα μνῶν, ἔλαττον τέτρασι δραχμαῖς ἀποδιδόναι. καὶ φράτορας ἑστιῶν, αἰτεῖν τοῖς αὑτοῦ παισὶν ἐκ τοῦ κοινοῦ ὄψον. τὰ δὲ καταλειπόμενα ἀπὸ τῆς τραπέζης ἡμίση τῶν ῥαφανίδων ἀπογράφεσθαι, ἵνα οἱ διακονοῦντες παῖδες μὴ λάβωσιν.

NOTAE

περὶ βδελυρίας] Furl. βδελυρία. In Cod. Guelf. 1 non minus quam in Cod. Coiſlin. [Montefalcon. Catal. Coiſl. p. 588] βδελυ-

βδελυρία et βδελυρὸς ſcripta erant duplici λ. In Eclogis Stobaei extat hoc Caput, 2 p. 33 ſ.

1 ἔςι γὰρ] Norib. Crat. ἐςὶ γὰρ —.

ὑπαντήσας] Cod. Gal. 1. 2, Trin. et Baroc. ἀπαντήσας. Quam ipſam varietatem ex iiſdem libris Gallicis, Baroc. et Oſborn., commemorauimus ſupra c. 8, 1. Etiam Brodaeus ad Lucian. p. 335 To. 2 Reit. legit ὑπαντήσας.

ἀνασυράμενος] Ita legitur in Norib. et aliis libris: e quo quum Cratander feciſſet ἀνασυρόμενος, vitioſa haec lectio, nam ingenium linguae et res ipſa Aoriſtum requirunt, venit ex eius exemplo in Opor. Stob. Furl. Sed in Cod. tamen Baroc. Nedhamus inuenerat et ipſe ἀνασυρόμενος. Quorum Temporum confuſio reperitur quoque in libris Diodori Siculi 1, 85 p. 96 To. 1.

θεάτρῳ] Norib. θεάτρω. —

πάυωνται] Norib. Crat. Stob. Furl. πάυονται. male. Paullo poſt in Camot. aeque vitioſe ſcriptum legitur ὡς ἡδέως — λοιποί.

σιωπήσῃ] Norib. Crat. σιωπήσῃ. Lyc. σιωπήσῃ. Mox Norib. ποιήσῃ — ἀγορᾶς.

2 ἢ τὰ μῆλα] Sic legunt libri editi antiqui omnes, neque Codices Guelferbytani diſcrepabant. At Nedhamus quum repeririſſet in Cod. Gal. 1 καὶ τὰ μύρτα· in Gal. 2 ἢ τὰ μύρτα· et in Baroc. ἢ τὰ μύρα· non dubitauit recipere ἢ τὰ μύρτα· quam eius auctoritatem et exemplum ſequutus eſt, vt ſolet, Suartius. Ac per ſe quidem, non habita ratione librorum veterum, ferri poteſt vtraque lectio. Sed mihi tamen Vulgata videbatur debere eſſe antiquior, non tam propterea quod μύρτα continerentur ἀκροδρύοις, quae erat Paui opinio, quam quod pluribus nititur auctoritatibus. Nam Codices illi tres debent haberi pro vno, quum omnes fluxerint haud dubie e fonte communi.

τραγηματίζεσθαι] Norib. Crat. Opor. τραγιματίζεσθαι· et mox Camot. καλέσαι. vitioſe.

ὀνομαςί τινα] Norib. Crat. Opor. Camot. Morel. Furl. ὀνομαςὶ τινὰ —. Et quia in Codd. Gal. 1. 2 et Baroc. totus locus exhibebatur ita ſcriptus, καὶ καλέσαι δὲ τῶν παρόντων — συνήθης ἐςὶ, καὶ σπένδοντας δέ πȣ ὁρῶν· καὶ ἡττωμένῳ κ. τ. λ.: Pavus duplicem olim eius lectionem in libris fuiſſe exiſtimabat, ita tamen vt pro σπένδοντα δὲ mallet reſtitui σπένδοντά γε. ſine cauſſa: et fons varietatis illius quaerendus eſt, ſine vlla controuerſia, in neglegentia librariorum: cuius neglegentiae veſtigia notauimus modo ad c. 10, 4. Caeterum idem Pauus, poſt Nedhamum, recte negat πȣ mutari debere in ποι; vt contendebat Caſaubonus, cuius aucto-

auctoritati temere paruit Schmidius, qui id recepit.

ἡττωμένῳ] Norib. ἡττωμένω.

ὀψωνεῖν ἑαυτὸν] Haec eſt lectio omnium librorum, et editorum veterum et ſcriptorum, atque in his Guelferbytanorum. Reiſquius ἑαυτὸν accipiebat pro αὐτόν. Nec accipi profecto aliter poteſt, praeſertim quum apud Plutarchum, Philoſtratum, Dionemque Chryſoſtomum, eodem modo vſurpatum occurrat. At ſi quis lectionem illam mutandam cenſeat, malim cum Caſaubono reponere ἑαυτῷ, quod manus Viri cuiuſdam docti collocarat in margine editionis Sylburgianae, qua vſus ſum, et quod Kirchmanus Schmidiuſque, more ſuo, receperunt probante etiam Bencelio, vt c. 5, 3 ἀγοράζειν αὐτῷ· quam cum Pauo legere αὐτόν. nam linguae quidem leges requirunt Nominatiuum αὐτὸς, quem Furlanus reſtituendum exiſtimabat. Sed Auberii coniectura, qui pro ἑαυτὸν corrigebat ἐναντίον αὐτȣ̃, quod referretur ad ἡττωμένον, idemque valeret quod ὁρῶντος αὐτȣ̃, et audax eſt et inepta.

ὠψωνημένα] Norib. Crat. Opor. ὀψωνήμενα. Stob. Furl. ὀψωνημένα. Heinſ. ὠψονημένα.

ἐπὶ ταῦτα] Suartius malebat legi ἐπὶ τάυτας, quod pertineret ad αὐλητρίδας. perperam.

3 προςὰς πρὸς κυρεῖον] Nedhamus e ſuis Codicibus nil varietatis attulit. Sed in Cod. Guelf. 1 ſcriptum erat πρὸς τὰς πρὸς κυρεῖον, vt in Norib. Crat. Opor. Stob. Et in Cod. Guelf. 2 extabat πρὸς τὰς πρὸς τὸ κυρεῖον, inſerto Articulo: quae eſt lectio Camot. et Furl. At leges linguae reſpuere videntur Articulum. In margine Stobaei pro πρὸς τὰς eſt πρὸς τȣ́ς· et Reiſquius pro προςὰς reponi iubebat προσιών. credo, ſine cauſſa et nimis audacter. Nam προςὰς aut idem poteſt ſignificare quod ςὰς, quum particula πρὸ amittat vim ſaepe in vocabulis compoſitis; aut valet *ſtans multis praeſentibus*, vt ſumitur Lat. *pro* in multis verbis.

μυροπώλιον] Norib. Crat. Opor. Stob. μυροπωλεῖον. Furl. μυροπώλειον. Eadem ſcripturae varietas obſeruata a nobis eſt ſupra c. 6. Camot. ἤμηρο πώλιον.

μεθύσκεσθαι] Camot. θύσκεσθαι, omiſſa ſyllaba με.

οἰνοπωλῶν] Cod. Guelf. 1 οἰνωπωλῶν. Mox in Opor. et Furl. aeque vitioſe legitur καὶ κεκραμένον.

ἀποδόσθαι] Cod. Gal. 1 ἀποδίδοσθαι.

ἡνίκα ἂν δέῃ] Codd. Guelff. Gal. 1. 2. 3. 5, Baroc. Trin. ἡνίκ' ἂν δέῃ. Norib. Crat. Opor. Stob. Furl. ἡνίκα ἂν δέοι. Camot. ἡνίκ' ἂν δὲ ᾖ. Sed quum locus hic aperte mendoſus ſit et corruptus; neque enim ſenſum fundit commodum,

neque

neque ſtructura verborum vllo modo conſtat: multi conati ſunt inueſtigare vulnera et ſanare. Atque Sylburgius quidem corrigebat ἀπιὼν τοῖς υἱέσι, vt intellegeretur ἅμα vel σύν· quae particulae ſane non raro omittuntur ab Atticis. At ſic deeſt Infinitiuus verbi, qui pendeat a Pronomine οἷος· niſi quidem verba ita diſtinguas, καὶ ἐπὶ θέαν ἡνίκα ἂν δέῃ, πορεύεσθαι ἀπιὼν τοῖς υἱέσι. Sed hoc tamen modo verba ἡνίκα ἂν δέῃ non habent, quo fulciantur, niſi Infinitiuum πορεύεσθαι illuc referas: quod ſane nouum non eſt. Caeterum nec audax nimis nec intoleranda videtur iſta conjectura. Lycius, ſenſum, niſi optimum, tamen aliquem naſci, putabat, ſi diſtingueretur poſt Participium ἀπιὼν, non poſt υἱεῖς. recte. At offendit inſolens traiectio verborum τοὺς υἱεῖς ἡνίκα, cuius exemplum ſimile aliud non reperias hoc in libello: vt taceam, non apparere ſatis, quare βδελυρὸς dicatur ire ſpectatum, quum θεατρῶναι intromittant gratis ipſius filios. Neque vero meliores ſunt coniecturae Galei et Caſauboni: quorum hic emendabat, καὶ ἐπὶ θέαν ἡνίκα ἂν δέῃ πορεύεσθαι, οὐκ ἐῶν τοὺς υἱεῖς· ἡνίκα δὲ ἀφ. οἱ θεατρῶναι· quam lectionem auſi ſunt recipere Kirchmanus et Schmidius. At ſic debebat eſſe οὐκ ἐᾶν. Galeus reſcribi volebat, ἄγων τοὺς υἱεῖς· quae emendatio fortaſſis non omnino repudianda eſſet, ſi verba ita legerentur, καὶ ἐπὶ θέαν, ἡνίκα ἂν δέῃ, πορεύεσθαι ἄγων τοὺς υἱεῖς. Reiſquius poſt Participium ἀπιὼν excidiſſe ſuſpicabatur verbum καλεῖν. At primo parum probabile eſt, Infinitiuum iſtum neglectum eſſe ab tot librariis: deinde ingrata etiam foret illa Participii ἀπιὼν redundantia. Quod ipſum dicendum puto de illa coniectura, quae in margine exempli Morelliani legitur, ἀπιὼν τοὺς υἱεῖς ἐᾶν κἂν προῖκα ἀφ. οἱ θεατρῶναι. Nedhamus reponendum iudicabat, καὶ ἐπὶ θέαν τηνικάδε πορεύεσθαι ποιῶν τοὺς υἱεῖς, ἡνίκα κ. λ.: cuius quidem coniecturae amore ſe ita, vt fit, paſſus eſt capi, vt eam receperit. temere profecto et incaute. Nam primo debebat eſſe πορεύεσθαι ποιεῖν· deinde valde dubito, an ingenium linguae dici ſic patiatur πορεύεσθαι ποιεῖν· praeterea particula τηνικάδε quum iam particula ἡνίκα contineatur, inepte redundat in oratione tam ſimplici: porro nimis longe ſic receditur ab veſtigiis ſcripturae Vulgatae, neque credibile eſt, tot librariorum oculos manuſque aberraſſe in particula tam nota: denique repugnare puto et aduerſari lectionem illam ipſi rei. nam βδελυρὸς et ipſe optat ac vult gratis ſpectare. Itaque et hic deſidero diligentiam Suartii, qui eandem Nedhami coniecturam iuſſit migrare in contexta, ſed ita tamen vt pro ποιῶν reſcripſerit aeque temere ἀφιῶν. Ego quidem, donec meliora quis protulerit, probo felicem doctamque Paui

emenda-

emendationem, quae haec eſt, *καὶ ἐπὶ θέαν, ἡνίκα ἂν δέῃ, μὴ πορεύεσθαι· ἀπιὰν τοῖς υἱοῖς* [vel *υἱέσιν*], *ἡνίκα προῖκα ἀφιᾶσιν οἱ θεατρῶναι.* Nam primo character *βδελυρῦ* ſic plane expreſſus eſt: deinde verba *ἡνίκα ἂν δέῃ* habent, quo referantur: tum admodum probabile eſt, neglectam eſſe ab librariis particulam *μή*, ob ſonum praecedentis ſyllabae ſimilem: denique innumeris locis conſtat Accuſatiuos et Datiuos eorum nominum, quale eſt *υἱός*, permutatos eſſe ab iiſdem hominibus. qua de re nos dubitare non ſinit ſcriptura exempli Camotiani, in quo eſt *τοῖς υἱεῖς*.

ἀφιᾶσιν] Lycius pro *ἀφιᾶσιν* ait alibi eſſe *ἐφιᾶσιν*. Nobis vero id nullo in libro, neque ſcripto neque edito, reperire licuit. Sed in Norib. Crat. Opor. Stob. eſt *ἀφιᾶσιν, οἱ θεατρῶναι*, ita tamen, vt in marg. Stob. extet *οἱ θεατρῶναι*.

δημοσίᾳ] Norib. Crat. Opor. Furl. *δημυσία*. Mox Norib. *ἀκολύθω*.

4 *ἐλάχιςα ἐπιτήδεια*] In marg. exempli Morelliani extat *ἴσ. ἐλάττω·* quae fuit inanis conjectura Stephani. Superlatiui enim non raro poni, loco Comparatiuorum, etiam ab Atticis, ſolent: ita vt valde mirer, Lycium comprobaſſe aſſenſu ſuo coniecturam illam, et Reiſquio nuper in mentem veniſſe corrigere *ἐλάττω· τὰ ἐπιτήδεια τῶν ἱκανῶν*. Caeterum verba haec pendent, vt Pauus recte vidit, a verbo *ἐπιθεῖναι·* quod etſi videatur iis non omnino reſpondere; videantur enim requirere potius *δοῦναι·* tamen conſtat hodie ſatis, et noſmet ipſi iam ſupra animaduertimus, ſcriptores antiquos iungere pluribus nominibus verbum vnum, quod modo ei proprie, cui iunctum eſt, accommodatum ſit, ſed cuius tamen notio tam ampla reperiatur, vt poſſit etiam ad reliqua nomina referri. Sed id fit non tantum in verbis, ſed etiam in Adiectiuis. Qua ex obſeruatione intellegi poteſt, quare Paullus 1 Cor. 16, 9 dixerit *θύρα μεγάλη καὶ ἐνεργής·* et Florus 4, 12. 37 *aliis* oculos, *aliis* manus amputarunt. Sic igitur hoc quoque loco verbis *ἐλάχιςα ἐπιτήδεια* addi debebat verbum *δοῦναι·* ſed notio eius continetur quodammodo verbo *ἐπιθεῖναι*.

καὶ ἀπὸ τῶν ξενίων] Cod. Gal. 1. 2 et Baroc. *καὶ τῶν ξενίων·* quod Nedhamus primo, deinde etiam Suartius, recepit, temere. Nam quanquam linguae leges ferunt vtramque lectionem: tamen auctorem libelli, iam ad Prooemium obſeruauimus, etiam alias plene loquutum eſſe, neque vnius Codicis auctoritas praeferri debet, niſi quidem conſtet ſatis de praeſtanti eius et inſigni bonitate, plurium librorum fidei.

τὸ αὐτῦ] Codd. Guelff. Camot. Heinſ. Helmſt. Gal. 1 *τὸ αὐτῦ*.

αὐτῷ. Norib. Crat. Opor. Stob. Furl. τῷ αὐτῷ. male.

ἔλαιον] Norib. ἔλαιον· et mox, vt Crat. Opor., ἐπρίω. peccato operarum. Reiſquius autem verba τῷ παιδαρίῳ aut poſt Participium εἰπὼν ponenda putabat aut certe mutanda in ὦ παιδάριον. recte: et prior quidem illa emendatio, quae ſane praeſtat poſteriori, iam Auberio in mentem venerat. Videndum tamen amplius cenſeo, annon potius inducenda ſint ac delenda verba illa, adſcripta fortaſſis aliena manu, interpretationis cauſſa, in margine.

ὁδοῖς] Norib. ὀδεῖς.

ὑπὸ τῶν οἰκετῶν] Ita legebatur in Codd. Baroc. Trin. et, ni fallor, Guelff. Neque aliter legitur in editionibus antiquis, quas conſuluimus, omnibus. Caſaubonus primus edidit, haud dubie e Codd. Palatinis, πρὸ τῶν οἰκετῶν· e quo Nedhamus in exemplo ſuo fecit πρὸς τῶν οἰκετῶν, quod retinuit, more ſuo, Suarrius. Nam πρὸς et πρὸ Nedhamus ait ſaepiſſime eſſe permutata ab librariis. recte. At etiam ὑπὸ et πρὸ confuſa nonnunquam ab iiſdem hominibus conſtat, et auctor libelli ſolet alibi Paſſiuis addere particulam ὑπὸ, non item πρός.

5 τὰ δὲ δὴ τοιαῦτα] Sic exhibentur verba in libris omnibus, et ſcriptis et editis, niſi quod in Norib. Crat. Opor. Stob. reperimus τὰ δὴ τοιαῦτα, omiſſa perperam particula δέ. Neque profecto videre potui, quid deſiderandum eſſet in iſta ſcriptura. Senſus enim videbatur eſſe, *etiam haec ſunt eiuſdem generis ſ. quo quidem pertinent etiam haec.* Sed Viri docti, qui vulnus hic latere putarent, id varie ſanare conati ſunt. Et Lycio quidem ſuſpectum erat τοιαῦτα, pro quo ſuſpicabatur reſtituendum forte eſſe ἱκανά. Caſaubonus corrigebat πρὸς δὲ δὴ τὰ τοιαῦτα, vel τά τε δὴ τοιαῦτα καὶ φειδ., hoc ſenſu, *eiuſmodi homini cum haec conueniunt quae diximus, tum illa quae ſequuntur.* Auberio verba videbantur eſſe tranſpoſita, hunc in ordinem reuocanda, φειδωνίῳ μέτρῳ τὸν πύνδακα ἐκκεκρουσμένῳ μετρεῖν αὐτὸς τοῖς ἔνδον τὰ ἐπιτήδεια, σφόδρα ἀποψῶν· τὰ δὲ δὴ τοιαῦτα ὑποποιεῖσθαι φίλου ἐπιλαβὼν ἀποδόσθαι· quae ipſe ita interpretatus eſt, *menſura prorſus maligna, cui fundum ſit excuſſum, demetiri ſuis domeſticis* [ſolet] *quae ad victum ſunt neceſſaria, permultum abradens: atque haec quidem ſimulare eſſe amici cui reſeruentur, cum vendendi gratia haec abſtraxerit.* Pauus vero, reiectis coniecturis Caſauboni, ſcribendum iudicabat, aut τὰ δὲ δὴ καὶ αὐτῷ, aut τῷδε δὴ καὶ τοιαῦτα· erroremque natum putabat e διττογραφίᾳ. Quae quidem coniecturae magis placent, quam illae, quas nuper protulit Reiſquius. Is emendari volebat, aut τῶν δὲ τῇ τοιούτων,

τοιούτων, aut τοῦ δὲ δὴ τοιούτου, hoc eſt, *tales quoque in more poſitum habent vt* etc. Suartio denique in mentem venerat corrigere καὶ τὰ δὲ τῇ τοιούτου. At non opus eſt, vti diximus, coniecturis, et Vulgata ſcriptura recte habet, quod vel conſenſus omnium librorum conſtans facit admodum probabile.

Φειδωνίῳ μέτρῳ] Hic locus, ſi quis alius, mire exercuit ingenia Virorum doctorum. Qua de re vt lectores exiſtimare poſſint eo facilius, apponemus primo lectionis diverſitatem quae in libris, cum ſcriptis, tum editis, reperitur: deinde coniecturas interpretum afferemus: denique quid nobis videatur, breuiter oſtendemus. Incipiemus a libris ſcriptis. In Cod. Gal. 1 erat Φειδωνίῳ μέτρῳ τὸν πύνδακα ἐκκεκρουσμένῳ μετρεῖν αὐτὸς τοῖς ἔνδον τὰ ἐπιτήδεια σφόδρα ἀποψῶν· ὑποπριᾶσθαι φίλου ἐπιλαβὼν ἀποδόσθαι. Etiam in Codd. Gal. 2 et Guelff. legebatur ἐκκεκρουσμένῳ — ὑποπριᾶσθαι φίλου ἐπιλαβὼν ἀποδόσθαι. Cod. Gal. 5 exhibebat ὑπωπριᾶσθαι· et in Oſborn. non minus quam in Gal. 3. 4 extabat φίλων. Sed Codex Trin. locum ita diſtinguebat, ἀποψῶν ὑποπριᾶσθαι [Galeus ex eo legit ὑποπρίασθαι] φίλου ἐπιλαβὼν ἀποδόσθαι· ἀμέλει κ. λ. Iam ad libros editos veniemus. Norib. Crat. Opor. Stob. Camot. Steph. Lyc. Aub. Sylb. Morel. Furl. Budiſ. Pau. Φειδωνίῳ μέτρῳ τὸν πύνδακα ἐκκεκρουμένῳ [Morel. Furl. Heinſ. ἐκκεκρουσμένῳ] μετρεῖν αὐτὸς [in marg. Morel. eſt ἴσ. αὐτοῖς] τοῖς ἔνδον τὰ ἐπιτήδεια, σφόδρα ἀποψῶν, [Norib. Crat. Opor. τοῖς ἔνδον. τὰ ἐπιτήδεια σφόδρα ἀποψῶν] ὑποπρίασθαι [Norib. Crat. Opor. Aub. Furl. ὑποπριᾶσθαι] φίλου ἐπιλαβὼν [Norib. Crat. Opor. ἐπιλαβῶν] ἀποδόσθαι. Kirchm. Vpſ. 2, Helmſt. Φειδωνίῳ — ἐκκεκρουσμένῳ — ἀποψῶν, * ὑποπρίασθαι. Caſaub. a. 1612, Heinſ. Vpſ. 1, Brunſu. Φειδωνίῳ μέτρῳ τὸν πύνδακα ἐκκ. μ. αὐτὸς — ὑποπρίασθαι· ἀμέλει κ. λ. Nedh. Φειδωνίῳ — ἐγκεκρουσμένῳ — ἀποψῶν. ὑποπρίασθαι φίλου ἐπιλαβὼν ἀποδόσθαι. Ἐγκεκρουσμένῳ eſt e coniectura Caſauboni, quam Bencelius quoque probabat, recepitque in vtroque exemplo ſuo Galeus. Sed Caſaubonus legi etiam poſſe putabat εἰσκεκρουσμένῳ vel εἰσκεκρουμένῳ, aſſentiente Palmerio, Kuhnio [ad Polluc. 10, 79 p. 1248] diſſentiente, qui tuebatur, ſed fruſtra, lectionem ἐκκεκρουμένῳ. Kirchmanus iuſſit in contextum migrare εἰσκεκρουσμένῳ, et Schmidius εἰσκεκρουμένῳ. Sed in medium proferamus etiam aliorum coniecturas. Salmaſius quidem [de Vſurr. p. 430] priorem loci particulam ita conſtituebat, Φείδωνι μέτρῳ πύνδακ' ἐγκεκρουσμένῳ. arbitrabatur enim, verba illa eſſe verſiculum Comici alicuius veteris, qui φείδωνι μέτρῳ dixiſſet pro φειδωλῷ, h. e. *parco et nimis modico*, ſimulque reſpexiſſet ad nomen Phidonis qui inueniſſet menſuras: quam opinio-

opinionem Salmaſii comprobauit aſſenſu ſuo Duportus. In poſteriori particula loci Stephanus iubebat, vt Auberius, pro ὑποπρίαϑαι legi ὑποποιεῖϑαι· quod verbum etiam Lycius reddidit in Latina Verſione. Caſaubonus eam iudicabat ita refingendam, ὑπέγγυόν τε παρὰ φίλου τι λαβὼν, ἀποδόϑαι· et Furlanus ſic, καὶ πριᾶϑαι, καὶ ἐπιλαβὼν φίλον ἀποδόϑαι. Galeus edidit, ὑποπρίαϑαι· ἀμέλει φίλου—: et Suartius, ἵππον χρᾶϑαι φίλου· ἔπειτα λαϑὼν ἀποδόϑαι· in notis autem ait ſcribi etiam poſſe, ἵππον αἰτεῖϑαι ἀπὸ φίλου, κᾆτα—. Caeterum Pauus totum locum ſic conſtitui iubebat, Φειδωνίῳ μέτρῳ τὸν πύνδακα ἐγκεχρυσμένῳ μετρεῖν, σφόδρα ἀποψῶν· αὐτὸς τοῖς ἔνδον τὰ ἐπιτήδεια ὑπαιρεῖϑαι· φίλου ἐπιλαβὼν ἀποδόϑαι. Hae ſunt fere coniecturae Virorum doctorum de hoc loco. nam de Auberiana ante dictum eſt. Reſtat vt, quid nobis videatur, oſtendamus. Ac Φειδωνίῳ quidem recte tuiti ſunt interpretes contra Salmaſium. nam Φειδώνιον μέτρον dicitur, non quidem, vt Sylburgius putabat, a Phidone quodam, qui et re et nomine parcus fuerit, ſed a Phidone inuentore, vt docuimus in Indice. Neque minus recte correxerunt ἐγκεχρυσμένῳ. nam et res ipſa flagitat iſtam emendationem, et conſtat ſatis, particulas ἐν et ἐκ in verbis compoſitis ſaepe permutatas eſſe ab librariis [vid. Animaduerſſ. ad Vueller. p. 361]. Poſſet tamen iiſdem de cauſſis etiam ἐσκεχρυσμένῳ corrigi. Sed ἀυτοῖς, quod eſt in marg. Morel., pro ἀυτὸς, prorſus repudiari debet, quum, admiſſa illa lectione, magna βδελυρίας pars periret. Et quantum emendatio poſteriorum verborum Caſauboniana diſtet ab ſcriptura Vulgata, vt vel hanc ob cauſſam probari nequeat, ſponte patet. Neque vero ὑποπρίαϑαι mutandum videtur in ὑποποιεῖϑαι, ob diſſenſum omnium librorum; multo minus in ὑπαιρεῖϑαι. nam primo deberet eſſe ὑφαιρεῖϑαι· deinde reliqua tum verba intellegi non poſſunt. nam φίλου ἐπιλαβὼν non poteſt, credo, eſſe *quod amico ſurripuit*. Lego igitur totum locum ſic, Φειδωνίῳ μέτρῳ τὸν πύνδακα ἐγκεχρυσμένῳ— ἀποψῶν· ὑποπρίαϑαι φίλου, καὶ λαβὼν ἀποδόϑαι, eo ſenſu, quem iam ab Nedhamo expreſſum video, *emit aliquid minore pretio ab amico, et vbi accepit, vendit:* vt amicus iacturam faciat, ipſe lucri nihil. Nam primo ſummae documentum βδελυρίας eſt, amicum eo redigere, vt vendat tibi male quod ipſi proſit, ſed quod tu deinde ſtatim vendas. Porro Praepoſitionem ὑπὸ in verbis compoſitis ea quam oſtendi, vi gaudere, nemo neſcit; etſi non memineram, me verbum ὑποπρίαϑαι apud vllum ſcriptorem hoc ſenſu legiſſe. Παρὰ autem certum eſt etiam alibi omitti ſolere. Denique ἐπὶ quam facile potuerit ab librariis commutari cum particula

καὶ,

καὶ, non ignorant qui triuerunt Codices antiquos. Ego quidem in Codice Borneriano Thomae Magiſtri τὸ καὶ ſic ſcriptum inueni ϗ: a qua nota parum differt nota ea, qua ἐπὶ expreſſum reperitur in primis libris editis.

τριάκοντα] Camot. μὴ ἄκοντα· quod Sylburgius ortum rebatur e μ^ακοντα, vt legendum eſſet τετταράκοντα· quod magis conueniret cum verbis ſequentibus, τέτρασι δραχμαῖς. Galeus e Cod. Trin. laudauit τέταρσι.

τοῖς αὐτοῦ] Codd. Guelff. Norib. Crat. Opor. Stob. Camot. Morel. et alii τοῖς αὐτοῦ.

ὄψον] Cod. Guelf. 2, Camot. margg. Heinſ. et Caſaub. ὄψα. haud dubie male.

ἀπὸ τῆς τραπέζης] Pauus cenſebat melius legi ἐπὶ τῆς τραπέζης. ſine cauſſa: immo indoles linguae et res ipſa reſpuunt iſtam emendationem.

ἡμίση] Norib. Crat. Opor. Furl. ἡμίσι. Gal. 1 ἡμίσυ. Mox pro ἀπογράφεσθαι Ioh. Mart. Sommerus miſcc. p. 36 legi malebat ὑπογράφεσθαι h. e. *in tabulas memoriales referre.* Vulgata vera eſt, neque reperi vſquam vllum varietatis veſtigium.

ΚΕΦ. ΙΒ

ΠΕΡΙ ΑΚΑΙΡΙΑΣ

1 *δεδομένη*] Suſpectum erat Caſaubono hoc verbum, putabatque id, ſaluo ſenſu, poſſe abeſſe. Lycius autem ſuſpicabatur emendari debere *δεδομένων*· et Suartius Reiſquiuſque coniiciebant *γενομένη*. Sed Pauus tuetur, et, vt opinor, recte, Vulgatam lectionem, quam ipſe Suartius probare videbatur. V. Index.

τοῖός] Cod. Guelf. *τοιός* —.

τȣ̃ φίλȣ] Cod. Guelf. et Camot. Furl. *τȣ̃ φιλίππȣ*. male. Sed etiam apud Demoſthenem de cor. p. 481 To. 2 Tayl. permutata ſunt a librariis vocabula *φίλος* et *φίλιππος*.

ἐφθόνησας] Pauus rectius legi exiſtimabat *ἐφθόνησε*, quod

referre-

referretur ad τὸν φίλον. At mihi ſecus videbatur. Nam καλέσας, quo quis moueri poſſet vt aſſentiretur Pauo, pertinet ad τὸν φέροντα, et μεμψίμοιρος tribuit culpam rei puero, qui oblitus ſit ipſum vocare ad coenam.

καταφιλούμενος] Cod. Guelf. et Camot. Furl. φιλούμενος. At elegantius hic certe eſt et numeroſius verbum compoſitum. Omnino ſi libri veteres variant hoc in genere, ego fere ſemper Compoſita verba malim praeferre verbis ſimplicibus.

εἰ σὺ] Camot. εἰσὺ —. et deinde μεφιλεῖς. In Budiſ. eſt εἰ οὐκ ἀπὸ ψυχῆς με φιλεῖς. perperam.

οὐ διότι ὕει] Nedhamus volebat emendari οὐ διότι οὐχ ὕει. fruſtra.

2 καὶ εὑρών τι] Haec verba abſunt ab Camot. et Furl. Fortaſſis alterum καὶ, quod ſequitur, fecit, vt omitterentur a librario Codicis, quem expreſſit Camotius. Reiſquius coniiciebat, καὶ εὑρών πη ἐν τῇ ὁδῷ, deleta inductaque particula καὶ, quam ab Geſnero quoque in Chreſtomathia omiſſam eſſe video. Mihi vero ea videbatur cum Pauo vim habere augendi, *atque adeo.* Alia loca, vbi καὶ non tam redundat, quam orationem auget, collegerunt Hemſterhuſius ad Luciani ſomn. 7 To. 1 et Reitius ad eundem p. 67 To. 2.

ἀνδράποδον] Camot. Furl. ἀνδρώποδον. vitioſe.

καὶ πολλὰ δεηθεὶς] Caſaubonus corrigebat ἅτε πολλὰ δεηθέντος. quae emendatio probati nullo modo poteſt. Nam καὶ notat, vt in prooem. 2, *et quidem:* et ſi reponatur δεηθέντος, neminem ſpero fore quin videat quanta μεμψιμοιρίας pars pereat. quod iam Pavus, vt alia multa, praeclare et intellegenter animaduertit.

ὅτι ὑγιὲς] Lycius dubitabat de integritate horum verborum. neque enim ceperat vim vocabuli ἄξιον. id quod Verſio eius Latina declarat ſatis, in qua eſt, *mirum eſt, inquit, ſi integrum et ſanum eſt quod adeo care emi.* Neque tamen Morellum reperio aliter interpretatum eſſe locum. Sylburgius reponi volebat ὅτι οὐδὲν ὑγιές. contra naturam hominis queruli. Multo ingenioſior acutiorque eſt coniectura Auberli, emendantis εἴ τι ὑγιές· quod etiam Suartio placebat et Nedhamo, nec mihi diſplicebat. Sed cur Nedhamus ediderit ὅ τι ὑγιὲς, ignorare me fateor. videtur operis deberi.

ἑώνημαι] Steph. Lyc. Aub. Morel. Gal. 1 ἑώνημαι. In Lyc. etiam eſt δεηθεὶς.

ὅτι υἱός σοι γέγονεν] Nedhamus in exemplo ſuo omiſit, auctoritate Cod. Trin., vt ait, particulam ὅτι· quam abeſſe et reliqui libri vetant et linguae ingenium, vt non parum

miremur, Suartium etiam hac in re ſequutum eſſe ducem Nedhamum.

προσϑῆς] Camot. Furl. *πρὸς τῆς*· et mox vterque liber aeque vitioſe exhibet *ἄπεςην* pro *ἄπεςιν*.

³ *νίκην νικήσας*] Kirchmanus Helmſt. Nedh. Suart. *δίκην νικήσας*, de coniectura Sylburgii et Caſauboni, recte: vt c. 11 erat *ἡττωμένῳ μεγάλην δίκην*. At quia tamen reliqui libri omnes, etiam Cod Guelf., exhibent *νίκην νικήσας*· et quia verba ſequentia ſatis docent, intellegi victoriam in iudicio: nihil auſi ſumus mutare. quam diligentiam ſperabamus a nemine reprehenſum iri.

ἐγκαλεῖν] In Cod. Guelf. erat, vt in Camot. Furl., *ἐγκαλεῖ*· quod exhibent etiam margg. Heinſ. Lugd. a. 1612, Brunſu. Per ſe non male. nam aliis quoque huius libelli in locis pluribus hanc varietatem deprehendimus. vt mox c. 18, 1 Camot. Furl. habent *ἀριθμεῖ* pro *ἀριθμεῖν*. Sed quia Infinitiuus et praecedit hic et ſequitur: quia etiam in Cod. Trin. fuit *ἐγκαλεῖν*· nam littera *ν*, auctore Nedhamo, eraſa erat: *ἐγκαλεῖν* retinendum putauimus.

καὶ ἐράνου εἰσενεχθέντος] Ita diſerte ſcriptum erat in Codd. Guelf. Trin. neque aliter legitur in Camot. Furl. Lugd. a. 1612 aliiſque editionibus poſt Caſaubonum adornatis. Sed Stephanus in exemplo ſuo, neſcio an de induſtria, omiſit verba *καὶ ἐράνου*. Eum temere ſequuti ſunt Lycius, Morellus, Auberius: ita tamen vt Morellus in margine exempli ſui ad verbum *εἰσενεχθέντος* poſuerit *ἴσ. ἐρανισθέντος*, et Auberius *ἐξενεχθέντος*. At ſuperſedere potuiſſetis his coniecturis, o boni, ſi vobis placuiſſet, quod diligentiſſimus Sylburgius fecit, adire Camotianum exemplum. Nam neminem nec ſummorum Virorum auctoritas ſecurum reddere neglegentemque debet: immo oportet quemque omnia explorare ipſum et cognoſcere diligenter.

φήσαντός τινος] Cod. Guelf. *φήσαντος τινὸς* —.

ἴσϑι] Ita reſcripſimus cum Geſnero in Chreſtomathia, quod iam ante eum fecit is qui praefuit editioni Budiſſanae, et quod Lycio etiam, Galeo, Bencelio, Reiſquio, in mentem venit, aſſentiente Abreſchio Lectt. Ariſtaenett. p. 134. Nedhamus quidem maluit recipere *ἔςω*, auctore Caſaubono, quod propius accederet ad *ἔςι*, quod eſt in omnibus libris, praeter Kirchm. Gal. 1, 2 et Suart., in quibus et ipſis receptum video *ἔςω*. At noſtrarum aurium iudicio facilius potuerunt permutari a librariis, quorum calami vocem dictantis ſequerentur, *ἔςι* et *ἴσϑι*, quam *ἔςω* et *ἴσϑι*. Caeterum etiam Salmaſius Obſervatt. ad I. A. et R. p. 4 et in de Vſuris p. 41 legit *ἐςί*.

καὶ πῶς; εἰπεῖν] Salmaſius de Vſuris p. 41 legit *καί πως εἰπεῖν·* et in Obſeruatt. ad I. A. et R. p. 4 *καὶ, πῶς, εἶπεν.* male.

ὅτι] Sic ſcriptum erat in Cod. Guelf. Trin. et Camot. Steph. Aub. Sylb. Morel. Neque ſane diſplicebat nobis haec lectio; qua in ſententia video eſſe doctiſſimum Abreſchium Lectt. Ariſtaenett. p. 134; modo poſt *ἐνηργετημένον* poneretur ſignum interrogationis. Etiam vernacula loquendi conſuetudine adiuuari quodammodo iſta ſcriptura poteſt. At Caſaubonus quum corrigendum cenſuiſſet *ὅτε·* multi, vt fit, adducti ſunt auctoritate Viri ſummi, vt id reciperent, quod quidem factum video in Kirchm. Lugd. a. 1612, Brunſu. Gal. 2, Benc. Nedh. Suart. Etiam Salmaſius Obſſ. ad I. A. et R. p. 4 ita legit. Reiſquius nuper malle ſe oſtendit legi *ὅπου.*

τὸ ἀργύριον] Camot. Furl. *τὸ ἀργύριον·* et mox *γὰρ ἐνοφείλειν,* pro *χάριν ὀφείλειν·* quod quidem, vt multa alia, docet ſatis, Camotium expreſiſſe Codicis ſui ſcripturam ſumma fide, neque quidquam in ea immutaſſe. quam eius religionem vtinam ſequuti eſſent omnes ſemper!

ΚΕΦ. ΙΗ

ΠΕΡΙ ΑΠΙΣΤΙΑΣ

1 Ἔστιν ἀμέλει ἀπιστία, ὑπόληψίς τις ἀδικίας κατὰ πάντων. ὁ δὲ ἄπιστος, τοιοῦτός τις οἷος, ἀποστείλας τὸν παῖδα ὀψωνήσοντα, ἕτερον παῖδα πέμπειν πευσόμενον πόσου ἐπρίατο. καὶ φέρων αὐτὸς τὸ ἀργύριον, καὶ κατὰ στάδιον ἀριθμεῖν πόσον ἐστί. καὶ τὴν γυναῖκα τὴν αὐτοῦ ἐρωτᾶν κατακείμενος, εἰ κέκλεικε τὴν κιβωτὸν, καὶ εἰ σεσήμανται τὸ κοιλιοῦχιον, καὶ εἰ ὁ μοχλὸς εἰς τὴν θύραν τὴν αὐλέιαν ἐμβέβληται. καὶ ἐὰν ἐκείνη φῇ, μηδὲν ἧττον αὐτὸς ἀναστὰς γυμνὸς ἐκ τῶν στρωμάτων, καὶ ἀνυπόδητος τὸν λύχνον ἅψας, ταῦτα πάντα περιδραμὼν ἐπισκέψασθαι, καὶ οὕτω μόλις ὕπνου τυγχάνειν. 2 καὶ τοὺς ὀφείλοντας αὐτῷ ἀργύριον, μετὰ μαρτύρων ἀπαιτεῖν τοὺς τόκους, ὅπως μὴ δύναιντο ἔξαρνοι γενέσθαι. καὶ τὸ ἱμάτιον δὲ ἐκδοῦναι δεινὸς οὐχ ὡς βέλτιστα ἐργάσεται, ἀλλ᾽ ὅταν ᾖ ἄξιος ἐγγυητὴς

τοῦ

τοῦ κναφέως. καὶ ὅταν ἥκῃ τις αἰτησόμενος ἐκπώματα, μάλιστα μὲν μὴ δοῦναι· καὶ τὸν παῖδα δὲ ἀκολουθοῦντα κελεύειν αὐτοῦ ὄπισθεν μὴ βαδίζειν, ἀλλ᾽ ἔμπροσθεν, ἵνα φυλάττηται αὐτὸ μὴ ἐν τῇ ὁδῷ ἀποδράσῃ. καὶ τοῖς εἰληφόσι τὶ παρ᾽ αὐτοῦ καὶ λέγουσι, πόσου, κατάθου. οὐ γὰρ σχολάζω πέμπειν.

NOTAE

περὶ ἀπιστίας] Furl. Ἀπιστία.

1 ἀπιστία]. Camot. ἀπιστέια. Lyc. ἀπιστίας. quod eſt operarum erratum.

ὑπόληψίς τις] Pronomen τις abeſt ab Camot. Furl. et Chreſtom. Geſn. credo, non male. Sed quoniam id in caeteris libris additum inuenimus, retinere, quam omittere, maluimus. Addicit ratio Theophraſtea.

ἀποστείλας] Camot. ἐπὶ στείλας. Furl. ἐπιστείλας. Vterque liber deinde habet ὀψωνήσαντα· quae ipſa erat Cod. Guelf. lectio, quam tamen res ipſa repudiat.

καὶ κατὰ στάδιον] Particula καὶ aberat ab Cod. Trin.: cuius libri auctoritate ſuſtulerunt eam ex exemplis ſuis Nedhamus et Suartius: quod ipſum ab Geſnero factum in Chreſtomathia video. non dubito, quin perperam. Nam καὶ, vt Pauus iam animaduertit, habet dubio procul vim augendi, vt c. 17, 2 καὶ ἐν τῇ ὁδῷ, et alibi.

ἀριθμεῖν] Camot. Furl. ἀριθμεῖ. ſolemni permutatione horum Modorum hoc in libello.

τὴν αὐτοῦ] Cod. Guelf. et Camot. Furl. τὴν αὐτοῦ· et Kirchmanus adeo edidit τὴν ἑαυτοῦ.

ἐρωτᾷν] Suart. ἐρωτῶν. vitioſe.

τὸ κοιλιούχιον] Sic, non aliter, legitur in omnibus, quos inſpeximus, libris, etiam in Cod. Guelf. et Trin.: niſi quod Kirchmanus et Schmidius edidere κυνούχιον, ſequuti, more ſuo, coniecturam Caſauboni: quam probauit etiam Salmaſius in de Mod. Vſurr. p. 449: *nam* κυνοῦχος, inquiens, *eſt fiſcus, marſupium, follis.* Aliorum ingenia alias, vt fieri ſolet, coniecturas enixa ſunt. Et Lycius quidem legendum cenſebat κολικούχιον, quod ſignificaret *capſam panariam*, a κόλιξ, quod fuiſſet genus quoddam panis rotundi. Sylburgius malebat κλειδούχιόν, aut κυλικούχιον, *ſcrinium clauibus aut calicibus aſſeruandis factum:* quod poſterius vocabulum etiam Caſaubonus aliquando reponendum putabat. Neque abit longe Galei coniectura, cui in mentem venerat κυλικεῖον. Pauus praeſtare exiſtimabat κολιούχιον, quod ductum ſit a κολία, quo ſignificetur genus

nus bellariorum quoddam ex melle. Reiſquius denique emendandum opinabatur καλώδιον, vt intellegeretur *funiculus* quo arcae conſtrictae fuiſſent olim. Mihi vero cum Furlano, qui ſibi ait aliquando in mentem veniſſe κυλίχνιον, et cum Caſaubono, nihil mutandum videbatur, ita tamen vt κοιλιούχιον eſſet idem quod κοιλιόδεσμος, hoc eſt, *ventrale*, ab κοιλία, non *arca*, ab κοίλη, quae erat Furlani opinio. nam tum deberet eſſe κοιλούχιον, neque ratio compoſitionis ſatis appareret. V. tamen Index.

ἀυλείαν] Ita ſcriptum erat in Cod. Trin. et Guelf., neque aliter legitur in Kirchm. Lugd. a. 1612, Brunſu. Helmſt. Gal. 1. 2, Nedh. Pau. Suart. Etiam Doruillius ad Chariton. p. 31 ſic legit. Sed Camot. Furl. habent ἀυλεάν, quod non tam ex ἀυλίαν ortum videtur, quomodo ſcriptum erat in Codd. Moeridis correxeruntque Viri docti apud Heſychium, quam potius ex ἀυλαίαν, vt legitur in Steph. Lyc. Sylb. Aub. Morel. Heinſ. Vpſ. 1. 2, et 2 Macc. 14, 41.

ἐμβέβληται] Steph. Lyc. Aub. Morel. ἐκβέβληται. perperam. Sed non noua eſt permutatio iſtorum verborum in libris antiquis: vt infra c. 19, de Nedhami aliorumque ſententia. Sic nos in Axiocho ſ. 12 pro ἐμβαλλόμενον reſcripſimus ἐκβαλλόμενον· vt legendum cenſuiſſe poſtea vidimus etiam Hemſterhuſium ad Lucian. p. 49 To. 1 et Vueſſelingium ad Diod. Sic p. 93 To. 1.

[2] ἀυτῷ] Lyc. αὐτῷ.

δύναιντο] Cod. Trin. δύνωνται. ſine cauſſa. Et pro γενέσθαι Salmaſius in de modo Vſurr. p. 186 et in de Vſuris p. 130 legit γίνεσθαι.

ἐκδῦναι] Haec eſt coniectura Caſauboni, quam poſt eum migrare iuſſerunt, et recte quidem, probante etiam Pauo, editores, quod ſciam, omnes, vt Kirchmanus, Lugd. a. 1612, Brunſu. Vpſ. 1. 2, Gal. 1. 2, Helmſt. Nedh. Suart. Geſn. Nam in Cod. Guelf. erat, vt in Camot. Furl., ἐκδύναι· et in Cod. Trin. Steph. Lyc. Aub. Sylb. Morel., mutato Accentu, ἐκδῦναι.

δεινὸς] Palmerius p. 621 corrigebat δειλὸς, ita vt lectio ἐκδῦναι retineretur. male. Nam primo quidem dubito, an dici poſſit δειλὸς ἐκδῦναι· deinde repugnant, id quod iam Bencelius contra monuit, ſequentia verba οὐχ ὡς βέλτιστα κ. λ.

οὐχ ὡς βέλτιστα] Ita legitur in libris fere omnibus: neque male, vt arbitror: modo teneatur, ἐργάσεται dictum eſſe, Atticorum more, pro ἐργασθήσεται. Sed Viris doctis quum corruptus viſus eſſet et deprauatus hic locus: excogitarunt modum non vnum, qui priſtinae reſtitui integritati poſſet. Pauus quidem, praeeunte Salmaſio in de Vſuris p. 161, et probante Reiſquio, legi

legi poſſe putabat, οὐχ ὃς βέλτιστα ἐργάσεται, ἀλλ' ὅταν —. vel etiam ᾧ τ' ἂν ᾖ ἄξιος ἐγγυητής, omiſſis verbis τοῦ κναφέως. Kirchmanus edidit, e Caſauboni auctoritate, aſſentiente etiam magno Hemſterhuſio [ad Ariſtoph. Plut. p. 436], οὐχ ᾧ τὰ βέλτιστα ἐργάσεται —, quod dictum eſſet pro οὐκ ἐκείνῳ ὃς —. Geſnero in Chreſtomathia viſum eſt ſcribere, οὐχ ὃς ὡς βέλτιστα ἐργάζηται —. dubitabat enim, an dici, per indolem linguae, liceret οὐχ ᾧ ἐργάσεται. In Suartii exemplo eſt οὐχ ὅτε βέλτιστα ἐργάσεται —. Nedhamus intactam reliquit lectionem Vulgatam, ſed in notis oſtendit ſibi conſtituendum videri locum totum ſic, οὐχ ὃς βέλτιστα ἐργάσεται, vel ἐργάζεται, quod eſt in Camot., ἀλλ' ὅτῳ ᾖ ἄξιος ἐγγυητὴς τοῦ κναφέως.

κναφέως] Geſn. Chreſtom. γναφέως. At ſcriptura illa altera eſt Attica.

ὅταν ἥκῃ] Camot. Morel. ὅταν ἥκῃ. Suart. ὅτ' ἂν ἥκῃ, vt Nedhamus.

μάλιστα μὲν μὴ δοῦναι] Sic ſcriptum nos quoque reperimus in Cod. Guelf., vt Galeus et Nedhamus in Cod. Trin.: neque in Camot. vllum lacunae cuiuſdam veſtigium comparet. Et locus ſane integer debet ſaluuſque haberi, quum μάλιστα μὲν ſit *fere*, neque particulam μὲν ſemper ſequi conſtet particulam δὲ aliaſue ſimiles. Sed Stephanus tamen, Lycius etiam, et poſt eos Caſaubonus cum Galeo, non diſſentiente Bencelio, aliquid deeſſe ſuſpicati ſunt, quod particulas μάλιστα μὲν ſequi deberent particulae εἰ δὲ μή· vt c. 9, 2. Et Caſaubonus quidem triplicem monſtrauit viam, qua priſtina affectis Theophraſti verbis integritas reddi poſſet. Putabat addi poſſe atque inſeri vel εἰ δὲ μὴ, δοὺς εὐθὺς ἀπαιτεῖν, quae verba recepit, more ſuo, Kirchmanus: vel εἰ δὲ μὴ, τὸν παῖδα κελεύειν ἀκολουθεῖν· vel denique εἰ δὲ μὴ, στήσας, aut σταθμ'σας, δοῦναι. Vnde Bencelius edi curauit, δοῦναι *. καὶ τὸν παῖδα —. Multo clementior mitiorque erat ſententia Furlani. nam quanquam et ipſe deſiderari aliquid exiſtimabat, tamen putabat vulnus ſanari poſſe, modo deleretur particula μέν· quod mihi quidem leges linguae videbantur ferre non magis poſſe, quam μὴν μάλιστα μὴ δοῦναι· quod Suartius temere iuſſit proficiſci in contexta. Nuper denique Sallierius [ad Tho. Mag. p. 21] veram ſibi genuinamque viſus eſt inueſtigaſſe ſcripturam. legi iubet μάλιστα δεόμενος, vt Theophraſtus oſtendat, hominem ἄπιστον, ſi quis ipſum roget, velit ſibi pocula, quibus maxime indigeat, commodare, tamen eum repellere et reiicere, ſeque ea commodare poſſe negare. Cras credam, hodie nihil!

ἀκολουθοῦντα] Caſaubonus addi volebat Articulum, legique τὸν ἀκολουθοῦντα. credo, ſine cauſſa.

ſa. Mox in Lyc. eſt *κελεύει*. puto, operarum errore: et pro *αὐτοῦ*, quae erat quoque ſcriptura Guelf., reliqui libri, praeter Camot. Furl. Heinſ., habent *ἀυτοῦ*.

φυλάττηται ἀυτὸ] Cod. Guelf. et Trin., itemque Camot., *ἀυτῷ*· quod receptum video a Nedhamo, ante quem iam Bencelius probarat hanc lectionem. In Budiſ. et Suart. eſt *ἀυτόν*· quae ſcriptura et Nedhamo ipſi placebat et Reiſquio: neque ego dubitauerim de eius integritate, praeſertim quum librarii facile pro ΑΤΤΟΝ potuerint ſcribere ΑΤΤΟΙ: niſi malis Syneſin eſſe, vt *ἀυτὸ* dictum ſit pro *αὐτόν*, ac ſi pro *παῖδα* praecedat *ἀνδράποδον*.

τὶ] Camot. *τί* —.

πόσου, κατάθου] Camot. Furl. *πόσον κατάθου*· male. Vpſ. 2 *πόσου* * *κατάθου*. Sed locus ipſe multis viſus eſt difficilis et impeditus, recte. At eſt ſanus tamen neque mutilus, vt etiam Kuhnium [ad Polluc. p. 536] cenſuiſſe video. Lycius enim corrigi iubebat *πόσου*; *κατάθου εἰπεῖν*. ſatis modeſte. Longe audacior fuit Auberius, qui emendabat *καὶ τῷ εἰληφότι τὶ παρ' ἀυτοῦ, καὶ λιπόντι τοῦ ποσοῦ, εἰπεῖν, κατάθου*, hoc ſenſu, *et iis qui iam acceperunt aliquid ab ipſo, dicuntque, conſtitue locum, reſpondere, pone quod accepiſti: neque enim per otium licet mittere.* Caſaubonus, qui recte negat Graecum eſſe *λιπόντι τοῦ ποσοῦ*, locum ita conſtituendum putabat *καὶ λέγουσι πόσου, εἰπεῖν, κατάθου. οὐ γὰρ σχ.*: ſed optabat etiam vt ſibi copia fieret librorum, quorum indicio certius quid definiri poſſet. Sylburgius praeoptabat *πόσον*, ita, *eum, ſi qui ab eo quidpiam acceperint et rogent quantum id ſit, iubere illos res iſtas aliquantiſper deponere, quia ſibi mittendi otium non ſit:* et ſi quis pro *κατάθου* legi mallet *κάθου*, *πέμπειν* quoque cenſebat mutandum eſſe in *πεμπάζειν*, hoc ſenſu, *ſede paulliſper et exſpecta: necdum enim numerandi eſt otium.* Galeus edidit in vtroque exemplo ſuo *πόσου, εἰπεῖν, κατάθου*, ita tamen vt mallet pro *κατάθου* reſcribi *κατάθες* *ſtatim ſolue.* Suartius *πόσου* accipiebat pro Imperatiuo, *refer in rationes.* Reiſquius denique legi volebat, *πέμψον, εἰπεῖν, κατάθου*. Mihi vero, vt ſupra oſtendi, omnia videbantur ſana eſſe et integra, dummodo e Participio *λέγουσι* intellegeretur ante *κατάθου* Infinitiuus; quam ellipſin non raram eſſe nemo neſcit; eo quem Lycius expreſſit in Verſione ſua, ſenſu, *Et ad eos qui accepta re quapiam ab ipſo, dicunt, Quanti? Deponito, inquit, pretium,* h. e. ſolue ſtatim. Nam *κατατίθεσθαι* ſignificare *ſoluere*, docuimus in Indice.

ΚΕΦ. ΙΘ

ΠΕΡΙ ΔΥΣΧΕΡΕΙΑΣ

1 Ἐστὶ δὲ ἡ δυσχέρεια, ἀθεραπευσία σώματος, λύπης παρασκευαστική. ὁ δὲ δυσχερὴς τοιοῦτός τις οἷος λέπραν ἔχων καὶ ἀλφὸν καὶ τοὺς ὄνυχας μεγάλους περιπατεῖν. καὶ φῆσαι ταῦτα εἶναι αὐτῷ συγγενῆ ἀῤῥωστήματα, καὶ τὸν πατέρα ἔχειν καὶ τὸν πάππον. 2 ἀμέλει δὲ δεινὸς καὶ ἕλκη ἔχειν ἐν τοῖς ἀντικνημίοις, καὶ προσπταίσματα ἐν τοῖς δακτύλοις, καὶ ταῦτα μὴ θεραπεῦσαι, ἀλλ' ἐᾶσαι θηριωθῆναι. καὶ τὰς μασχάλας θηριώδεις καὶ δασείας ἔχειν ἄχρις ἐπὶ πολὺ τῶν πλευρῶν. καὶ τοὺς ὀδόντας μέλανας καὶ ἐσθιομένους ὥστε δυσέντευκτος εἶναι καὶ ἀηδής· 3 καὶ τὰ τοιαῦτα. ἐσθίων ἀπομύττεσθαι. θύειν ἀρξάμενος, προσλαλεῖν, καὶ ἀποῤῥίπτειν ἀπὸ τοῦ στόματος· ἅμα πιεῖν, προσερυγγάνειν· ἐλαίῳ σαπρῷ ἐν βαλανείῳ χρῆσθαι· ἱμάτιον κηλίδων μεστὸν ἀναβαλόμενος, εἰς ἀγορὰν ἐξελθεῖν. καὶ εἰς ὀρνιθοσκόπου τῆς μητρὸς ἐξελθούσης, βλασφημῆσαι. καὶ εὐχομένων καὶ σπενδόντων ἐκβαλεῖν τὸ ποτήριον, καὶ γελάσαι ὡς τεράστιόν τι πεποιηκώς. 4 καὶ αὐλούμενος δὲ κροτῆσαι ταῖς χερσὶ μόνος τῶν ἄλλων. καὶ συντερετίζειν. καὶ ἐπιτιμᾶν τῇ αὐλητρίδι μὴ ταχὺ παυσαμένῃ. καὶ ἀποπτύσαι δὲ βουλόμενος ὑπὲρ τῆς τραπέζης, προσπτύσαι τῷ οἰνοχόῳ.

NOTAE

περὶ δυσχερείας] Furl. Δυσχερεία.

1 δυσχέρεια] Camot. Furl. δυσχερέια· ab quibus libris abſunt etiam verba καὶ ἀλφόν· quae tamen erant in Cod. Guelf. Cauſſa cur omitterentur, fuiſſe videtur ſequens particula καί.

αὐτῷ] Steph. Lyc. Sylb. Aub. Morel. Kirchm. Nedh. Suart. ἀυτῷ.

2 ἀμέλει δὲ δεινὸς] Camot. Furl. ἀμέλει δεινὸς, omiſſa particula δέ. male: ſed origo vitii patet ſponte.

ἐᾶσαι θηριωθῆναι] Camot. Furl. ἐθηριωθῆναι. Paullo poſt pro θηριώ-

θηριώδεις Sylburgius opinabatur etiam δυσώδεις legi poſſe. recte. At non nouum eſt, ab Atticis coniungi vocabula duo quae idem declarent.

ἄχρις ἐπὶ πολὺ] Cod. Guelf. et Camot. Furl. ἄχρι ἐπὶ πολύ. Steph. Lyc. Sylb. Aub. Morel. Kirchm. ἄχρι ἐπιπολὺ —.

μέλανας καὶ ἐσθιομένους] Cod. Guelf. et Camot. Furl. μέλανας ἐσθιομένους, ſublata particula καί. male.

3 ἐσθίων ἀπομύττεσθαι] Auberius legi volebat ἅμα ἐσθίων ἀπομύττεσθαι. Sed quum pro θύειν, quod ſequitur, emendandum ſit haud dubie ἐσθίειν, quod extat in marg. Auber., etſi vitioſe ſcriptum eſt εἰσθείειν, et quod, de Caſauboni ſententia, recepit Kirchmanus; nam et verba ἀποῤῥίπτειν ἀπὸ τοῦ στόματος, et verba ἅμα πιεῖν, haec emendatio quam neceſſaria ſit, declarant ſatis, praeſertim quum praecedentis verbi ſyllabae vltimae potuerint librariorum aures ineruditas fallere et conturbare facile: libenter aſſentior Nedhamo Pauoque, qui pro ἐσθίων docuere reponendum eſſe ἐσθῆτι, vt foeditas δυσχερείας in eo conſiſtat, quod homo δυσχερὴς nares emungat cubito.

θύειν ἀρξάμενος] Ita legitur in libris omnibus, etiam in Cod. Guelf. et Trin. Sed nobis quomodo conſtituendus locus videatur, modo oſtendimus. Afferemus tamen, pro inſtituti ratione, etiam aliorum ſententias. Sylburgius enim arbitrabatur pro θύειν corrigi debere πτύειν, aſſentiente Galeo, qui etiam verba ſic diſtingui iubebat, πτύειν, ἀρξάμενος προσλαλεῖν. At quid tum erit ἀποῤῥίπτειν ἀπὸ τοῦ στόματος? Sane non *praecipitare verba*, vt ea Lycius explicabat, qui etiam ſuſpicabatur, in Codicibus olim fuiſſe ἀποῤῥύπτειν *detergere*. Caeterum Bencelius, cui partes et membra totius orationis luxata videbantur, ea ſic reponenda cenſebat, καὶ τὰ τοιαῦτα· θύειν ἀρξαμένοις προσλαλεῖν· ἐσθίων ἀπομύττεσθαι, καὶ ἀποῤῥίπτειν ἀπὸ τοῦ στόματος, vt homo foedus diceretur interpellare alios ſacra facientes obſceno atque ominoſo ſermone. Cuius rationis ego nolim ſubſcriptor et approbator fieri.

ἅμα πιεῖν] Reſcribere propemodum auſi eſſemus ἅμα πιών, de coniectura Auberii, quae in margine exempli eius extat, et quam Bencelius etiam comprobauit aſſenſu ſuo. Sed tum nobis videbatur debere eſſe πιὼν ἅμα ἐντυγχάνειν, vt c. 4 ἀριστῶν δὲ ἅμα τοῖς ὑποζυγίοις ἐμβαλεῖν. add. 20, 2. Eſt tamen 9, 2 etiam ἅμα γελῶν ἀπαλ. —. Eadem de cauſſa reiici oportet πίνων, quod Caſaubono in mentem venerat: qui ipſe putabat, legi etiam poſſe ἅμα τῷ πιεῖν, inſerto Articulo; quam lectionem temere receptam ab Kirchmano video. Infinitiui enim ſic ſaepe ſimpliciter, ſine Articulo, ponuntur id quod iam Pauus intellegenter monuit.

ἀναβαλόμενος] Cod. Guelf. Trin. et Camot. Furl. *ἀναβαλλόμενος*· quod Nedhamus et, qui eius auctoritatem ſequutus eſt, Suartius poſtliminio reſtituerunt. temere. Non ſolum linguae indoles, ſed res etiam ipſa, requirunt Aoriſtum. nam homo foedus prodit in publicum quum ſe amiciuit pallio, non quum ſe eo amicit. Vid. quae eandem in rem ſcripſimus ad c. 5, 2.

σπενδόντων ἐκβαλεῖν] Camot. Furl. *ἀσσυδόντων ἐμβαλλεῖν*· reliqui libri praeter Kirchm. Nedh. et Suart. *σπενδόντων ἐμβαλεῖν*. Sylburgius iam, quae erat in eo Graecarum litterarum ſumma ſcientia, vidit, *ἐμβαλεῖν* locum hic habere non poſſe, neque tamen audere ſe faſſus eſt reponere *ἐκβαλεῖν*, quod idem valeret quod *ἐκστρέψαι* *euertere*. Qua in re fortaſſis iuſto timidior fuit Vir ſummus: etſi timiditas, etiam nimia, hoc in genere ſaepius multo ſalutarior eſt et vtilior, quam effrenis multorum, noſtra maxime aetate, audacia, cuius matrem nemo negauerit eſſe fere ſuperbam ſtultitiam et arrogantem inſcitiam. Certe Kirchmanus, etiam Nedhamus et Suartius, non dubitarunt recipere *ἐμβαλεῖν*, de ſententia Caſauboni: quam eorum auctoritatem ſequi viſum eſt, quod *ἐκβαλεῖν* gignit ſenſum apprime commodum aptumque, *ἐμβαλεῖν* omnino nullum; et quia non ignorabamus, in omnibus ſaepe libris falſam exhiberi ſcripturam: quod quidem hic factum eſſe, eo minus mirandum videtur, quum *ἐμβαλεῖν* fluxerit ex vno fonte. nam Codd. Guelf. Trin. et Camot. vnum fuit idemque caput. Ex Camotiano autem libro venit in editos reliquos. Caeterum Pauus etſi et ipſe probabat emendationem iſtam, tamen ſuſpicabatur, in libris olim quibuſdam fuiſſe *ἐμβαλεῖν τι ποτηρίῳ*. Sed his ambagibus non opus eſt. Etiam c. 18 vidimus a librariis *ἐμβέβληται* et *ἐκβέβληται* inter ſe confuſa eſſe.

ὡς τεράσιον] Bernardus ad Tho. Mag. p. 117 emendabat *ὥσπερ ἀστεῖον*. facilis ſane emendatio ſed ſuperuacanea, quae aduerſetur et linguae; neſcio enim an dici poſſit *ἀστεῖον πεποιηκώς*· et rei ipſi. nam homo iſte vult illudere ſacrificantes. Caeterum particula *ὡς* abeſt ab Camot. et Furl.

4 *αὐλούμενος*] Auberius corrigi iubebat *συναυλούμενος*. ſine cauſſa idonea.

ἐπιτιμᾶν] Camot. Furl. *ἐπιτιμᾶν*, moxque *παυσαμένη*. Pauus autem pro *ὑπὲρ τῆς τραπέζης* legi volebat *ὑπὲρ τὴν τράπεζαν*. temere, vt diximus ad c. 16. Caeterum idem Pauus animaduertit, poſtrema *δυσχερείας* exempla non reſpondere deſcriptioni ſupra poſitae. recte. At pertinent tamen ad *δυσχέρειαν*· et videbantur certe nobis quodammodo

modo contineri ἀθεραπευσία σώματος. vnde addita ſunt verba καὶ τὰ τοιᾶυτα. V. Index. Certe malim dicere Theophraſtum non omnino memorem fuiſſe deſcriptionis propoſitae, aut noluiſſe omnia exigere nimis religioſe ad eam, quam cum Clotio putare, a librariis verba καὶ εἰς ὀρνιθοσκόπȣ — τῷ οἰνοχόῳ, quae Caput περὶ ἀναισθησίας clauſiſſent, male huc tranſlata eſſe. Eiuſmodi peccata non temere naſci ſolent: debet ſemper demonſtrari poſſe fons et cauſſa erroris, vt in nobili illo Luciani loco, qui Geſneri ſagacitati ſuam debet integritatem: cui tamen hic Theophraſteus eſt prorſus diſſimilis.

ΚΕΦ. Κ

ΠΕΡΙ ΑΗΔΙΑΣ

1 Ἔςι δὲ ἀηδία, ὡς ὅρῳ περιλαβεῖν, ἔντευξις λύπης ποιητικὴ ἄνευ βλάβης. ὁ δὲ ἀηδὴς, τοιȣ̃τός τις οἷος ἐγείρειν ἄρτι καθεύδοντα εἰσελθὼν, ἵνα αὐτῷ λαλῇ. καὶ ἀνάγεσθαι δὴ μέλλοντας κωλύειν. καὶ προσελθὼν, δεῖσθαι ἐπισχεῖν ἕως ἂν περιπατήσῃ. 2 καὶ τὸ παιδίον τῆς τίτθης ἀφελόμενος μασσώμενον σιτίζειν αὐτὸς, καὶ ὑποκορίζεσθαι ποππύζων. καὶ ἐσθίων δ' ἅμα διηγεῖσθαι ὡς ἐλλέβορον πιὼν, ἄνω καὶ κάτω καθαρθείη, καὶ ζωμȣ̃ τȣ̃ παρακειμένȣ ἐν τοῖς ὑποχωρήμασιν αὐτῷ μελαντέρα ἡ χολή. 3 καὶ ἐρωτῆσαι δὲ δεινὸς ἐναντίον τῶν οἰκείων, ὡς ποία ἡμέρα μὲ ἔτικτες. καὶ ὅτι ψυχρὸν ὕδωρ ἐςὶ παρ' αὐτῷ λακκαῖον, καὶ ὡς κῆπος λάχανα πολλὰ ἔχων καὶ ἁπαλὰ, καὶ ὅτι ἡ οἰκία αὐτȣ̃ πανδοκεῖόν ἐςι. καὶ ξενίζων δὲ δεῖξαι τὸν παράσιτον αὐτȣ̃ ποῖός τις. καὶ παρακαλῶν δὲ ἐπὶ τȣ̃ ποτηρίȣ ὅτι τέρψον τȣ̀ς παρόντας.

NOTAE

περὶ ἀηδίας] Camot. περὶ ἀηδιείας. Furl. Ἀηδία.

1 περιλαβεῖν] Budiſ. ἐπιλαβεῖν. male.

λαλῇ] Camot. Furl. λαλῆ. Mox μέλλοντας Caſaubonus cenſebat, ſed ſine vlla cauſſa, mutandum eſſe in μέλλοντα. neque enim pertinet ad καθεύδοντα.

 2 τὸ

2 τὸ παιδίον] Camot. Furl. τὸ παιδὶ —.

μασσώμενον] Ita ſcriptum erat etiam in Cod. Guelf. Trin., vt in Camot. et caeteris. Neque videbam, quid deſiderari hac in lectione poſſet. Nam homo ἀηδὴς infantem, cibum quum mandit, adimit nutrici ipſeque in os eius ingerit cibum. Kirchmanus, Nedhamus, Suartius, etiam Galeus in exemplo ſuo altero, edidere μασσώμενος, de Caſauboni ſententia: quam lectionem Pauus quoque probabat, ita tamen, vt mallet reponi μασσωμένης. Meas vero aures, recepto τῷ μασσόμενος, offendebant numeri aſperi: et iam e verbis σιτίζειν ἀυτὸς non minus, quam e verbo μασσώμενον, intellegi poteſt, hominem iſtum indere ori infantis cibum ex ore ſuo manſum.

ἐσθίων δ' ἅμα] Cod. Guelf. ἔσθων δὲ ἅμα. Steph. Lyc. Aub. Sylb. Morel. ἔσθων δ' ἅμα.

ἐλλέβορον] Cod. Guelf. et Camot. Furl. ἐλέβορον. Steph. Lyc. Aub. Sylb. Morel. ἐλλέβορον. recte.

καθαρθείη, καὶ ζωμȣ͂] Morel. καθαρθείη. καὶ τȣ͂ ζωμȣ͂ παρακειμένȣ. Sed pro ἐν τοῖς ὑποχωρήμασιν ἀυτῷ in Cod. Guelf. et Trin. erat, vt in Camot. Steph. Lyc. Aub. Sylb. Furl., ἐν τοῖς ὑπο ἀυτῷ, relicto ſpatio. Quam quidem lacunam Lycius primus, quod ſciam, ita explendam vidit, vt legeretur ὑποχωρήμασιν· poſt eum idem in mentem venit Sylburgio atque Auberio. Lycius tamen etiam ἀυτȣ͂ reponendum putabat, vt Auberius, pro ἀυτῷ. quod neceſſe non eſt. Morellus, neglecta emendatione iſta haud dubie certiſſima, auſus eſt edere, auctore, vt ait, Aurato, ἐν τοῖς ὑποχονδρίοις, vertitque, *tum inſculo appoſito queritur de atra bili qua in praecordiis exagitatur.* inepte. Verba enim καὶ ζωμȣ͂ κ. λ. cohaerent cum ſuperioribus ἄνω καὶ κάτω καθαρθείη. Qua ipſa de cauſſa reprehendendi ſunt Kirchmanus et Schmidius, quod, praeeunte Caſaubono, ediderunt, καὶ ζωμȣ͂ τȣ παρακειμένȣ εἰπεῖν ὅτι ἐν τοῖς ὑποχ. ἀυτῷ μελαντέρα ἡ χολή. Neque Auberii correctio ferri poteſt, qui legi volebat, καὶ ὅτι τȣ͂ ζωμȣ͂ παρακ. — ὑποχ. ἀυτȣ͂ —. Caeterum Pauus poſt vocabulum ὑποχωρήμασιν inſerendum arbitrabatur εἴη, et Reiſquius Articulum ἡ mutandum cenſebat in ἦ. recte. Articulus nobis videbatur non neceſſario requiri, ſed Verbum Subſtantiuum commode intellegi poſſe exiſtimabamus: quae erat etiam Sylburgii ſententia.

ἀυτῷ] Nedh. Suatt. ἀυτῷ.

3 ποία ἡμέρα] Cod. Guelf. Trin. et Steph. Lyc. Aub. Sylb. Morel. Brunſu. Vpſ. 1, Budiſ. Helmſt. Gal. 2 ὡς ποία ἡμέρα. Camot. Furl. ὡς ποία ἡμέραμε ἔτικτες; Et Pauus quidem ὡς natum coniiciebat eſſe

ſe

ſe ex ὧ. At quidni ὡς, vt ὅτι, redundare poſſit? Recepimus igitur poſtliminio.

καὶ ὅτι ψυχρὸν] Verba haec vſque ad finem Capitis Reiſquio videbantur alieno loco poſita eſſe ab librariis, atque adeo reiici oportere ad finem ſequentis Capitis, poſt verbum ἐυημερεῖ. At mihi ſecus videtur. Nam ea quae hic commemorantur ab iſto homine, ſunt certe eiuſmodi, vt offendere poſſint audientium animos non minus, quam aures, vel quia nota ſunt, vel ob inſignem humilitatem foeditatemque. V. Index. Caeterum quum ex Infinitiuo ἐρωτῆσαι facile intellegi poſſit, et vero etiam debeat, Infinitiuus εἰπεῖν ante verba ὅτι ψυχρὸν ὕδωρ, ſane non opus eſt cum Pauo putare, pro ἐρωτῆσαι reſcribendum eſſe εἰπεῖν. quae mutatio etiam nimis dura foret.

παρ' αὐτῷ λακκαῖον] Camot. παρα αὐτῷ λακαῖον· etiam in Cod. Guelf. ſcriptum erat λακαῖον, ſimplici λ. Furl. παρα τ̓ αὐτῷ λακαῖον. At Steph. edidit, vt ſcilicet ſuum Codicem, non Camotianum exemplum, expreſſiſſe videretur, παρ' αἰλακαῖον. quod monſtrum ſcripturae non parum miror Lycium, Auberium, et Morellum, maluiſſe retinere in exemplis ſuis, quam librum Camotii, in medio poſitum, inſpicere. Morellus quidem qui verba integra eſſe crederet, mire vertit ea verba, *et quam gelida ſit aqua* apud Aelaceum *commemorat*. Sagacior fuit Lycius: qui quum odoratus eſſet vitium ſcripturae, emendabat πάλαι λακκαῖον, hoc ſenſu, *et iam pridem frigidam eſſe aquam in ciſternis*. Sed Lycium ſuperauit tamen ſagacitate Auberius. is enim vidit legendum eſſe παρ' αὐτῷ λακκαῖον· quod primum ab Sylburgio receptum reperi. Caeterum Furlani coniectura, qui corrigebat παρ' αἰγιαλὸν, non eſt vnius aſſis. Nedh. Suart. habent παρ' αὐτῷ.

ἔχων] Marg. Auber. ἔχει. ſine cauſſa. nam ἐςὶ facile poteſt repeti e ſuperioribus, vt Nedhamus iam et Pauus monuerunt.

αὐτῷ] Nedh. Suart., et hic et deinde poſt παράσιτον, edidere αὐτοῦ.

πανδοκεῖον] Ita ſcribere viſum eſt, ob ea quae ad c. 6 diſputauimus. Cod. Guelf. πανδοχεῖόν ἐςὶ —. et Camot. Furl. πανδοεῖον ἐςὶ —. In caeteris libris ſcriptum eſt πανδοχεῖόν ἐςι.

ποῖός τις] Camot. ποῖος τίς.

ὅτι τέρψον] Intell. εἰπεῖν, vel λέγειν, ante ὅτι, qui Infinitiuus continetur Participio παρακαλῶν· vt c. 4 ἀποδοκιμάζειν, λίαν μὲν λυπρὸν εἶναι. Et ὅτι τέρψον ſunt verba Regis paraſitum cohortantis, vt oblectet praeſentes, qui tamen ineptias paraſiti ferre nequeant; ita vt ὅτι redundet, neque, quod Nedhamo placuiſſe videtur, tollatur. In Cod. Guelf. erat, vt in Furl., ὅτι τέρψων· et in

 Camot.

Camot ὅτι τρέψων. quae haud dubie errata librariorum ſunt. Atque ſic neceſſe non eſt vt quidquam mutetur locoue moueatur. Nam Lycius quidem legi volebat παρακαλεῖν. quae erat ipſa Pauli coniectura, qui tamen verba etiam ita diſtingui iubebat, καὶ παρακαλεῖν δὲ ἐπὶ τοῦ ποτηρίου, ὅτι τέρψον, τοὺς παρόντας, vt τέρψον dictum eſſet pro τέρψει· quod vt ipſum, hoc quidem in libello, nimis durum inſolensque foret, ita nec traiectionem iſtam verborum nouam probari poſſe credo. In marg. Auber. eſt ὡς τέρψων· vt etiam Lycius emendandum putabat, vel ἐπιτέρψων, hoc ſenſu, *et inter pocula hortatur ad bibendum tanquam oblectaturus praeſentes.* non puto, τέρπειν ita dici ab Graecis. In marg. Morelliani exempli extat ἴσ. ἔτι pro ὅτι· quam ſcripturam Morellus quoque expreſſit in Verſione Latina, *atque accerſit inter pocula vt delectationem allaturum conuiuis, quod plane nullam habet.* repugnat, credo, ingenium verbi παρακαλεῖν. Reiſquius denique corrigebat τὸν ἐπὶ ποτηρίου *pincernam.* At ſic, vt alia taceam, non poſſum reperire ἀνδίαν. Caeterum Nedhamus intellegi quoque poſſe opinabatur μάλιστα poſt ὅτι, *quam maxime poteris oblectamento ſis.* At talis ellipſis prorſus inaudita eſt planeque inuſitata. Sic vero abripi ſe ad ineptias docti etiam homines patiuntur, vbi ſemel libidine immutandi omnia in libris veterum capti fuerint!

ΚΕΦ. ΚΑ

ΠΕΡΙ ΜΙΚΡΟΦΙΛΟΤΙΜΙΑΣ

1 Ἡ δὲ μικροφιλοτιμία δόξειεν εἶναι ὄρεξις τιμῆς ἀνελεύθερος. ὁ δὲ μικροφιλότιμος, τοιοῦτός τις οἷος σπουδάσαι, ἐπὶ δεῖπνον κληθεὶς, παρ' αὐτὸν τὸν καλέσαντα κατακείμενος δειπνῆσαι. καὶ τὸν υἱὸν ἀποκεῖραι ἀπαγαγὼν εἰς Δελφούς. καὶ ἐπιμεληθῆναι δὲ ὅπως αὐτῷ ὁ ἀκόλουθος Αἰθίοψ ἔσται. 2. καὶ ἀποδοὺς μνᾶν ἀργυρίου, καινὸν ποιῆσαι ἀποδοῦναι. καὶ βοῦν θύσας, τὸ προμετωπίδιον ἀπαντικρὺ τῆς εἰσόδου προσπατταλεῦσαι, στέμμασι μεγάλοις περιδήσας, ὅπως οἱ εἰσιόντες ἴδωσιν ὅτι βοῦν ἔθυσε. καὶ πομπεύσας δὲ μετὰ τῶν ἱππέων, τὰ μὲν ἄλλα πάντα ἀποδοῦναι τῷ παιδὶ ἀπενεγκεῖν οἴκαδε,

ἀναβα-

ἀναβαλόμενος δὲ θοιμάτιον ἐς τὴν ἀγορὰν περιπατεῖν. 3 καὶ κυναρίȣ δὲ τελευτήσαντος, αὐτῷ μνῆμα ποιῆσαι. καὶ ϛηλίδιον ποιήσας, ΚΛΑΔΟΣ ΜΕΛΙΤΑΙΟΣ, καὶ ἀναθεὶς δακτύλιον χαλκȣ̃ν ἐν τῷ Ἀσκληπίῳ, τȣ̃τον ἐκτρίβειν ϛεφαȣ̃ν· καὶ ἀλείφεσθαι ὁσημέραι. 4 ἀμέλει δὲ καὶ συνδιοικήσασθαι παρὰ τῶν πρυτάνεων, ὅπως ἀπαγγείλῃ τῷ δήμῳ τὰ ἱερά. καὶ παρασκευασάμενος λαμπρὸν ἱμάτιον, καὶ ἐςεφανωμένος, παρελθὼν εἰπεῖν, Ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐθύομεν οἱ πρυτάνεις τὰ ἱερὰ τῇ μητρὶ τῶν θεῶν ἄξια καὶ καλὰ, καὶ ὑμεῖς ἐκδέχεσθε τὰ ἀγαθά. καὶ ταῦτα ἀπαγγείλας, ἀπιὼν διηγήσασθαι οἴκαδε τῇ ἑαυτȣ̃ γυναικὶ ὡς καθ' ὑπερβολὴν εὐημερεῖ.

NOTAE

περὶ μικροφιλοτιμίας] Furl. *Μικροφιλοτιμία.*

1 *τὸν καλέσαντα κατακείμενος*] Camot. Furl. *τὸν καὶ ἐς ἄντα κατειμένος.* quod monſtrum ſcripturae, quanta fides Camotii fuerit in exprimendo Codice ſuo, oſtendit. Sed Sylburgius pro *κατειμενος*, non tantum *κατακείμενος* cum Stephano reſcribi poſſe iudicabat, ſed etiam *καθήμενος*· quod quidem receptum reperi in Chreſtomathia Geſneri. At primo res ipſa reſpuit iſtam lectionem: nam Theophraſti ſaeculo accumbebant, non ſedebant, conuiuae: deinde quum diſerte ſcriptum ſit *κατακείμενος* in Cod. Guelf., cuius lectiones raro diſcrepare ab lectionibus Camotiani exempli vidimus; apparet ex eo, opinor, ſatis, librarium Codicis Camotii pro *καταχείμενος* male ſcripſiſſe *κατειμενος*.

ἀπαγαγὼν] Camot. *ἀπαγαγὼς* — . Chreſtom. Geſn. *παραγαγών*· nulla mutationis ratione reddita: vt fortaſſis debeatur iſta lectio operis vel correctori.

αὐτῷ] Nedh. Suart. *αὐτῷ*.

Αἰθίοψ ἔςαι] Camot. Furl. *αἰθιόψευται*· quod Pauus non ſpernendum rebatur, ſi reſcriberetur *αἰθιοψένεται*. At eſt haud dubie neglegentia librarii natum vitium, cuius generis plura alia mox occurrent. In Cod. quidem Guelf. ſcriptum erat ita, vti edidimus.

2 *καὶ ἀποδὺς*] Camot. *καὶ καὶ ἀποδύς*. Kirchmanus autem et Schmidius ediderunt, de Caſauboni ſententia, *ἀποδιδȣ́ς*. temere et contra linguae indolem. Neque vero videbam, quare Reiſquius mallet reponi *ἀποδέντος*, aut, retento

 Parti-

Participio ἀποδὺς, deleri Infinitiuum ποιῆσαι. Neque enim dubium eſt, quin ἀποδὺς, Nominatiuus abſolute poſitus, recte ſe habeat, et de eo accipi poſſit, qui iubet pecuniam ſolui reddique aliis. Pauus pro ποιῆσαι reſtituendum exiſtimabat ποθῆσαι, aut certe ſcribendum ποιήσας *nouum ſibi comparans ſoluere.* neutra correctione opus eſt: et dubito an ποιήσας ſic Graecum ſit. Caeterum Morellum certum eſt non vidiſſe ſenſum loci. vertit enim eum Latine ita, *Et ſi minam argenti dederit, vt argentum nouum ſibi reddatur, efficit.*

καινὸν] Sylburgius ad hunc locum animaduertit haec, *Si* καινὸν *mendo caret, ſignificat,* curare illum creditori ſuo reddendam monetam nouam; *vt tanto ſplendidior ſit debiti ſolutio.* recte: neque opus eſt emendatione.

προμετωπίδιον] Budiſ. προσμετωπίδιον· et Furl. mox ἀπαντικρύ. vtrumque vitioſe.

προσπαττταλεῦσαι] Cod. Guelf. προσπατταλεῦσαι. Camot. προς καταλεῦσαι. vnde in Furl. factum eſt πρὸς καταλεῦσαι.

ἀναβαλόμενος] Ita, credo, res ipſa legi iubet, non ἀναβαλλόμενος, quod erat in Cod. Guelf. et Trin. non minus quam in Camot. et Furl., quodque poſtliminio reſtitutum eſt ab Nedhamo, Suartio, Geſnero in Chreſtomathia. nam homo μικροφιλότιμος prodit in publicum ambulatque in publico, quum pallium iam reiecit, non quum reiicit. Vid. ad c. 19, 3 quae dicta ſunt.

ἐς τὴν ἀγορὰν] Sic ſcriptum erat in Cod. Guelf. pro εἰς τὴν ἀγοράν. Neque aliter legitur in Camot. Furl. Geſn. Chreſtom.

3 στηλίδιον ποιήσας] Suſpecta erat Pauo repetitio ingrata verbi ποιεῖν. Vnde putabat, libros olim variaſſe: in aliis fuiſſe ἑαυτῷ μνῆμα ποιῆσαι καὶ στηλίδιον ἐπιγράψας· in aliis αὐτῷ μνῆμα καὶ στηλίδιον ποιήσας ἐπιγράψαι. quae ſcripturae diuerſitas in marginibus librorum poſita peperiſſet eam, quae hodie in libris eſt, lectionem. Eademque illa de cauſſa Trillerus ad Tho. Mag. p. 559 emendandum contendebat καὶ στηλίδιον ἐπιστήσας, vel στήσας. Credo, temere. Nam vt veteres in neglegentia, ea maxime quae cernitur in repetitione vnius eiuſdemque verbi crebra, magnam ſaepe virtutem ſitam viderunt, ita offendere illa quenquam eo minus debet hoc in libello, cuius oratio ſcripturaeque genus imitetur conſuetudinem loquendi cotidianam. Accedit quod, ſeruato verbo ποιήσας, numeri reperiuntur leves et rotundi, ſed aſperi et hiulci, ſiue ἐπιστήσας ſubſtitueris pro eo, ſiue στήσας. Quae ipſa res argumento eſt, veram lectionem eſſe ποιήσας. Caeterum

terum Camot. Furl. vitioſe ſcriptum exhibent ἐπεγράψαι.

Μελιταῖος] Camot. μελιταιςός. Furl. μελιταςός. Caſaubono ſuſpectum erat vocabulum κλάδος, reſcribique ſuſpicabatur debere κυνὸς Μελιταίου, vel κυνίδιον Μελιταῖον, vel καλάθινος Μελιταῖος. Aſſentiebatur Caſaubono Nedhamus hactenus, vt in vocabulo κλάδος latere opinaretur nomen canis. temere. Neque enim inepti et μικροφιλοτίμου hominis eſt, Canem vocare canem eumque ſuo nomine appellare: ſed magna μικροφιλοτιμία eſt, Canem nominare κλάδον, eumque ita comparare hominibus, de quibus conſtat poëtas maxime vti vocabulo κλάδος.

ἐν τῷ Ἀσκληπίῳ] Ita Camot. et Furl. leguut, pro ἐν τῷ Ἀσκληπιῷ, quod erat in Cod. Guelf. et Trin. eſtque in Steph. reliquiſque libris editis, praeter eos, quos deinde laudabimus. Neque dubito quin Ἀσκληπίῳ ſit vera ſcriptura. Nam etſi proprie ſcribendum erat Ἀσκληπιεῖον· tamen non video, quidni contrahi in vita cotidiana dicique potuerit Ἀσκλήπιον, praeſertim quum etiam Ἀσκληπεῖον ſcriptum reperiatur, vt apud Lucianum Hermot. 37 p. 780 To. 1 in omnibus libris, aliaque eius generis vocabula eodem modo facta ſuperſint, vt Διονύσιον, Ἴσιον, Ὀλύμπιον. Vid. Fabricius biblioth. Gr. 2, 1. 7 p. 257 et ad Dion. Caſſ. p. 301 To. 1, Reimarus Addendd. ad Dion. p. 1707 To. 2, Albertus ad Heſych. p. 326 To. 1, et Salmaſius ad ſcriptt. hiſt. Aug. p. 35 Pariſ. Ita opus non eſt, vt leuitatem coniecturarum ſequamur. Nam Sylburgius quidem aut Ἀσκληπιῷ, nomen Aeſculapii, accipiendum putabat de templo, aut corrigendum ἐν τῷ Ἀσκληπιείῳ· quod Geſnero in Chreſtomathia recipere placuit. Alii, de Caſauboni ſententia, ediderunt, vt Kirchm. Helmſt. Budiſ. Suart., ἐν τῷ Ἀσκληπιοῦ· quod Sylburgio quoque in mentem veniſſe video et Pavus verum cenſebat. At id ne Graecum quidem eſſe, animaduertit Reiſquius. nam linguae ingenium legeſque ait iubere ſcribi ἐν Ἀσκληπιοῦ: vt ἐν Διονύσου apud Aeſchin. c. Cteſiph. p. 384 To. 2: εἰς Ἀσκληπιοῦ Ariſtoph. Plut. 411. Veſpp. 122: aut certe ἐν τοῦ Ἀσκληπιοῦ, vt ἐς τοῦ Τροφωνίου apud Pauſan. p. 602 Kuhn. Recte. At etiam apud Ariſtoph. Acharnn. 1220 eſt ἐς τὸν Πιττάλου· et Veſpp. 1423 εἰς τὰ Πιττάλου. Nedhamus denique in exemplo ſuo, de coniectura Caſauboni, quam Bencelius quoque probabat, exhibuit τῷ Ἀσκληπιῷ, deleta Praepoſitione, quod τοῦτον ad Aeſculapium pertineret, non ad anulum. recte. At et ſic tamen bene haberet τοῦτον, quum ex Ἀσκληπίῳ ad Pronomen τοῦτον intellegi poſſet Ἀσκληπιόν· figura ſatis nota. Geſnerus in Chreſtomathia ſcripſit τοῦτο. cuius mutationis cauſſa latebat.

στεφανῶν· καὶ] Sic recte emendarunt, Caſaubono praeeunte, Viri docti, reſtitueruntque, vt Kirchmanus, Schmidius, Nedhamus, Geſnerus, pro στεφανοῦντα· quod extat in reliquis libris, etiam in Cod. Guelf. et Trin., in quo praeterea verba ſic diſtincta erant ἐκτρίβειν· στεφανοῦντα —. Iam Lycius locum corruptum eſſe viderat, integritatemque ei reddi poſſe putabat, ſi legeretur στεφανῶν· ἅτα —. Suartio deſerere hic viſum eſt veſtigia Nedhami ducis, edereque τῷ στεφανοῦν· καὶ —. Quaſi vero maior ſit audacia, diphthongum ου mutare in ω, quam integram inſerere ſyllabam: et quaſi Graeci non ſoleant Participiis vti pro Gerundiis. Series certe verborum poſtulat Nominatiuum, neque caetera auctoris diligentia nos cogitare ſinit de ἀνακολουθίᾳ. Decepit librarium, opinor, aut Infinitiuus, cui Caſum quartum ſciret iungi, aut Accuſatiuus τοῦτον, et nota atque ſignum particulae καὶ, quod legere non poſſet. Pauus tamen malebat legi στεφανῶν· ἀλείφεσθαι —. At Copula hic quidem neceſſaria eſt neque omitti, per naturam orationis, poteſt. Sed grauior eſt Suartii error, qui verbum ἀλείφεσθαι de vnctione ſimulacri Aeſculapii, (non *Apollinei*, vt in notis legitur), accipiebat. Tum enim deberet eſſe ἀλείφειν, non ἀλείφεσθαι.

ἀλείφεσθαι ὁσημέραι] Camot. Furl. ἀλλείφεσθαι ὁσήμεραι.

[4] συνδιοικήσασθαι] Locus paullo difficilior: quam difficultatem gignit verbum συνδιοικήσασθαι· quod quid ſignificet, non ſatis apparet. neque enim reliqua, quae dicuntur, id declarant, neque alibi, quod ſciam, inuentum eſt hoc verbum. Nos quidem in Indice id interpretati ſumus ita, vt interpretatus eſt Geſnerus. Qua interpretatione admiſſa et probata, et integer locus eſt, et interpungi ita, vt interpunximus, debet. Lycius eum et Morellus non intellexerunt. ille vertit, *habitat etiam in vicinia prytanum vt ſacra populo annuntiet:* hic, *ac dubio procul ſua apud Aediles procuratione efficiet, vt populo ſacra denuntiet.* Caſaubono poſt verbum συνδιοικήσασθαι Articulus videbatur inſerendus, legendumque, συνδιοικήσασθαι τὰ παρὰ τῶν πρυτάνεων [Camot. Furl. Geſn. πρυτανέων], hoc ſenſu, *ipſe diligenter curare ſolet ea quae pertinent ad curam prytanum.* Receperunt, more ſuo, Kirchmanus et Schmidius. At deſidero ſic cum Pauo vſum Praepoſitionis παρά. Nedhamus autem putabat ſeriem ordinemque verborum debere tum eſſe hunc, συνδιοικήσασθαι τὰ παρὰ τῶν πρυτάνεων ἱερὰ, ὅπως ἀπαγγείλῃ τῷ δήμῳ. At nemo facile ſolet verborum ordinem adeo peruertere. Pavus ita interpungebat, συνδιοικήσασθαι, παρὰ τῶν πρυτάνεων ὅπως ἀπαγγείλῃ τῷ δήμῳ τὰ ἱερά, et verbum συνδιοικήσασθαι explicabat

plicabat per *ita ſe gerere, vitam ſuam inſtituere, corporis cultui proſpicere.* At offendebat me, hoc quidem in libello, talis ordo verborum: ita vt mirer, Suartium in exemplo ſuo ſequutum eſſe eandem interpungendi rationem. Sed interpretatus eſt locum aliter, *Quin etiam vna cum aliis perficiet, vt a prytanibus populo rationem ſacrificii ſignificet* Qui ſenſus an exprimi poſſit ex illis verbis, iudicent velim alii.

παρασκευασάμενος] Ita legebatur in Cod. Guelf. legiturque in Camot. Steph. Lyc. Sylb. Morel. Auber. Heinſ. Kirchm. Furl. Helmſt. Vpſ. 1, Gal. 1. 2, Geſn. Etiam in Cod. Trin. ſcriptum erat παρασκευασάμενος, ſed interpolatum παρεσκευασμένος· quod eſt in reliquis libris editis, et quod natum nobis videbatur a ſequenti verbo ἐστεφανωμένος, cui praecedens verbum ſimile eſſe debere putarent librarii. Budiſ. προσκευασάμενος. male.

ἐθύομεν οἱ πρυτάνεις] Camot. Furl. Geſn. ἐθύομεν πρυτάνεις, omiſſo Articulo. Mox pro ἄξια Reiſquius reponendum cenſebat δεξιά. ſine cauſſa.

ἐκδέχεσθε] Sic ſcripſimus cum Lugd. a. 1612, Galeo et Geſnero, quia in Cod. Guelf. et Trin. erat, vt in Steph. Lyc. Sylb. Auber. Morel. Heinſ. ἐδέχεσθε· quod Morellus quidem vertit *voſque accepiſtis bona;* ſed Lycius id mutandum rebatur in δεδέξεσθε, Auberius in δεδέξεσθαι. Kirchmanus, Schmidius, Nedhamus, etiam Suartius, receperunt δέχεσθε, de ſententia Caſauboni: quae adiuuari poſſet ſcriptura Camot. Furl., in quibus libris eſt δέχεσθαι, ni hoc, vt deinde videbimus, manifeſtum eſſet librariorum erratum. Reiſquius vtrumque, et ἐκδέχεσθε et δέχεσθε, probabat. Pauus autem praeferebat τὸ δέχεσθε, alterum putabat a correctore eſſe. recte. Sed nobis tamen cum Bencelio magis placebat lectio ἐκδέχεσθε. nam ita apparet certe, qui factum ſit, vt librarii ſcriberent ἐδέχεσθε.

ἀπιὼν] Furl. ἀπιῶν. Mox idem liber et Camot. διηγήσασθε· e quo exiſtimari licet, δέχεσθαι illud ortum eſſe neglegentia librariorum, qui ſyllabam σθαι alieno loco poſuerint.

καθ' ὑπερβολὴν εὐημερεῖ] Cod. Guelf. καθυπερβολὴν εὐημερεῖν. Etiam Camot. Furl. habent εὐημερεῖν. Nedhamus legi malebat εὐημέρει, vt eſſet Imperfectum, quod Suartius recepit. puto, temere. Leges enim linguae non ferre hic Imperfectum videbantur nobis: et natura ineptiaeque μικροφιλοτιμίας poſtulant, credo, Praeſens; quippe qui omnem ponat felicitatem iſta in re.

ΚΕΦ.

ΚΕΦ. ΚΒ

ΠΕΡΙ ΑΝΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣ

1 Ἡ δὲ ἀνελευθερία ἐστὶ περιουσία τὶς ἀπὸ φιλοτιμίας δαπάνην ἔχουσα· ὁ δὲ ἀνελεύθερος, τοιοῦτός τις οἷος νικήσας τραγῳδοῖς, ταινίαν ἀναθεῖναι ξυλίνην τῷ Διονύσῳ, ἐπιγράψας αὐτοῦ τὸ ὄνομα. καὶ ἐπιδόσεων γινομένων ἐκ τοῦ δήμου ἀναστὰς, σιωπᾶν, ἢ ἐκ τοῦ μέσου ἀπελθεῖν. καὶ ἐκδιδοὺς αὐτοῦ θυγατέρα τοῦ μὲν ἱερέιου, πλὴν τῶν ἱερῶν, τὰ κρέα ἀποδίδοσθαι. τοὺς δὲ διακονοῦντας ἐν τοῖς γάμοις οἰκοσίτους μισθώσασθαι. 2 καὶ τριηραρχῶν, τὰ τοῦ κυβερνήτου στρώματα ἀπὸ τοῦ καταστρώματος ὑποστορέννυσθαι, τὰ δὲ αὐτοῦ ἀποτιθέναι. καὶ ἐξ ἀγορᾶς δὲ ὀψωνήσας, τὰ κρέα αὐτὸς φέρειν καὶ τὰ λάχανα ἐν τῷ προκολπίῳ. καὶ ἔνδον μένειν ὅταν ἐκδῷ θοιμάτιον ἐκπλῦναι. καὶ φίλου ἔρανον συλλέγοντος, προειδόμενος, ἀποκάμψας ἐκ τῆς ὁδοῦ οἴκαδε πορευθῆναι. 3 καὶ μὴ πρίασθαι θεραπαίνας, ἀλλὰ μισθοῦσθαι εἰς τὰς ἐξόδους. καὶ ἀναστὰς τὴν οἰκίαν καλλῦναι, καὶ τὰς κλίνας ἐκκορῆσαι. καὶ καθεζόμενος παραστρέψαι τὸν τρίβωνα ὃν αὐτὸς φορεῖ.

NOTAE

περὶ ἀνελευθερίας] Furl. Ἀνελευθερία.

1 περιουσία — ἔχουσα] Si certum eſſet, id quod ab doctiſſimis interpretibus obſeruatum video, mendoſum eſſe et corruptum hunc locum: mendum putarem cum Caſaubono latere in verbis ἀπὸ φιλοτιμίας et in Participio ἔχουσα. Sed mihi, vt, quod ſentio, dicam, locus integer ſanuſque videbatur, modo legeretur περιουσία τις ἀποφιλοτιμίας δαπάνην ἔχουσα, hoc ſenſu, *inſignis quaedam contemtio honoris quae impenſas facere recuſet.* Nam quum ἔχεσθαι non raro poſitum reperiatur pro ἀπέχεσθαι· quidni ἔχειν quoque ſignificarit *abſtinere, depellere, fugare?* Ἀποφιλοτιμία autem eſt *contemtio honoris.* nam ἀπὸ in vocabulis compoſitis multis, vt ἀπόνοια et aliis, habere vim priuatiui ἀ, vt vocant, quis ignorat? Et περιουσία ἀποφιλο-

τιμίας

τιμίας dictum eſt, vt περιουσία πονηρίας *inſignis improbitas* apud Demoſth. de f. legat. p. 134 To. 2 Tayl. Nam et adiectum Pronomen τις impedit ne περιουσία accipi queat de affluentia opum et per ſe intellegitur, ἀνελευθερίαν eſſe vitium hominum opulentorum. Haec erat noſtra de hoc loco ſententia, de quo Bencelius ſibi non liquere ait in Indice. Sed coniecturae Virorum doctorum, de quibus iudicium penes lectorem eſto, hae ſunt. Caſaubonus corrigebat περιουσία τις ἀφιλοτιμίας δαπάνην φεύγουσα. Pauus autem, reiecta coniectura iſta, reſcribendum contendebat, περιουσία τις ἄνευ φιλοτιμίας δαπάνην ἐχούσης. Suartius pro ἔχουσα edidit ἐπέχουσα, et pro ἀπὸ φιλοτιμίας recepit, vt Kirchm. ac Schmid., ἀφιλοτιμίας· atque in notis oſtendit legi etiam poſſe ἀπουσία τῆς ἀπὸ φιλοτιμίας δαπάνης ἐχοῦσα. quae ſane eſt perquam inepta coniectura. Reiſquius denique nuper pro ἔχουσα reponendum docuit ἔχθουσα, totumque locum ita interpretatur *conſectatio* vel *ſtudium lucri fugiens et odio habens ſumtum ex ambitione faciendum.*

οἷος] Abeſt ab Auber. operarum ſcilicet neglegentia.

νικήσας] In Cod. Guelf. erat, vt in Camot. Steph. Lyc. Aub. Sylb. Morel. Heinſ. Lugd. a. 1612, Brunſu. Vpſ. 1. 2, Budiſ., νικῆσαι. Sed Lycius iam, et poſt eum Auberius, Sylburgius, Furlanus, et Caſaubonus, viderunt, legendum eſſe νικήσας· quod ante nos receperunt Kirchmanus, Schmidius, Galeus, Nedhamus, Suartius. recte. Leges Grammaticae ita iubent emendari: et neglegentia calami librariorum hoc in genere reliqua oſtendit originem iſtius vitii.

τραγῳδοὺς] Camot. Furl. τραγωδούς. Kirchmanus, Schmidius, etiam Galeus, ediderunt, ex auctoritate Caſauboni, τραγῳδοῖς. recte. V. Index.

ἀναθεῖναι] Cod. Trin. ἀναθῆσαι. perperam.

αὐτοῦ] Ita Cod. Guelf. et Camot. Furl. Heinſ. Lugd. a. 1612, Gal. 1, Helmſt. In reliquis libris ſcriptum eſt ἀυτοῦ.

ἐπιδόσεων] Furl. ἐπιδόθων. Scilicet in Camotiano exemplo ſyllaba σε per notam ſcripta eſt, quam legerunt male ii qui adornarunt editionem iſtam.

γινομένων ἐκ τοῦ δήμου ἀναστὰς] Ita maluimus ſcribere, quam cum Sylburgio et Reiſquio diſtinguere poſt δήμου, vel cum aliis interpungere poſt γινομένων, vt lectori liberum eſſet iudicium; praeſertim quum et ſenſus et indoles linguae videantur admittere vtramque diſtinctionem. Sed quum ἐπιδόσεις per ſe intellegatur a populo fieri, poſterior ratio praeferenda videtur priori.

σιωπῶν] Cod. Guelf. Trin. et Camot. Furl. σιωπᾶ. Vnde Nedha-

Nedhamus ſuſpicabatur legi debere σιωπῇ ἐκ τοῦ μέσου, aſſentiente Reiſquio. Suartius recepit adeo iſtam coniecturam. temere. Nam σιωπᾷ ſatis apertum certumque eſt irrepſiſſe neglegentia librariorum pro σιωπᾶν. Lycius pro ἢ corrigi volebat καί. cuius correctionis cauſſa et neceſſitas non magis apparet, quam ſuperioris iſtius.

ἀπελθεῖν] Cod. Guelf. Trin. (e quo tamen Galeus laudat ἐπελθὼν) et Camot. Steph. Lyc. Sylb. Morel. Furl. ἀπελθών. Sed reliqui libri exhibent ἀπελθεῖν· quod Lycius iam et Sylburgius, etiam Furlanus, non tantum Auberius et Caſaubonus, reponendum viderunt.

ἀυτοῦ θυγατέρα] Ita legunt Heinſ. Lugd. a. 1612, Gal. 1: etiam Cod. Guelf. In reliquis libris eſt ἀυτοῦ θυγατέρα, praeter Camot. Furl., qui habent, ſed male, ἀυτῷ. Caeterum. Kirchmanus et Schmidius ediderunt τὴν ἀυτοῦ θυγατέρα· etiam Caſaubonus ad ſcriptt. hiſt. Aug. p. 240 a, Pariſ. legit τὴν ἀυτοῦ θυγατέρα.

μὲν] Abeſt ab Kirchm.: etiam a Caſaubono d. l. omiſſam video hanc particulam. male.

πλὴν τῶν ἱερῶν] Ita auſi ſumus reſcribere pro πλὴν τῶν ἱερειῶν, quod eſt in libris antiquis omnibus, niſi quod Camot. Furl. exhibent τὴν τῶν ἱερειῶν. Auctor iſtius emendationis eſt Caſaubonus: qui etſi in Commentario primae editionis oſtenderat legendum videri πλὴν τῶν τῶν ἱερέων καὶ ἱερειῶν, et poſtea locum integrum eſſe cenſuerat, tamen in Commentario ad Vopiſcum p. 240 legit πλὴν τῶν ἱερῶν, locumque ita interpretatus eſt, *ſolet filium ſuam nuptum collocans, victimae carnes, iis exceptis quae adolentur, vendere.* Quam emendationem comprobarunt aſſenſu ſuo Pauus et Reiſquius; atque ante nos receperunt Kirchmanus et Schmidius, niſi quod in Helmſtad. legitur ἱρῶν. Alii, vt Stephanus, Lycius, Auberius, Sylburgius, malebant reſtitui ἱερέων, ita vt intellegeretur κρέα. Et Nedhamus nuper quum oſtendiſſet ſibi legendum videri πλὴν τῶν ἱερέως· Suartius coniecturae huius amore ita capi ſe paſſus eſt vt eam receperit. At tum debebat potius ſcribi πλὴν τῶν τοῦ ἱερέως.

ἀποδίδοσθαι] Camot. Furl. ἀποδιδόσθαι. In eodem libro Camot. mox eſt διακονοῦντας et εἰκοσίτας· quod poſterius mendum inde etiam in Furl. migrauit.

[2] ὑπὸ τοῦ καταστρώματος] Sic legebatur etiam in Cod. Guelf., non tantum in editionibus antiquis principibus. Sed vitioſe haud dubie. Caſaubonus igitur reſcribendum cenſebat aut ἐπὶ τοῦ καταστρώματος aut ὑπὲρ τοῦ καταστρώματος. Vtraque coniectura ſe probauit Reiſquio, et ante eum Kirchmano, Schmidio,

Schmidio, Galeo, Nedhamo et Suartio. Atque Galeus quidem cum Kirchmano et Schmidio inrulit in textum ὑπὲρ τ. κ., ſed Suartius cum Nedhamo recepit ἐπὶ τȣ̃ καταςρ. At quum non credibile ſit, trierarchum cubaſſe cum gubernarore in cataſtromare; quum ἀνελευθερίαν ex eius deſcriptione apertum ſit in eo ſitam eſſe quod trierarchus non in ſuis, ſed in alienis, ſtragulis cubet: malim cum Pauo legere ἀπὸ τȣ̃ καταςρώματος, vt ὑποςορέννυϑαι, verbum praegnans, vt vocant, ſit *ſublatas, petitas, ſtragulas ſibi ſubſternere*. V. Index. Caeterum pro ὑποςορέννυϑαι in Cod. Guelf. erat ὑποςωρεννῦϑαι· vt in Camot. et Furl. ὑποςωρεννύϑαι.

αὐτȣ̃] Cod. Guelf. Trin. et Camot. Furl. Heinſ. Lugd. a. 1612, Gal. 1 ἀυτȣ̃.

φέρειν] Cod. Guelf. et Camot. Furl. φέρει. aeque vitioſe, atque ſupra ſ. 1 σιωπᾶ.

ἐνδῷ] Camot. Sreph. Lyc. Aub. Morel. Sylb. Furl. ἐνδῶ. male. Mox Cod. Guelf. et Camot. Furl. non minus vitioſe ἐκπλύναι· quae edita exempla habent etiam φίλȣς, ita vt Salmaſius Obſeruatt. ad I. A. et R. p. 12 προϊδόμενος legit pro προειδόμενος.

3 ϑεραπαίνας] Cod. Guelf. Trin. et Camot. Furl. ϑεράπαιναν. fortaſſis vere. Caeterum in exemplo Furl. καὶ, quod eſt ante μὴ, operarum errore, loco motum eſt poſitumque ante εἰς.

ἐκκορῆσαι] Cod. Guelf. et Trin. ἐκκορῦσαι. e qua ſcriptura natum eſt haud dubie ἐκκροῦσαι, quod eſt in Camot. et Furl. Sed ἐκκορῆσαι verum eſt. Heſychius: ἐκκορȣ̃σι. — ἐκκαλλύνȣσιν. Itaque nec opus eſt vt corrigatur ἐκκορίσαι, praeſertim quum per τὰς κλίνας intellegantur lecti tricliniares, non cubiculares: nec cauſſam video idoneam, quare verba tranſponi debeant, hunc in modum, καὶ τὴν οἰκίαν ἐκκορῆσαι, καὶ τὰς κλίνας καλλῦναι· quae erat Paui ſententia. V. Index.

ΚΕΦ. ΚΓ

ΠΕΡΙ ΑΛΑΖΟΝΕΙΑΣ

1 Ἀμέλει δὲ ἡ ἀλαζονεία δόξειεν εἶναι προσδοκία τινῶν ἀγαθῶν ȣ̓κ ὄντων. ὁ δὲ ἀλαζὼν, τοιȣ̃τός τις οἷος ἐν τῷ διαζεύγματι ἑςηκὼς διηγεῖσθαι ξένοις ὡς πολλὰ χρήματα αὐτῷ ἐςιν ἐν τῇ θαλάττῃ. καὶ περὶ τῆς

ἐργα-

ἐργασίας τῆς δανειστικῆς διεξιέναι, ἡλίκη, καὶ αὐτὸς ὅσα εἴληφε. 2 καὶ συνοδοιπόρου ἀπολαύσας ἐν τῇ ὁδῷ, λέγειν ὡς μετ᾽ Ἀλεξάνδρου ἐστρατεύσατο. καὶ ὅσα λιθοκόλλητα ποτήρια ἐκόμισε, καὶ περὶ τῶν τεχνιτῶν τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὅτι βελτίους εἰσὶ τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ, ἀμφισβητῆσαι. καὶ γράμματα εἰπεῖν ὡς πάρεστι παρ᾽ Ἀντιπάτρου, τρίτον δὴ λέγοντα παραγενέσθαι αὐτὸν εἰς Μακεδονίαν. 3 καὶ διδομένης αὐτῷ ἐξαγωγῆς ξύλων ἀτελοῦς, εἰπεῖν ὅτι ἀπείρηται, ὅπως μηδ᾽ ὑφ᾽ ἑνὸς συκοφαντηθῇ. καὶ ἐν τῇ σιτοδείᾳ ὡς πλείω ἢ πέντε τάλαντα γένοιτο αὐτῷ τὰ ἀναλώματα διδόντι τοῖς ἀπόροις τῶν πολιτῶν. 4 καὶ ἀγνώστων δὲ παρακαθημένων, κελεῦσαι θεῖναι τὰς ψήφους, καὶ ποσοῦν αὐτὰς καθ᾽ ἑξακοσίους, κατὰ μίαν. καὶ προστιθεὶς πιθανὰ ἑκάστοις τούτων ὀνόματα, καὶ ποιῆσαι δέκα τάλαντα. καὶ τοῦτο φῆσαι εἰσενηνοχέναι εἰς ἐράνους αὐτόν. καὶ τὰς τριηραρχίας εἰπεῖν ὅτι οὐ τίθησιν, οὐδὲ τὰς λειτουργίας ὅσας λελειτούργηκε. 5 καὶ προσελθὼν δὲ τοῖς τοὺς ἵππους τοὺς ἀγαθοὺς πωλοῦσι, προσποιήσασθαι ὠνητιᾷν. καὶ ἐπὶ τὰς σκηνὰς ἐλθὼν, ἱματισμὸν ζητῆσαι εἰς δύο τάλαντα. καὶ τῷ παιδὶ μάχεσθαι ὅτι οὐκ ἔχων χρυσὸν αὐτῷ ἀκολουθεῖ. καὶ ἐν μισθῷ τὴν οἰκίαν οἰκῶν, φῆσαι ταύτην εἶναι τὴν πατρῴαν, πρὸς τὸν μὴ εἰδότα· καὶ ὅτι μέλλει πωλεῖν αὐτὴν διὰ τὸ ἐλάττω εἶναι πρὸς τὰς ξενοδοχίας.

NOTAE

περὶ ἀλαζονείας] Furl. *Ἀλαζονεία.*

[1] *προσδοκία*] Miror valde, ſuſpectum fuiſſe hoc vocabulum Viris doctis, quum ne minimum quidem veſtigium varietatis vſquam compareat. Nam Auberius quidem ex Ariſtotele reſtitui volebat *προσποίησις*, vel *προσποίημα*. Etiam Reiſquius ſententiam flagitare putabat *προσποίησις*. Suartius autem edidit adeo *περισσολογία*, ita tamen vt etiam *φιλοδοξία*, aut *προσδοξία*, legi poſſe exiſtimaret. At vt Suartii coniecturas ipſa linguae indoles et Grammaticae praecepta reiiciunt: ita caeterarum quoque vanitas cognoſcetur, ſpero, ex iis, quae de vocabulo *προσδοκία* dicta a nobis ſunt in Indice.

διαζέυ-

διαζεύγματι] Haec eſt omnivm librorum veterum lectio, quae etiam in Cod. Trin. reperta eſt a Galeo Nedhamoque et a nobis in Cod. Guelf. Eam Pauus putabat poſſe veram eſſe, ita vt *διάζευγμα* eſſet nomen loci: quod vocabulum nobis ignotum hodie eſſe, non debere cuiquam mirum videri, quum tanta librorum Graecorum multitudo interiiſſet. recte: et vt timiditas prudens longe praeſtat temerariae audaciae multorum noſtrae aetatis Criticorum, ita malim certe retinere *ἐν τῷ διαζεύγματι*, quam cum Furlano corrigere *ἐν τῷ διαζώματι*, vel *ἐν τῷ ἀναζεύγματι* cum Auberio. At quia tamen ea quae Theophraſtus hominem *ἀλαζόνα* loquentem facit, ab omni parte conueniunt in locum Piraeei eum qui vocatur *δεῖγμα*· non video quidni legi poſſit *ἐν τῷ δείγματι*, cum Caſaubono et Salmaſio [de foen. trapez. p. 556]: quam lectionem probavit etiam Bencelius, et nuper Duquerus ad Ariſtoph. Equitt. 975, receperuntque, poſt Kirchmanum ac Schmidium, Nedhamus et Suattius.

αὐτῷ] Sic Lycius iam et Morellus, ante Caſaubonum, legendum monuerunt: neque aliter legit Salmaſius d. l. Quam emendationem quum res ipſa confirmet, nec nos eam recipere dubitauimus poſt Kirchmanum, Schmidivm, Galeum, Nedhamum, et Suartium; qui tamen cum Nedhamo edidit *αὐτῷ*. Praecedens vocabulum *ξένοις* peperit haud dubie alteram lectionem *αὐτοῖς*, quae erat in Cod. Guelf. eſtque in libris editis reliquis: fere vt c. 3, 2 *μυστηρίοις μεγίστοις δᾷδα* in Cod. Gal. 1 ſcriptum erat pro *μυστηρίοις μεγίστην δᾷδα*.

τῆς ἐργασίας τῆς δανειστικῆς] Ita edidimus auctoritate Cod. Guelf. et Trin. Legitur tamen iam ſic in omnibus editionibus, ante aetatem Caſauboni adornatis, vt Camot. Steph. Lyc. Aub. Morel. Sylb., etiam Furl. et Kirchm. Reliqui libri habent *τῆς ἐργασίας δανειστικῆς*· pro quo Reiſquius iubebat legi *τῆς δανειστικῆς ἐργασίας*.

ἤλγφε] Salmaſius d. l. legit *ἤλκυσε*· neſcio ex ingenio, an fide et auctoritate libri alicuius. Omiſſum etiam ab eo, vel potius ab operis, eſſe video vocabulum *ἡλίκη*.

2 *μετ' Ἀλεξάνδρου*] Haec erat coniectura Auberii: quam quum certam veramque eſſe oſtendiſſet Caſaubonus: eam receperunt, more ſuo, Kirchmanus et Schmidius. Idem poſtea factum eſt ab Nedhamo Suartioque, et antea ab Galeo: niſi quod Galeus cum Kirchmano et Schmidio ſcripſit *μετὰ Ἀλεξάνδρου*. Itaque nec nos dubitauimus eam ipſam emendationem recipere. Sylburgius legi iubebat *μετὰ Κασάνδρου*. per ſe non male. At priorem illam lectionem ad-

iuuant ſequentia verba ἐν τῇ Ἀσίᾳ [v. Index], et res ipſa. nam ſic magis extant apparentque ineptiae oſtentatoris hominiſque glorioſi. In reliquis libris eſt μετ' ἐυάνδρυ.

ἐκόμισε] Reiſquius corrigebat ἐκομίσατο. qua emendatione non credo opus eſſe. Certe Actiua et Media non raro permutantur ab optimis diligentiſſimiſque ſcriptoribus, vt ἀπαλλάττειν c. 8 pro ἀπαλλάττεσθαι et alia plura.

ὅτι βελτίυς] Marg. Aub. εἰ βελτίυς. ſine vlla cauſſa.

τρίτον δὴ λέγοντα] Si ſcriptura haec eſt integra, vt eſt certe: ſenſus eſt, *ipſum cum aliis duobus veniſſe in Macedoniam.* Quam formam loquendi egregie vindicarunt et illuſtrarunt, praeter alios, Vueſſelingius ad Diod. Sic. p. 330 To. 2 et Doruillius ad Chariton. p. 103 ſ. Sed, ne quid diſſimulem, erat quum vehementer arridere nobis coniectura Lycii et Auberii, qui reſcribendum docuere τριταῖον. Etiam Caſaubonus auctor eſt, ſe in Codicibus quibuſdam annotatam inueniſſe lectionem illam. Sed intellegit haud dubie Auberii exemplum, cuius in margine extat τριταῖον. Eandem emendationem ſe video Pauo quoque et Nedhamo probaſſe. Caeterum in Cod. Trin. eidem Nedhamo videbatur ſcriptum fuiſſe λέγον. Scilicet prima ſyllaba ſequentis verbi aures librarii fefellit, vt omitteret ſyllabam τα· niſi forte ſcriptum fuit λέγον". Nam coniectura Galei, qui emendari volebat τρίτον δὲ λέγειν παραγ. ἀυτὸν —, non eſt vnius aſſis.

ἀυτὸν] Vpſ. 1 ἀυτόν. male.

3 ἀυτῷ] Nedh. Suart. ἀυτῷ.

ἐξαγωγῆς ξύλων ἀτελῆς] Camot. ἐξαγωγῆς — ἀπελῆς· quod poſterius vitium neque ex Furlani exemplo ſublatum video. Caeterum pro ξύλων Lycius legendum ſuſpicabatur σύκων, quod ipſe de vetita lignorum exportatione nihil legiſſet apud veteres. non accedo. Etſi enim e verbis iſtis cogi poteſt, vetitam fuiſſe Athenis exportationem materiae: ſedes tamen ἀλαζονείας, credo, eſt in vocabulo ἀτελῆς.

μηδ' ὑφ' ἑνὸς] Cod. Guelf. et Furl. μηδ' ὑφενός. Camot. μὴ δ' ὑφενός.

ἐν τῇ σιτοδείᾳ] In omnibus libris, et ſcriptis et editis antiquis, legitur ἐν τῇ σποδίᾳ· quod vocabulum aliis genuinum viſum eſt et ab manu Theophraſti profectum: alii in locum eius ſubſtituendum aliud cenſuerunt. Atque in horum quidem numero fuere Auberius, Sylburgius, Caſaubonus. Auberius in margine exempli ſui poſuit ἐν ταῖς σπονδαῖς *in ſacrificiis.* At nimis longe recedit, vt de aliis taceam, haec lectio ab veſtigiis ſcripturae Vulgatae. Sylburgius reponendum arbitrabatur aut πορείᾳ, aut ἀποδημίᾳ, aut ſimile quid,

quid, hoc ſenſu, *ſe in itinere quinque talenta et amplius in egenos ciues ſecum reuertentes, aut in itinere relictos, impendiſſe.* At haec coniectura magis etiam laborat iſto quod modo notauimus, vitio, quam Auberiana, neque res ipſa eam admodum adiuuat. Certe Caſauboni nares fuerunt multo acriores. is emendandum docuit σιτοδείᾳ. quam emendationem praeterquam quod ſententia loci confirmat, commendat etiam ſimplicitas non quaeſita. nam ſyllabas ΣΠΟ et ΣΙΤΟ quam facile potuerint librariorum oculi confundere, quis non videt? Littera Ι autem et diphthongus ΕΙ hoc in genere vocabulorum innumeris locis permutatae reperiuntur ab iiſdem hominibus. Auſi igitur ſumus recipere σιτοδείᾳ cum Kirchm. Schmid. Gal. Nedh. Suart. Neque enim videbamus, quare verba ὡς πλείω ἢ πέντε τάλαντα impedire quenquam deberent, ne aſſentiretur Caſaubono: quaſi ſumma haec minor eſſet quam qua iactare ſe potuiſſet homo glorioſus. Accedit quod nullus e Vulgata ſcriptura exprimi ſenſus poteſt commodus, quocunque etiam modo verba interpretere. Furlanus enim etſi volebat reponi συσσιτίᾳ, tamen putabat etiam retineri poſſe σποδιᾷ, modo legeretur καὶ ὡς πλείω — et interpungeretur poſt σποδιᾷ, ita, *etiamſi ſibi facultas facta fuerit immuniter exportandi ligna quae vellet, noluiſſe tamen, ne vel in cinere eſſet calumniandi locus.* Aeque longe petita eſt interpretatio Paui, qui ἐν τῇ σποδιᾷ dictum opinabatur pro εἰς τὴν σποδίαν, et σποδίαν volebat ſignificare *carbones viliſſimos quibus cinis admixtus et ſomeſos pleroſque.* At nec σποδίαν credo in vita communi apud Athenienſes ſic vſurpatum eſſe, nec genus liberalitatis iſtud tum in vrbe viguiſſe. Eadem de cauſſa diſplicet opinio Lycii qui ſignificari putabat puluerem in abacum conſperſum, in quo figurae deſcriptae fuiſſent. Quid enim hic puluis ad ciues ἀπόρυς? Morellus denique totum locum ita reddidit Latine, *et cum ad focum aſſidet, memorat plus quam quinque talenta ſibi ſupereſſe tametſi impenſas fecerit pro ciuibus egenis.* Qui ſenſus e verbis Graecis exprimi nullo modo poteſt. Caeterum Bencelius edidit ἐν τῇ * σποδίᾳ, quaſi deeſſet aliquid.

αὐτῷ] Nedh. Suart. αὑτῷ. Mox Camot. διδόντι.

4 τὰς ψήφυς] Lyc. τὺς ψήφυς. vitioſe.

θεῖναι τὰς ψήφυς — κατὰ μίαν] Locus eſt haud dubie integer neque corruptus. Nam oſtentator iubet alios ponere calculos ſexcentos, et laudat totidem homines, quorum aliam cuique ſtipem dederit, ita vt ſingulis calculis reſpondeant ſingulae, ſed diuerſae,

ſummae, quae efficiant talenta decem. Sed ſi quis tamen cum Salmaſio [de Vſuris c. 3 p. 63] pro *κατὰ μίαν*, quae erat etiam Cod. Guelf. lectio, reponere malit *κατὰ μνᾶν*, vt homo glorioſus dicat ſe ſingulis dediſſe minas ſingulas (nam minae ſexcentae faciunt talenta decem): nolim ego me interponere tribunus. Beucelius quidem in textum recepit *κατὰ μνᾶν*, etiam Suartius, qui eam in notis ſuam vocat coniecturam. Caeterum Auberii audacia plane intolerabilis eſt. is totum locum, verbis tranſpoſitis, ita conſtituebat, *θεῖναι τὰς ψήφους, καθ' ἑξακοσίους κατὰ μίαν· καὶ προστιθεὶς αὐτὸς πιθανὰ τούτων ὀνόματα, καὶ ποσὸν, ἑκάστοις, ποιῆσαι δέκα τάλαντα.*

ποσοῦν] Furlanus coni. *ποιῆσαι*. temere.

ἑκάστοις] Pauus rectius legi putabat *ἑκάσταις*· quod referretur ad *ψήφους*. Abdicit *ὀνόματα*. Nobis igitur Vulgata lectio vera videbatur.

καὶ ποιῆσαι] Caſaubonus delendam cenſebat, vt Furlanus, particulam *καί*. quam eius auctoritatem ſequuti Kirchmanus, Schmidius, Nedhamus, Suartius, eiecere illam particulam. Contra ea Pauus retineri iubebat eandem, quod verba *καὶ ποιῆσαι* — cohaererent cum ſequentibus verbis *καὶ τοῦτο φῆσαι* —. nam ait ita interpungi debere, *καὶ ποιῆσαι δέκα τάλαντα, καὶ τοῦτο φῆσαι* —. Et ſic iam Schmidius, et ante eum Salmaſius [de Vſuris p. 63], interpunxit. legit enim totum locum ita, *καὶ ἀγν. δὲ παραχ. κελεῦσαι θεῖναι τὰς ψήφους, καὶ ποσοῦν αὐτὰς καθ' ἑξακοσίους, κατὰ μνᾶν, καὶ προστ. πιθ. ἑκάστοις τούτων ὀνόματα καὶ ποιῆσαι δέκα τάλαντα, καὶ τοῦτο φῆσαι εἰσ.* —. Nobis ratio Caſauboni magis placebat.

τοῦτο] Marg. Auber, *τοσοῦτο.* ſine cauſſa. Quidni enim *τοῦτο* recte poſſit ſequi verba *δέκα τάλαντα*?

φῆσαι] Ita pro *φήσας* legendum et Lycius Caſaubonusque viderunt et ſeries orationis docet. Nam aliis quoque locis huius libelli permutarunt librarii Participia et Infinitiuos. Ante nos editum eſt *φῆσαι* ab Kirchmano, Galeo, Schmidio, Nedhamo, Suartio: quos ſequi ob eas, quas commemorauimus cauſſas, placuit.

εἰσενηνοχέναι] Camot. *εἰ συνηνοχέναι*. Idem liber et Furl. vitioſe exhibent, vt Cod. Guelf. et Trin., *αὐτῶν* pro *αὐτόν*.

οὐδὲ τὰς λειτουργίας] Caſaubonus putabat legendum videri poſſe *οὐδὲ τὰς ἄλλας λειτουργίας*. recte. At nec altera ratio exemplis caret, vt ipſe Caſaubonus monuit. Qua ex re intellegitur ſimul, c. 11 lectionem *ἢ τὰ μύρτα* non omnino reiici poſſe propterea, quod ſequatur *ἢ τὰ ἀκρόδρυα*.

5 *προσελθὼν δὲ τοῖς τοὺς ἵππους*] Etiam hic locus eſt in numero

ro eorum qui in libris veteribus virioſe ſcripti exhibentur. Nam in iis omnibus legitur *καὶ προσελθὼν δ' εἰς τȣ̀ς ἵππȣς τȣ̀ς ἀγαθȣ̀ς πωλȣ̃σι·* in quibus verbis neque conſtructio vlla eſt neque ſenſus. Nobis igitur viſum eſt recipere; reclamante quamuis Bencelio, certiſſimam Sylburgii coniecturam, quam iam in Vpſ. 1 receptam video. Quis enim non intellegit, quam facile potuerit fieri, vt aures librariorum imperitae iuberent manus ſcribere *δ' εἰς* pro *δὲ τοῖς*. Auberius volebat legi *καὶ προσελθὼν τοῖς τȣ̀ς ἵπ. — πωλȣ̃σι*, aſſentientibus Reiſquio et Suartio, qui intulit in contextum. At *καὶ προσελθὼν δὲ* magis redolet rationem Theophraſteam. Sed quum quid nobis placeret oſtenderimus: deinceps reliquas Virorum doctorum coniecturas afferemus. Stephanus emendabat, *καὶ προσ. δ' εἰς τȣ̀ς — πωλȣ̃ντας*, probantibus Lycio, Furlano, et Morello qui recepit. At repugnat ingenium linguae, quod verbo *προσελθὼν* non patitur ſic addi particulam *εἰς*. Meurſius [Lectt. Att. 6, 24] contendebat corrigendum, *καὶ προσελθὼν δ' εἰς τȣ̀ς ἵππȣς, τȣ̀ς μεγίςȣς πωλȣ̃σι προσποιήσασθαι ὠνητιᾶν.* Pro *τȣ̀ς μεγίςȣς* reponi debet *τȣ̀ς ἀγαθȣ́ς*. Certe Meurſius alibi [Ceram. gem. c. 16 p. 63] legit *εἰς τȣ̀ς ἵππȣς, τȣ̀ς ἀγαθȣ̀ς πωλȣ̃σι.* quae erat etiam coniectura Paui. At diſplicet non vna de cauſſa. nam nec *προσελθὼν εἰς* dici poſſe videtur, nec *προσποιήσασθαι πωλȣ̃σι·* etiam *τȣ̀ς ἀγαθȣ̀ς* ſimpliciter poſitum offendit non minus, quam vocabulum *ἵπποι*, cui duplex notio ſubiicitur, contra ſimplicitatem orationis Theophraſteae. Atque ex his iudicium fieri poterit ſponte de coniecturis reliquis. Caſaubonus enim, qua erat fecunditate ingenii et ſolertia, viam triplicem oſtendit, qua ferri poſſet auxilium loco Theophraſti. Legi iubebat, aut *καὶ προσελθὼν δ' εἰς τȣ̀ς ἵππȣς ȣ̃ τȣ̀ς ἀγαθȣ̀ς πωλȣ̃σι·* quod receperunt Kirchmanus et Schmidius, ipſius Caſauboni auctoritate, qui hanc coniecturam praeferebat reliquis: aut *ȣ̃ τȣ̀ς ἵππȣς τȣ̀ς ἀγαθȣ̀ς —*: aut denique *καὶ προσελθὼν ὡς τȣ̀ς ἵππȣς τȣ̀ς ἀγ. πωλȣ̃ντας.* Galeus denique, praeeunte Cod. Trin., ita interpungi volebat *καὶ προσ. δ' εἰς τȣ̀ς ἵππȣς τȣ̀ς ἀγαθȣ̀ς, πωλȣ̃σι —.* quam interpunctionem expreſſit in ſuo exemplo Bencelius: ſed quae nec propterea ferri poteſt, quia Attici forum equinum nominant quidem *ἵππȣς*, verum ſimpliciter, nullis Adiectiuis additis. Caeterum Camot. habet *πολȣ̃τι·* et Furl. *πολȣ̃σι.*

ἐπὶ τὰς κλίνας] Kirchm. et Schmid: *ἐπὶ τὰς σκηνὰς*, quae erat coniectura Caſauboni haud dubie vera. Nam etſi Meurſius [Lectt. Att. 6, 24] lectionem Vulgatam tueri conatus eſt, quod *κλίνη* idem eſſet quod *σκηνή·* dubito tamen an id intellegi poſſit e gloſſa Heſy-

 chii,

chii, quam laudat, hac: κλισία· κλίνη, σκηνή. Certe σκηναὶ ab Atticis paſſim commemorantur, non item κλίσιαι. Demoſth. de cor. p. 535 To. 2 τὰς τε ἐκ τῶν σκηνῶν τῶν κατὰ τὴν ἀγορὰν, ἐξεῖργον καὶ τὰ γέῤῥα ἐνεπίμπρασαν.

ὐκ ἔχων — ἀκολυθεῖν] Reiſquius ait ſe locum hunc vindicaſſe et expoſuiſſe. Miſcell. Lipſſ. Nouu. To. 6. Quem librum etſi inſpicere tum quum haec ſcripſimus, non licuit: ſperabamus tamen, ea quae diſputaſſet ibi Vir doctiſſimus, non repugnare iis quae dixit in Emendatt. ad Chariton. [A 2, b]: vbi contendit pro νῦν τῷ legendum eſſe νῦν τῳ, et Infinitiuum ἀκολυθεῖν pendere ab omiſſo verbo ἐτόλμησας. Miror ſane modeſtiam timiditatemque Viri, ſat alias audacis crudelisque. Nobis quidem et νῦν τῳ inepte languere videbatur, nec ellipſis iſta in oratione tam ſimplici et placida probari vllo modo poteſt. loquitur enim Theophraſtus, non homo glorioſus ipſe, cuius animo, qui commotus videri velit, abruptam orationem dignam eſſe putare quis poſſit. Locus dubio procul corruptus eſt. In Cod. Guelf. et Trin. erat ὐκ ἔχων χρυσὸν αὐτῷ ἀκολυθεῖν. quae eſt ipſa Camot. et Furl. lectio. nam νῦν τῷ eſt ab Stephano, e cuius editione venit in reliquas. Vnde Nedhamus ſcribendum vidit ὅτι ὐκ ἔχων χρυσὸν αὐτῷ ἀκολυθεῖ. Quae coniectura nobis videbatur omnibus aliis praeferenda, cum quia conuenit cum legibus linguae [c. 14], tum quoniam particula ὅτι facile potuit omitti ab librariis, qui etiam aliis locis Infinitiuum commutarunt cum Indicatiuo. Nam Suartius edidit, ex ingenio, ὅτι [operae neglegentes dederunt ὑτι] ὐκ ἔχων χρυσὸν αὐτῷ ἀκολυθοίη. At leges Grammaticae reſpuunt ſic Optatiuum. Auberius emendabat ὐκ ἔχοντι χρυσὸν νῦν ἐν τῷ ἀκολυθεῖν. Languet νῦν, nec Graecum ſic arbitror eſſe ἐν τῷ ἀκολυθεῖν. Caſaubonus iubebat reſcribi ὐκ ἔχοντι χρυσὸν ἐν τῷ ἀκολυθεῖν· cui paruerunt Kirchmanus et Schmidius. Hemſterhuſius [ad Polluc. 9, 91] corrigebat ὐκ ἔχοντα χρυσὸν αὐτῷ ἀκολυθεῖν. Pauus denique nuper reponendum contendit ὐκ ἔχων χρυσὸν νῦν ὅτι ἀκολυθεῖ. At ſic particula καὶ loco alieno, non ſuo, collocata apparet.

ἐν μισθωτῇ οἰκίᾳ] Ita Caſaubonus ſcriptum inuenit in libris Palatinis, et poſt eum Kirchm. Helmſt. Vpſ. 1. 2, Gal. 1. 2, Budiſ. recepere. Sed in Cod. Guelf. Trin. et Camot. Steph. Lyc. Aub. Sylb. Morel. Furl. Nedh. Suart. eſt ἐν μισθῷ τὴν οἰκίαν. recte. Heinſ. Lugd. a. 1612, Brunſu. Pau. μισθωτῇ οἰκίᾳ. quae lectio deberi videtur, vt e notis Caſauboni patet, operarum neglegentiae. Ioh. Boiſius [Collat. vet. interpr. p. 515] malebat μισθωτὴν οἰκίαν· quae lectio Nedha-

Nedhamo etiam et Bencelio placebat. Ego vero nec ſcripturam Codicum Palatinorum ineptam ducebam. nam librarii, praeſertim quum manus eorum et aures ſequerentur dictantis vocem, non raro vocabula coniungenda diſiunxere, et Accuſatiuos pro Datiuis, locis innumeris, inculcarunt: adeo vt facile intellegatur quomodo naſci potuerit ſcriptura ἐν μισθῷ τὴν οἰκίαν. Locus Xenophontis [Sympoſ. 4, 4], quem Nedhamus laudauit ad eam ſtabiliendam, corruptus et ipſe videtur. nam pro ἐν μισθῷ αὐταῖς οἰκοῦσι Stephanus corrigebat μισθῷ ἐν αὐταῖς οἰκοῦσι, et Portus ἐν μισθωταῖς οἰκοῦσι. At nobis ἐν μισθῷ αὐτὰς legendum videbatur.

φῆσαι] Furl. φήσας. Camot. φῆσας. vnde erratum eſſe librarii patet.

πατρῴαν] Pauus in Camot. dicit eſſe πρῴαν. Ego vero in meo inueni exemplari πατρῳᾶν. In Furl. tamen eſt πρῳᾶν. Morel. et alii quidam exhibent πατρῷαν.

καὶ ὅτι] Emendatio haec debetur ingenio Caſauboni: quam nos poſt Kirchmanum Schmid. Nedh. Suart. recipere eo minus dubitauimus, quum res ipſa eam ſtabiliat confirmetque, etiam Pauo fatente. In caeteris libris eſt διότι, quod Lycius et Auberius in ὅτι mutandum cenſebant.

πωλεῖν] Camot. πολεῖν. Mox Kirchm. διὰ τὰς ἐλάττω. vitioſe. Caeterum deſinebant hic Codd. Guelf. et Trin., deſinuntque libri editi ante Caſaubonianam editionem ſecundam omnes, etiam Kirchm. In Lugd. a. 1612, Brunſu. Vpſ. 1 et Gal. 1. 2, ad calcem huius Capitis, iſta leguntur, Μέχρι τοῦδε αἱ πρὶν ἐκδόσεις· τὰ δὲ ἑξῆς νῦν τὰ πρῶτα ἐξεδόθη. Nam quinque quae ſequuntur Capita edita ſunt primo e libris bibliothecae Palatinae ab Caſaubono, vt diximus in Praefatione.

ΚΕΦ. ΚΔ

ΠΕΡΙ ΥΠΕΡΗΦΑΝΙΑΣ

1 Ἔστι δὲ ὑπερηφανία καταφρόνησίς τις πλὴν αὐτοῦ τῶν ἄλλων. ὁ δὲ ὑπερήφανος τοιόσδέ τις, οἷος τῷ σπεύδοντι ἀπὸ δείπνου ἐντεύξεσθαι φάγειν ἐν τῷ περιπατεῖν. καὶ εὖ ποιήσας, μεμνῆσθαι φάσκειν ἐν ταῖς ὁδοῖς καὶ βιάζειν, καὶ προσελθεῖν πρότερος οὐδενὶ θελήσας. καὶ τοὺς πωλοῦντάς τι καὶ μεμισθωμένους δεινὸς κελευ-

κελεῦσαι ἥκειν πρὸς αὐτὸν ἅμ' ἡμέρᾳ. καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς πορευόμενος μὴ λαλεῖν τοῖς ἐντυγχάνουσι, κάτω κεκυφώς. 2 ὅταν δὲ αὐτῷ δόξῃ, ἑστιᾶν τοὺς φίλους, αὐτὸς μὴ συνδειπνεῖν, ἀλλὰ τῶν ὑφ' αὑτὸν τινὶ συντάξαι αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι. καὶ προαποστέλλειν δὲ ἐπὰν πορεύηται τὸν ἐροῦντα ὅτι ἔρχεται. καὶ οὔτε ἐπ' ἀλειφόμενον αὐτὸν οὔτε ἐσθίοντα ἐᾶσαι ἂν εἰσελθεῖν. 3 Ἀμέλει δὲ καὶ λογιζόμενος πρός τινα, τῷ παιδὶ συντάξαι τὰς ψήφους διωθεῖν. καὶ κεφάλαιον ποιήσαντι, γράψαι αὐτῷ εἰς λόγον. Καὶ μὴν ἐπιστέλλων μὴ γράψαι, ὅτι χαρίζοιο ἄν μοι, ἀλλ', ὅτι βούλομαι γενέσθαι. καὶ ἀπέσταλκα πρός σε ληψόμενος· καὶ, ὅπως ἄλλως μὴ ἔσται, καὶ, τὴν ταχίστην.

NOTAE

[1] αὐτοῦ] Heinſ. Brunſu. Vpſ. 1, Budiſ. αὑτοῦ.

οἷος τῷ σπεύδοντι] Ita edidit e Codicibus Palatinis Caſaubonus: neque Pauus quid deſiderari hac in ſcriptura iure poſſit, videre ſe ait, modo ſic interpungatur, οἷος τῷ σπεύδοντι ἀπὸ δείπνου ἐντεύξεσθαι. φάγειν ἐν τῷ περιπατεῖν. καὶ εὖ-ποιήσας, μεμνῆσθαι φάσκειν ἐν ταῖς ὁδοῖς, καὶ βιάζειν καὶ προσελθεῖν, πρότερος οὐδενὶ θελήσας· intell. προσελθεῖν, *et cogere vt etiam ad ſe accedat, prior ad quenquam accedere nolens.* recte. At quia φάγειν ἐν τῷ περιπατεῖν magis abiecti hominis eſt atque agreſtis quam ſuperbi: quia Theophraſtus dixiſſet haud dubie καὶ φάγειν ἐν τῷ περιπατεῖν· malim legere, vt Nedhamus edidit, οἷος τῷ σπεύδοντι ἀπὸ δείπνου ἐντεύξεσθαι φάσκειν ἐν τῷ περιπατεῖν, hoc ſenſu, *ſe velle ei ſui copiam facere a coena inter ambulandum.* nam non neceſſe eſt, quae erat opinio Caſauboni, poſt σπεύδοντι inſeri verba ἐντυγχάνειν αὐτῷ· quae tamen Schmidius recepit non minus quam φάσκειν pro φάγειν. Sed ſi quem offendat repetitio verbi φάσκειν in duobus verſibus ingrata: is per me poteſt delere alterum φάσκειν poſt verbum μεμνῆσθαι. Nam non dubito quin φάσκειν adſcriptum a quodam fuerit margini, quo oſtenderet, pro φάγειν legendum eſſe φάσκειν, ſicque irrepſerit, alieno loco, in textum. Sed tum interpungi debet poſt βιάζειν, vt καὶ ſit *adeo.* Atque ex hactenus diſputatis intellegetur ſponte, quid nobis videatur de caeteris virorum doctorum emendationibus. Reiſquius enim pro ἀπὸ δείπνου corrigi iubebat ἐπὶ δεῖπνον *properan-*

perantem ad coenam conuenire: reliqua recte ſe habere exiſtimabat. Repugnat vero, praeter caetera, puto, Fut. ἐντεύξεσθαι. Suartius paullo audacior edidit οἷος τε σπεύδων τι πρὸ δείπνου ἐντεύξεσθαι φαγεῖν ἐν τῷ περιπατεῖν, hoc ſenſu, *ſi ante coenam properet, iubebit ſuos inter ambulandum edere.* Clotius nuper legi volebat καὶ εὖ ποιήσας μεμνῆσθαι βιάζειν. nam καὶ ait intendere, φάσκειν ortum eſſe e φάγειν ſcribarum neglegentia, ſenſumque eſſe, *etiam in viis coget meminiſſe.* Num voluit ab operis ſcribi, καὶ εὖ ποιήσας μεμνῆσθαι καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς βιάζειν? Caeterum in Heinſ. eſt σπευ ἀπὸ —: et in margine, vt in marg. Lugd. 1612 et Helmſt., ſunt ſigna aſteriſci duo. Bencel. autem edidit οἷος — ἐντεύξεσθαι * φάγειν —.

καὶ βιάζειν] Suartius particulam καὶ incluſit vncis.

θελήσας] Si interpungas ita, vt Pauus interpungi voluit, Participium recte habet. Alias reponi debet θελῆσαι, de ſententia Caſauboni et Reiſquii. Receperunt Nedhamus, Suartius, et in exemplo ſecundo Galeus. nam in editione prima ſcripſerat θελῆσαι· quae erat ipſa Caſauboni coniectura. Schmidius ſeruauit θελήσας, ſed coërcuit vncis.

πωλοῦντάς τι] Helmſt. πωλοῦντάς τε. vitioſe. Mox pro καὶ μεμισθωμένους Caſaubonus reſtituendum cenſebat ἢ μεμισθ. aut certe dicendum, καὶ habere vim particulae ἤ. Cuius rei cauſſam reperire idoneam non poteramus.

2. ἀυτῷ] Nedh. Suart. αὑτῷ. In notis Caſauboni ad Sueton. Aug. 76 edit. Graeu. a. 1691 legitur hic locus, ſed, credo, operarum errore, ita, ὅταν δὲ ἀυτῷ δόξῃ ἑστιᾷν τοῖς φίλοις, ἀυτὸς μὴ συνδειπνεῖν, ἀλλὰ τῶν ὑφ᾽ ἀυτὸν τινι συντάξει ἀυτῶν ἐπιμελεῖσθαι.

ἀλειφ. ἀυτὸν] Nedh. Suart. ἀλειφ. αὑτόν. Mox pro ἐᾶσαι Heinſ. Lugd. a. 1612, Brunſu. Vpſ. 1. 2, Gal. 1. 2, Helmſt. ἐάσαι. male.

3 διωθεῖν] Pauus corrigebat διοικεῖν *rationes inire, computum inſtituere.* Magis placebat altera eiuſdem coniectura, quum pro γράψαι ἀυτῷ docuit reſcribendum eſſe αὐτό. Idem venit in mentem Suartio, qui etiam ἀυτὸν reponi poſſe arbitrabatur.

ΚΕΦ. ΚΕ

ΠΕΡΙ ΔΕΙΛΙΑΣ

1 Ἀμέλει δὲ ἡ δειλία δόξειεν ἂν εἶναι ὕπειξις τῆς ψυχῆς ἔμφοβος. ὁ δὲ δειλὸς τοιοῦτός τις, οἷος πλέων,

τὰς ἄκρας φάσκειν ἡμιολίας εἶναι· καὶ κλυδωνίȣ γενομένȣ ἐρωτᾷν εἴτις μὴ μεμύηται τῶν πλεόντων. καὶ τȣ͂ κυβερνήτȣ ἀνακόπτοντος πυνθάνεσθαι εἰ μεσοπορεῖ. καὶ τί δοκεῖ αὐτῷ τὰ τȣ͂ θεȣ͂; καὶ πρὸς τὸν παρακαθήμενον λέγειν, ὅτι φοβεῖται ἀπὸ ἐνυπνίȣ τινός. καὶ ἐκδὺς διδόναι τῷ παιδὶ τὸν χιτωνίσκον· καὶ δεῖσθαι πρὸς τὴν γῆν προσάγειν αὐτόν. 2 καὶ στρατευόμενος δὲ προσκαλεῖν πάντας πρὸς αὐτὸν καὶ στάντας πρῶτον περιϊδεῖν, καὶ λέγειν ὡς ἔργον διαγνῶναί ἐστι πότερόν εἰσιν οἱ πολέμιοι. καὶ ἀκȣ́ων κραυγῆς, ὁρῶν πίπτοντας, εἰπεῖν πρὸς τȣ̀ς παρεστηκότας, ὅτι τὴν σπάθην λαβεῖν ὑπὸ τῆς σπȣδῆς ἐπελάθετο. καὶ τρέχειν ὑπὸ τὴν σκηνὴν, τὸν παῖδα ἐκπέμψας, κελεύειν προσκοπεῖσθαι πȣ͂ εἰσιν οἱ πολέμιοι, καὶ ἀποκρύψας αὐτὴν ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον, εἶτα διατρίβειν πολὺν χρόνον. 3 καὶ ἐν τῇ σκηνῇ ὁρῶν τραυματίαν προσφερόμενον τῶν φίλων, προσδραμεῖν, καὶ θεωρεῖν κελεύειν. καὶ τȣ͂τον θεραπεύειν, καὶ περισπογγίζειν, καὶ μύιας σοβεῖν, καὶ πᾶν μᾶλλον ἢ μάχεσθαι τοῖς πολεμίοις. καὶ τȣ͂ σαλπιστȣ͂ πολεμικὸν σημήναντος καθήμενος ἐν σκηνῇ, Ἄπαγ' ἐς κόρακας, ȣ̓κ ἐάσεις τὸν ἄνθρωπον ὕπνȣ λαβεῖν πυκνὰ σημαίνων. 4 καὶ αἵματος δὲ ἀνάπλεως ἀπὸ τȣ͂ ἀλλοτρίȣ τραύματος, ἐντυγχάνειν τοῖς ἐκ τῆς μάχης ἐπανιȣ͂σι, καὶ διηγεῖσθαι ὡς κινδυνεύσας ὡς σέσωκε τῶν φίλων. καὶ εἰσάγειν πρὸς τὸν κατακείμενον σκεψόμενος τȣ̀ς φυλέτας, τὸν δῆμον. καὶ τȣ́των ἅμα ἑκάστῳ διηγεῖσθαι ὡς αὐτὸς αὐτὸν ταῖς αὐτȣ͂ χερσὶν ἐπὶ σκηνὴν ἐκόμισεν.

NOTAE

1 δόξειεν] Heinſ. δόξειν. errore operarum.

ἡμιολίας] Suartius edidit ἀνεμωλίȣς, quod ἡμιολίας obſcurum eſſet et fortaſſe nihili nomen. vtrumque temere. Sed etiam hoc exemplum monere quemque poteſt, quam praeſtet, inſcitiam potius et paupertatem Graecam agnoſcere ſuam, quam mutare ſtatim ignota, et conturbare omnia in libris veterum.

ἀνακρ-

ἀνακόπτοντος] Bencelius ſuſpicabatur legendum *ἀνακόπτειν κελεύοντος*, quae duo verba librarii coëgiſſent in vnum. vnde etiam edidit *ἀνακόπτοντος* * *αἰσθάνεσθαι.* inſcite. Nam quis neſcit, quam ſaepe is, cuius iuſſu et auctoritate aliquid fit, id facere ipſe dicatur?

πυνθάνεσθαι] Caſaubonus repererat in Codicibus ſuis *αἰσθάνεσθαι·* quod etſi in exemplis ſuis retinuit, tamen in notis legendum monuit *πυνθάνεσθαι*, aſſentientibus Nedhamo et Reiſquio. Receperunt ante nos Schmidius, Suartius, et Geſnerus in Chreſtomathia. In Lugd. a. 1612 et Heinſ. in marg. eſt nota aſteriſci.

μεσοπορεῖ] Reiſquius iubebat reponi *χερσοπορεῖ* *haereatne in breuibus*. ſine cauſſa.

τὰ τοῦ θεοῦ] Pauus intellegenter explicauit haec verba, *quid de mari ſentiat?* nam *θεὸς Neptunus eſt*. Vid. tamen Index. Suartius auſus eſt edere *τὰ τοῦ θεῖν·* quae lectio multo minus ferri poteſt, quam coniectura Nedhami *τὰ τοῦ πλοῦ*, ab auctore tamen et parente ipſo reiecta. Eo autem abripere ſolet interpretes effrenis cupiditas laudis ingenii ſcilicet! quam citius conſequerentur fortaſſis nonnunquam, ſi nollent adeo ingenioſi videri. Mihi quidem diligentia interpretandi vtilis ſemper antiquior erit, quam vana inutiliſque emendandi, vel potius corrumpendi, libido.

αὐτὸν] Helmſt. *αὐτός*. male. Sed Nedh. Suart. Geſn. *ἀυτὸν*, etiam ſ. 2.

2 *στάντας*] Nedhamus malebat *στάς*. temere. Participium enim pertinet ad hoſtes. Timiditas vero non in hoc quaerenda eſt quod conſiſtit, ſed in eo quod dicit, ſe neſcire an ſint hoſtes, vt poſſit ita diſcedere. Caeterum multo minus probabiles ſunt coniecturae Suartii, cui legendum videbatur aut *πότερόι εἰσιν οἱ πολέμιοι*, aut *πότερόν εἰσιν ἠ πολέμιοι*.

ὁρῶν] Reiſquius legebat *καὶ ὁρῶν*. non dubito quin vere.

τρέχειν ὑπὸ τὴν σκηνὴν] Nedhamus, Pauus, et Reiſquius, pro *ὑπὸ* reſtituebant *ἐπὶ·* non bene. nam *ὑπὸ* ſignificare *in* in Indice docuimus: quod hic eo minus commutari cum particula *ἐπὶ*, ob verbum *ἐκπέμψας* omninoque ea quae ſequuntur, poteſt. Sed magis arridet altera coniectura Nedhami, qui totum locum ita conſtituebat *καὶ τρέχων — τὸν παῖδα ἐκπέμψαι, κελεύων —*. Nam Participiorum Infinitiuorumque permutatio frequens eſt hoc maxime in libello. Etiam Reiſquio placebat legi *τρέχων*. Geſnerus in Chreſtomathia, ſeruato Infinitiuo *τρέχειν*, ante *τὸν παῖδα* inſeruit particulam *καί*. nec hoc male. Schmidius autem edidit, *καὶ τρέχειν — (κελεύων)*, de ſenten-

tia

tia Caſauboni: quae Pauo quoque probabatur. Etiam in margg. Gal. 1. 2 extat κελέυων.

[3] καὶ ἐν τῇ σκηνῇ ὁρῶν] In Chreſtomathia Geſneri [edit. a. 1753] ita interpuncta ſunt verba χρόνον καὶ ἐν τῇ σκηνῇ· ὁρῶν —. operarum, credo, neglegentia. Paullo poſt Caſaubono legendum videbatur, aut προσφερόμενον ὑπὸ τῶν φίλων, aut προσφερομένων τῶν φίλων. Prior coniectura, quam Reiſquius dignatus eſt aſſenſu ſuo, recepta eſt in Vpſ. 1 et Helmſt., ſed in hac vncis incluſam video particulam ὑπό. Pauus malebat προσφερόμενον τὸν φίλον. recte haud dubie. At fortaſſis Vulgata ſcriptura vera eſt, quum ſignificetur pars totius. poſſit etiam intellegi τινά. In margg. Heinſ. et Lugd. a. 1612 ad verba haec conſpicitur nota aſteriſci.

θεωρεῖν] Ita ſcriptum reperit Caſaubonus in Codicibus Palatinis. Sed idem Caſaubonus verbum hoc mutandum docuit in θαῤῥεῖν, quod receperunt Vpſ. 1. 2, Gal. 1. 2, Schmid. Nedh. Suart. Etiam nobis vnice placebat iſta coniectura: etſi Pauum non ignoramus praeoptare θεωρεῖν, quod explicabat per *inſpicere ac conſiderare*, vulneratum ſcilicet.

καὶ μύιας] Abeſt particula καὶ ab Heinſ. male. Mox in aliis libris multis eſt σημήναντος· ſed altera forma vera eſt et Attica.

λαβεῖν] Abreſchius Lect. Ariſtaenett. p. 183 oſtendit, ſe conieciſſe aliquando legendum λαχεῖν. Sed repudiauit ipſe hanc coniecturam. recte. Vid. Index.

[4] ὡς κινδυνέυσας ὡς σέσωκε] Haec erat ſcriptura Codd. Palatinorum: quae quum fundat ſenſum nullum, quum nulla in ea ſit verborum ſtructura; varie conati ſunt ſanare vulnus Viri docti. Pauus legebat ὡς κινδυνέυσας σέσωκε τὸν φίλον· quam lectionem receperunt Suartius et Geſnerus. recte. nam haud dubie per τὸν φίλον intellegitur is ipſe, qui ſaucius erat in tentorium illatus: et librarii facile potuerunt repetere particulam ὡς. Scheffero autem et Schmidio vera viſa erat coniectura Caſauboni, ὡς κινδυνέυσας ἕνα σέσωκε τῶν φίλων. receperunt igitur. Nedhamus edidit, e coniectura propria ὡς κινδυνέυσας σέσωκε τῶν φίλων. intell. τινὰ, aut ἕνα. Altera coniectura, quam in notis protulit, eſt, ὅσους κινδυνέυσας σέσωκε τῶν φίλων· quam coniecturam vindicat ſibi, tanquam propriam, Suartius. Reiſquius contra corrigebat ὡς κινδυνέυσας ὅσους σέσωκε τῶν φίλων. Certe praeſtat ita legere, quam cum Galeo, ὡς κινδυνέυσας ἕνεκα σέσωκε τῶν φίλων· quod eſt portentum coniecturae. Bencelius edidit ὡς κινδυνέυσας * ὡς σέσωκε τῶν φίλων. Etiam in margg. Lugd. a. 1612 et Heinſ. eſt aſteriſcus.

εἰσάγειν]

εἰσάγειν] Helmſt. εἰσάγει. male.

σκεψόμενος] Bencel. Geſn. Suart. σκεψομένους, quae erat etiam Paui Reiſquiique coniectura. Sed Bencelius in Indice induci iubebat et deleri hanc emendationem, et reponi σκεψόμενος. temere. Geſnerus praeterea edidit καὶ τὸν δῆμον, aſſentiente eodem Reiſquio. Caeterum Caſaubono omnia videbantur integra eſſe et ſalua. nam ſenſum loci oſtendit hunc eſſe, *atque eos* (quoſcunque obuios de pugna redeuntes) *ad iacentem introducit, inquiſiturus quinam ſint illius tribules, quis populus, aut pagus.* Suartius malebat τὸν φελέτην ἢ τὸν δημότην. male.

αὐτοῦ] Heinſ. Helmſt. αὐτοῦ.

ΚΕΦ. ΚΣΤ

ΠΕΡΙ ΟΛΙΓΑΡΧΙΑΣ

1 Δόξειεν ἂν εἶναι ἡ ὀλιγαρχία φιλαρχία τις ἰσχυροῦ κέρδους γλιχομένους. ὁ δὲ ὀλίγαρχος τοιοῦτος, οἷος τοῦ δήμου βουλομένου τινὰς τῷ ἄρχοντι ἐπιμελησομένους πομπῆς παρελθὼν ἀποφῆναι ἔχει. καὶ τῶν Ὁμήρου ἐπῶν τοῦτο ἓν μόνον κατέχειν, ὅτι Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω. τῶν δὲ ἄλλων μηδὲν ἐπίστασθαι. 2 Ἀμέλει δὲ δεινὸς τοῖς τοιούτοις τῶν λόγων χρήσασθαι, ὅτι δεῖ ἡμᾶς συνελθόντας βουλεύσασθαι, καὶ ἐκ τοῦ ὄχλου καὶ τῆς ἀγορᾶς ἀπαλλαγῆναι· καὶ παύσασθαι ἀρχαῖς πλησιάζειν, καὶ ὅτι ὑπὸ τινῶν ὑβριζόμενος εἰπεῖν, Δεῖ αὐτοὺς κἀμὲ τὴν πόλιν οἰκεῖν; καὶ μέσον δὲ τῆς ἡμέρας ἐξιὼν, καὶ μέσην κουρὰν κεκαρμένος, καὶ ἀκριβῶς ἀπωνυχισμένος σοβεῖν τοὺς τοιούτους λόγους, Οὐκ οἰκητέον ἐστὶ τὴν πόλιν· 3 καὶ ὡς ἐν τοῖς δικαστηρίοις δεινὰ πάσχειεν ὑπὸ τῶν δικαζομένων· καὶ ὡς αἰσχύνεται ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὅταν τις παρακάθηται αὐτῷ λεπτὸς καὶ αὐχμῶν· καὶ ὡς μισητὸν τὸ τῶν δημαγωγῶν γένος. τὸν Θησέα πρῶτον φήσας τῶν κακῶν τῇ πόλει γεγονέναι. καὶ τοιαῦτα ἕτερα πρὸς τοὺς ξένους, καὶ τῶν πολιτῶν τοὺς ὁμοτρόπους.

NOTAE

1 *φιλαρχία τις κ. λ.*] Manifeſtum ſatis eſt et apertum, verba haec corrupta et depravata eſſe: quibus vt integritatem redderent priſtinam, non vnam, ſed diuerſas, vt fit, ſequuti ſunt vias Viri docti; fere vt medici varii vnum eundemque morbum depellere conantur remediis diuerſis. Caſaubonus quidem protulit coniecturam duplicem. altera eſt, *φιλαρχία τις ἰσχυρὰ κέρδους οὐ γλιχομένη*· altera, quam recepere Galeus et Schmidius, *φιλαρχία τις ἰσχυρὰ κέρδους οὐ γλιχομένου*. In Vpſ. 1 eſſe video *ἰσχυροῦ κέρδους γλιχομένου*. At *ἰσχυρὸν κέρδος* dici, per ingenium vocabuli *ἰσχυρὸν*, non poteſt. Bencelius legendum rebatur *ἰσχυροῦ κύρους γλιχομένη*. vnde edidit *ἰσχυροῦ * κέρδους * γλιχομένους*. Ab qua coniectura non nimium diſcrepat ea quam Suartius proficiſci in contextum iuſſit, *ἰσχυροῦ κύρους γλιχομένων*. Pauus emendabat *ἰσχυροῦ κράτους γλιχομένων*, aut *γλιχομένη*. Ad quam emendationem quam proxime accedit ea cuius auctor Reiſquius eſt, *ἰσχυρὰ κράτους γλιχομένη*, quae nobis, praeter Pauianam, placebat maxime. Caeterum in margg. Heinſ. et Lugd. a. 1612 etiam hic extat aſteriſcus.

ὀλίγαρχος] Helmſt. Gal. 1. 2, Nedh. Suart. *ὀλιγαρχικὸς*, de Caſauboni ſententia. vere, credo. V. Index.

οἷος τοῦ δήμου] Etiam hic locus, ſi quis alius, mirum in modum torſit exercuitque ingenia interpretum. Caſaubonus quidem maculas eius labeſque ita eluendas cenſebat, *οἷος τοῦ δήμου βουλευομένου, τίνας (δεῖ αἱρεῖσθαι) τῷ ἄρχοντι συνεπιμελησομένους πομπῆς, παρελθὼν, ἀποφῆναι ἑαυτόν*. Quam coniecturam alii vel omnino probarunt vel ex parte, alii reiecerunt, aliaſque vel protulere vel recepere. Atque Schmidius quidem, auctoritatem Caſauboni ſequutus, edidit ita, vt oſtendimus, niſi quod ante *δήμου* omiſit, ſed perperam, Articulum, et Pronomen *ἑαυτὸν* incluſit vncis. Bencelius, in cuius exemplo eſt *τοῦ δήμου * βουλομένου * τινὰς —*, in Indice probabat et *βουλευομένου* et *συνεπιμελησομένους*, pro quo tamen malebat *συνεπιμελησόμενος*, ſed pro *ἀποφῆναι ἑαυτὸν* corrigi iubebat *ἀποφῆναι ἐκεῖνον*, et *τίς ἂν* pro *τινάς*. Pavus, reiecta Caſauboni ratione, quae ſane audacula eſt, ſcribendum rebatur, *οἷος τοῦ δήμου βουλομένου τινὰς τῷ ἄρχοντι, ἐπιμελησομένους πομπῆς, παρελθὼν, ἀποφῆναι ἔπει*. Quae ſcriptura nobis non placebat, cum ob verbum *βουλομένου*, tum ob nomen *ἔπει*. Galeus in ſecundo exemplo ſuo edidit, *οἷος τοῦ δήμου βουλομένου τινὰς τῷ ἄρχοντι ἐπιμελησομένους πομπῆς, παρελθὼν ἀποφήνας ἔχει*. Etiam Suartius ſic edidit, ſed pro *τῷ ἄρχοντι* dedit *τῶν ἀρχόντων*.

Magis

Magis arridet lectio, quae reperitur in Vpſ. 1, profecta forſan ab Scheffero, οἷος τοῦ δήμου βουλευομένου τίς τῷ ἄρχοντι ἐπιμελησόμενος πομπῆς παρελθὼν ἀποφήνας ἐγώ, modo corrigatur ἀποφῆναι. Ab qua non multum diſcrepat Reiſquii emendatio, βουλευομένου, τίς τῷ ἄρχοντι ἐπιμελησόμενος πομπῆς, παρελθὼν ἀποφήνασθαι. At, vt quod ſentio, dicam, fieri poteſt, vt ἀποφήνας ἔχει recte ſe habeat, ſi ἔχειν legatur. nam ἀποφήνας ἔχειν, pro ἀποφῆναι, eſt elegans neque ignota Atticis loquendi forma: de qua vid. Spanhemius ad Ariſtoph. Rann. 204, Berglerus ad Eccleſſ. 355, Valquenarius ad Eurip. Phoenn. p. 268 ſ. et Albertus ὁ μακαρίτης ad Heſych. p. 144. To. 1. Caeterum in margg. Heinſ. et Lugd. a. 1612 ſunt, vt ſupra, notae aſteriſcorum.

κατέχειν] Clotius eleganter legi poſſe credebat κατηχεῖν. non credo. Repugnant verba τῶν ἄλλων μηδὲν ἐπίστασθαι. Caeterum verſus ille Homeri habetur Iliad. β', 204, quem etiam Dionem retuliſſe auctor eſt Nepos in eius Vita c. 6, 4.

2 τοῖς τοιούτοις] Suart. τοιούτοις, omiſſo Articulo. male. Idem Suartius verba ἐκ τοῦ ὄχλου καὶ τῆς ἀγορᾶς ἀπαλλαγῆναι vertit *et populum a foro remoueri*, ac ſi ſcriptum eſſet καὶ τὸν ὄχλον ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἀπαλλαγῆναι. contra conſilium hominis ὀλιγαρχικοῦ, et contra ingenium verbi ἀπαλλαγῆναι. Caeterum pro λόγων in marg. Heinſ. eſt γρ. ὀλίγων, neſciebamus vnde.

ἀρχαῖς πλησιάζειν] Reiſquius corrigi iubebat, ὄχλοις ἐκκλησιάζειν· cuius correctionis rationem libenter fatemur a nobis non potuiſſe inueſtigari. Nam etſi non ſumus neſcii, ſenſum loci non eſſe eum, quem Caſaubonus in Verſione Latina dedit; nam παύσασθαι ἀρχαῖς πλησιάζειν non ſignificat *aditum ad magiſtratus praecludere*, quod eſt παῦσαι ἀρχαῖς πλησιάζειν· tamen omnia ſana nobis et integra videbantur. Senſus eſt, *deſinere vti conſuetudine magiſtratu.* Homo ὀλιγαρχικὸς non tantum populi conſuetudinem fugiendam cenſet, ſed magiſtratum, vt ipſe potentiſſimus maximuſque vnus omnium videatur.

καὶ ὅτι ὑπό τινων] Nedhamus edidit καὶ ἔτι ὑπό τινων ὑβριζόμενος. At friget hic quidem, neſcio quomodo, particula ἔτι, ita vt mirer, Suartium, ſequutum eſſe in exemplo ſuo veſtigia Nedhami. Pavus locum ita conſtituendum cenſebat καὶ εἴτι, vel etiam ἤ τι ὑπό τινων ὑβριζόμενος, *ſi leuem iniuriam ab his illis acceperit.* At ὑβριζόμενος in oratione tam ſimplici ferri vix poteſt. Reiſquius emendabat καί πη ὑπό τινων ὑβριζόμενος. Quae coniectura etſi praeferenda reliquis videatur: tamen ea non opus eſſe arbitrabar. Nam ὅτι aut

aut e ſuperioribus huc veniſſe, delendumque adeo, videbatur, aut ponendum poſt *εἰπεῖν*, vt redundet, ſicut alias.

δεῖ αὐτοὺς] Caſaubonus quum auctor fuiſſet, vt legeretur *οὐ δεῖ αὐτούς·* non ſolum Schmidius, ſed etiam Galeus et Nedhamus, ita reſcripſerunt in ſuis exemplis.. quam ſcripturam Bencelius quoque comprobauit aſſenſu ſuo. qua de cauſſa in exemplo eius legitur * *Δεῖ αὐτοὺς κ. λ.*: qui aſteriſcus etiam in margg. Heinſ. et Lugd. a. 1612 extat. In Vpſ. 1 eſt *Δεῖ οὐκ αὐτοὺς* —. et Reiſquius nuper malebat reponi, *οὐκ ἔδει — τὴν αὐτὴν πόλιν* —. Quae coniectura aeque audax eſt atque Clotiana. Clotius enim locum corruptum, vt ait, ſic emendandum cenſebat *καὶ ὑπό τινων ὑβριζόμενος εἰπεῖν, δεῖ αὐτοὺς ἢ ἐμὲ τὴν πόλιν φυγεῖν*, *aut mihi aut illis eſt vrbe excedendum, exulandum.* nam *φεύγειν* etiam de exulibus dici. recte. At mihi quidem omnia integra et ſana videbantur, modo poſt *οἰκεῖν* poneretur interrogationis nota: vt Suartium iam ediſſe video.

καὶ μέσον] Reiſquius iubebat legi *κατὰ μέσον*. male. nam particula *δὲ* vetat abeſſe particulam *καί·* et Theophraſtus ipſe ſupra c. 10 dixit ſimpliciter *τὸ μέσον τῆς ἡμέρας.*

σοβεῖν τοὺς τοιούτους λόγους] Caſaubonus, qui verbum *σοβεῖν* volebat hoc loco idem ſignificare quod *διὰ τῆς ἀγορᾶς σοβεῖν*, poſt *λόγους* inſerendum cenſebat Participium *λέγων·* qua in ſententia etiam Reiſquius eſt. Recepit Schmidius. Galeus autem corrigebat *τοῖς τοιούτοις λόγοις*. non male. At vt leniora mihi remedia videntur eſſe optima omnibus in rebus: ita facio hic quoque cum Pauo, qui *σοβεῖν* verbum praegnans eſſe docet, verbaque *σοβεῖν τοὺς τοιούτους λόγους* interpretatur *iactare tales ſermones.* V. Index. Caeterum in margg. Heinſ. et Lugd. a. 1612 appoſitum eſt ſignum aſteriſci.

3 *πάσχειεν*] Suartius edidit *πάσχοιεν*. male. Nedhamus autem aut *πάσχοι ἄν*, aut *πάσχει*, legendum arbitrabatur. Atque poſteriorem emendationem cum Pauo puto veram eſſe. nam ſequitur *ὡς αἰσχύνεται.*

πρῶτον] Etiam huius loci, vt aliorum multorum, ſententiam veram reperiſſe videtur Pauus. nam *πρῶτον* cum verbis *τῶν κακῶν* ita coniungendum docuit, vt ſit Neutrum, non Maſculinum, vt Caſaubonus arbitratus eſt: qui propterea inter *πρῶτον* et *φήσας* inſeri iubebat nomen *αἴτιον·* quod receperunt Galeus et Schmidius. Caeterum in margg. Heinſ. et Lugd. a. 1612 eſt aſteriſcus, et in Vpſ. 2 *τῶν κακῶν * τῇ πόλει.*

ἕτερα] Helmſt. *ἕτερα λέγων*, de Caſauboni ſententia: quaſi vero

vero Participium illud non intellegi poſſit et repeti e ſuperioribus. Immo pendet Accuſatiuus ille ab verbo σοβεῖν.

τὺς ὁμοτρόπυς] Gal. 1. 2 et Helmſt. τὺς ὁμοιοτρόπυς· vt reſcribendum cenſebat Caſaubonus: qui tamen nec hic acutum vidit. nam vtrumque, et ὁμοιότροπος et ὁμότροπος, recte dicitur. Aeſchin. c. Timarch. p. 68 To. 2 περὶ δὲ τῶν ὁμοτρόπων Τιμάρχυ. Apud Anacreontem Odar. 41, 5 Bacchus vocatur ὁμότροπος Ἔρωτι· et apud Laërt. 9, 70 pro ὁμοτρόπως in Codd. Regg. erat ὁμότροπος.

ΚΕΦ. ΚΖ

ΠΕΡΙ ΟΨΙΜΑΘΙΑΣ

1 Ἡ δὲ ὀψιμαθία φιλοπονία δόξειεν ἂν εἶναι ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν. ὁ δὲ ὀψιμαθὴς, τοιῦτός τις, οἷος ῥήσεις μανθάνειν ἑξήκοντα ἔτη γεγονώς· ταῦτα ᾄσων παρὰ πότον ἐπιλανθάνεσθαι. καὶ παρὰ τῦ υἱῦ μανθάνειν ἐπὶ τὸ δόρυ καὶ ἐπὶ ἀσπίδα. καὶ εἰς ἀγρὸν, ἐφ᾽ ἵππυ ἀλλοτρίυ ὀχύμενος, ἅμα μελετᾶν ἀσπάζεσθαι. καὶ πεσὼν τὴν κεφαλὴν καταισχῦναι. 2 καὶ μακρὸν ἀνδριάντα παίζειν. καὶ πρὸς τὸν ἑαυτῦ ἀκόλυθον διατοξεύεσθαι, καὶ διακοντίζεσθαι. καὶ ἅμα μανθάνειν παρ᾽ αὐτῦ, ὡς ἂν καὶ ἐκείνυ μὴ ἐπισταμένυ. καὶ παλαίων ἐν τῷ βαλανείῳ πυκνὰ τὴν ἕδραν στρέφειν.

NOTAE

1 ταῦτα ᾄδων] Caſaubonus e libris Palatinis edidit ἄγων· quod tamen iam ipſe mutandum vidit in ᾄδων, vt Bencelius poſtea et Reiſquius. Receperunt Schefferus, Schmidius, etiam Nedhamus. Immo vero neceſſe eſt vt cum Pauo reponatur ᾄσων. Verba ἄγειν et ᾄδειν autem a librariis ſaepenumero permutata inter ſe reperiuntur. Apud Aeſchinem ep. 4 pro ἄγει magnus Vuolfius, e coniectura, repoſuit ᾄδει· quam emendationem Taylorus ait confirmari fide et auctoritate membranarum. Etiam apud Laërtium 1, 59 pro ἄγειν Mer. Caſaubonus reſcripſit ᾄδειν, aſſentiente Menagio: et apud ſcholiaſten Ariſtoph. ad Rann. 326 pro ἐξάδυσι Kuſterus corrigendum docuit ἐξάγυσι. Caeterum Suartius edidit ἅτα ἄκων pro ταῦτα ᾄδων. Ne-

L

que

que enim ſenſum loci, vt notae et Latina Verſio declarant, vidit. Nam vt ταῦτα commode referri poteſt ad ῥήσεις, vt non neceſſe ſit legi ταύτας, ita ᾄδειν non eſt ſimpliciter *cantare* ſed *recitare* ῥήσεις. Senſus loci ſic ſatis apertus eſt. Homo ὀψιμαθὴς vult recitare in conuiuiis loca poëtarum, ſed non poteſt, quia excidunt, quum recitare conatur.

παρὰ πότον] Sic recte legendum docuit Caſaubonus pro παρὰ πάτον, quod erat in Codicibus Palatinis: receptamque video coniecturam iſtam magni Viri in Vpſ. 1, Gal. 2, Helmſt. Nedh. Suart. Nam primo ſolebant veteres in conuiuiis recitare ῥήσεις. Aeſchines c. Timarch. p. 72 To. 2 ὑπὲρ τοῦ παιδὸς Ἀλεξάνδρου διεξῄει ὡς ἐν τῷ πότῳ κιθαρίζοι καὶ λέγοι ῥήσεις τινάς. Deinde παρὰ valet *in*. Demoſthenes de f. legat. p. 173 To. 2 παρὰ ταύτην ἀποδημίαν πάντα τἀναντία ἔπραττον τούτοις. Aeſchines de f. leg. p. 296 παρὰ τὸν πότον ἐξητήσατο παρὰ τοῦ Φιλίππου. Caeterum vt in margg. Heinſ. et Lugd. a. 1612 extat aſteriſci nota, ita etiam Bencelius edidit ταῦτα * ἄγων παρὰ * πάτον· qui praeterea in indice ſibi de loco hoc nondum liquere, quod miror, ait.

ἅμα μελετῶν ἀσπάζεσθαι] Caſaubonus etſi lectionem hanc non reiiciebat; tamen ſe aliquando ſcribendum exiſtimaſſe oſtendit καλπάζεσθαι. Suartius edidit ἀσπίζεσθαι. non placet. neſcio enim quid homini in agro ſeſe equitando exercenti ſit cum clypeo. Clericus autem [A. C. 3, 8. 10] emendabat ἱππάζεσθαι *ſe exercere equitando.* quam emendationem et Pauus probabat et Nedhamus adeo recepit. credo, temere. nam ſic et ἅμα inepte ſuperfluum foret, et verbum μελετᾶν, tali in contextu, per ſe iam ſignificaret *ſe exercere equitando.* Ego igitur verba rebar eſſe integra, modo legeretur ἅμα μελετῶν ἀσπάζεσθαι cum Reiſquio. Is locum ita interpretabatur, *interea dum orationem* aut tale quid *ſecum commentatur*, *inclinato corpore amicum occurrentem ſalutat.* Ego vero malim eum explicare hoc modo, *ruri quum vehitur equo alieno ſeque exercet equitando* [aliud enim eſt ὀχεῖσθαι ἐφ' ἵππου, aliud μελετᾶν] amicum occurrentem *vult amplexari* [nam hoc ſalutationis genus ſignificatur proprie verbo ἀσπάζεσθαι], *eumque amplexaturus prolabitur de equo ita vt caput vulneret et laedat.* Ferri tamen etiam μελετᾶν poteſt.

καταισχῦναι] Caſaubonus repererat in libris Palatinis κατεσχέναι· quod ipſe vidit mutandum eſſe in καταισχῦναι, et ad confirmandam hanc coniecturam laudauit locum Homeri Iliad. σ', 24 — χαρίεν δ' ᾔσχυνε πρόσωπον. Etiam in reliquiis Aquilae Pſ. 22, 17 αἰσχύνειν legitur de barbaris qui manus Chriſti atque pedes trans-

fixuri

fixuri erant clauis. add. Pauſan. 3, 4 extr. Itaque non dubitauimus poſt Schefferum, Galeum, et Schmidium, recipere καταισχῦναι· praeſertim quum librarii pro eo facilius potuerint ſcribere κατεσχέναι, quam κατεαγέναι. Hoc enim volebat reſtitui Clericus [A. C. 3, 1. 8. 11], ita vt etiam pro τὴν κεφαλὴν reſcriberetur τῆς κεφαλῆς. Quod etiamſi Pauo quoque viſum eſt, et per ſe recte habet: tamen nec Accuſatiuus reiici debet. Certe pro κατέαγα τοῦ κρανίου, quod eſt apud Lucian. Timon. 48, dixit, vt Hemſterhuſius animaduertit, Alciphron 3, 54 κατέαγα τὸ κρανίον. Caeterum Palmerius [exercitatt. p. 621] malebat legi κατεαγῆναι, pro quo, Thoma Magiſtro auctore, ſcribendum eſſet καταγῆναι. Sed praeſtat, vt dixi, Caſauboni emendatio.

[2] καὶ μακρὸν ἀνδριάντα] Caſaubonus corrigebat καὶ πρὸς μακρὸν ἀνδριάντα. quam lectionem recepit, more ſuo, Schmidius. Galeo autem etiam μακρὸν mutandum in μικρὸν videbatur, legendumque καὶ πρὸς μικρὸν ἀνδριάντα. Pauus melius legi, excluſa particula πρὸς, putabat καὶ μακρὸν ἀνδριάντα παίειν· et Reiſquius nuper malebat adeo reſcribi, καὶ πρὸς μακρὸν ἀνδριάντα παλαίειν. Nedhamus denique ſuſpicabatur reponi debere καὶ μὴν πρὸς ἀνδριάντα παίζειν. Sed mihi etiam hoc loco, vt multis libelli huius aliis, Viri docti temere et ſine cauſſa videbantur quaeſiuiſſe mendum ſcripturae. Nam ſi etiam παίζειν τινα, non tantum παίζειν πρός τινα, recte dicitur: non video, quidni aeque recte dici poſſit, παίζειν ἀνδριάντα h. e. *ſe exercere ad ſtatuam.* Sic ſane Kuhnius quoque, doctiſſimus Vir, ſenſiſſe videtur. is apud Laërt. 2, 135 pro διαπαίζειν τὰ διαλεκτικὰ iubebat reponi παίζειν τὰ διαλεκτικὰ, quod ita dictum eſſet, vt παίζειν πόλιν, ἀνδριάντα. Caeterum Bencelius edidit καὶ * μακρὸν —: quae nota aſteriſci etiam in marg. Heinſ. extat.

παρ' αὐτοῦ, ὡς ἂν] Etiam hic locus habetur in iis, de quorum integritate dubitant Viri docti. Caſaubonus ſe eum Latine ait vertiſſe, quaſi legiſſet καὶ ἅμα μανθάνειν παρ' αὐτοῦ, καὶ διδάσκειν αὐτὸν, ὡς ἂν —. Senſum quodammodo vidit Vir ſummus: ſed tot verba inſerere quis audeat? Et tamen ea recepit Schmidius. Praeterea putabat Caſaubonus, pro παρ' αὐτοῦ legi etiam poſſe παρά του. Pauus contendebat, Theophraſtum ſcripſiſſe καὶ ἅμα μανθάνειν παρ' αὐτοῦ, ὡς ἂν καὶ ἐκεῖνα μὴ ἐπιστάμενος. At ſic non modo ſententia friget, ſed nec ἐκεῖνα placebat. Reiſquius poſt verba παρ' αὐτοῦ addi iubebat Infinitiuum κελεύειν. Atque ita locus debet intellegi haud dubie. Homo ὀψιμαθὴς arcu et iaculis certat cum pediſſequo, huncque ſimul iubet a ſe diſcere, quaſi et pe-

diſſequus, adultus iam homo, neſciat iaculari. At praeſtat tamen verbum μανθάνειν per ſe ita explicare, quam inferre contexto κελεύειν. quod ſane durum eſt. Caeterum Vpſ. 2 παρ' αὐτοῦ *, ὡς ἂν —. qui aſteriſcus etiam in margg. Heinſ. et Lugd. a. 1612 conſpicitur. Et Suartius edidit, καὶ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ ἀκόλουθον. Διατοξεύεσθαι καὶ διακοντίζεσθαι ἅμα μανθάνειν παρ' αὐτοῦ, ὡς ἂν καὶ ἐκείνου μὴ ἐπισταμένου. In notis autem oſtendit, legi etiam ſic poſſe, καὶ πρὸς μακρὸν ἀνδριάντα ἐπαίσσειν καὶ τὸν ἑαυτοῦ ἀκόλουθον. Διατόξ. καὶ διακοντ. καὶ ἅμα μανθάνειν παρὰ τοῦ πλεῖον ἐκείνου μὴ ἐπισταμένου.

καὶ παλαίων] Clericus [A. C. 3, 1. 5. 5] volebat legi καὶ ὥσπερ παλαίων. quam coniecturam recte exploſit in Indice Bencelius. Saepiſſime enim ſic ab optimis ſcriptoribus omittitur ὡς. Neque neceſſe eſt vt ſcribatur παλαιῶν cum Pauo, hoc ſenſu, *et ſenior factus, in balneo ſubinde agitare nates.* Deſidero enim vſum verbi παλαιοῦν, et res ipſa docet, Theophraſtum loqui de ſenioribus, non de iunioribus.

ΚΕΦ. ΚΗ

ΠΕΡΙ ΚΑΚΟΛΟΓΙΑΣ

1 Ἔστι δὲ κακολογία ἀγὼν τῆς ψυχῆς εἰς τὸ χεῖρον ἐν λόγοις. ὁ δὲ κακολόγος τοιόσδέ τις ἐστὶν, οἷος ἐρωτηθεὶς, ὁ δεῖνα τί ἐστι; καθάπερ οἱ γενεαλογοῦντες, πρῶτον ἀπὸ τοῦ γένους αὐτοῦ ἄρξασθαι· Ὁ μὲν πατὴρ Σωσίας ἐξ ἀρχῆς ἐκαλεῖτο· ἐγένετο δ' ἐν τοῖς στρατιώταις Σωσίστρατος· ἐπειδὴ δ' ἐς τοὺς δημότας ἐνεγράφη. ἡ μέντοι μήτηρ εὐγενὴς Θράττα ἐστί. τὰς δὲ τοιαύτας ἐν τῇ πατρίδι εὐγενεῖς εἶναι φασίν· αὐτὸς δὲ οὗτος ὡς ἐκ τούτων γεγονὼς κακὸς μαστιγίας· καὶ τούτοις διεξιὼν, αὗται αἱ γυναῖκες ἐκ τῆς ὁδοῦ τοὺς παριόντας ἁρπάζουσι. 2 καὶ κακῶς λεγόντων ἑτέρων συνεπιλαμβάνεσθαι καὶ αὐτὸς, λέγων, καὶ ἐγὼ τοῦτον τὸν ἄνθρωπον πάντων μεμίσηκα, καὶ γὰρ εἰδεχθής τις ἀπὸ τοῦ προσώπου ἐστιν. ἡ δὲ πονηρία οὐδὲν ὅμοιον. σημεῖον δὲ, τῇ γὰρ ἑαυτοῦ γυναικὶ τρεῖς χαλκοῦς εἰς ὄψον δίδωσι. καὶ τῷ ψυχρῷ λούεσθαι ἀναγκάζει τοῦ Ποσειδῶνος ἡμέρᾳ.

καὶ

καὶ συγκαθήμενος δεινὸς περὶ τȣ̃ ἀναςάντος εἰπεῖν. καὶ ἄλλα πλεῖςα περὶ τῶν φίλων καὶ οἰκείων κακὰ εἰπεῖν, καὶ περὶ τῶν τετελευτηκότων κακῶς λέγειν.

ΤΕΛΟΣ

NOTAE

¹ ἄγων] Erat quum Caſaubonus legendum putaret ἀγωγή· ſed repudiauit ipſe poſtea hanc coniecturam. recte.

τί ἐςι;] Vpſ. 1 τίς ἐςι; vt Caſaubonus coniecit, Nedhamo Pauoque aſſentientibus. temere.

αὐτȣ̃] Ita reſcripſimus, de Caſauboni ſententia, cum Nedhamo et Suartio, pro αὐτῶν. Res ipſa confirmat hanc correctionem, quam Bencelius etiam atque Pauus probabant.

ἐπειδὴ δ'] Heinſ. ἐπειδὴ δέ. Caſaubonus emendabat ἔπειτα δ', probantibus Nedhamo et Pauo. Galeus adeo recepit. Reiſquius autem retineri iubebat ἐπειδή, delerique tantum particulam δ'. Et tum poſt Σωσίςρατος poni debet comma. Caeterum Bencelius animaduertit, ἐπειδὴ — ἐνεγράφη eſſe verſum ſenarium.

ἐυγενὴς] Nedhamus emendabat ἔυγενις — αἱ δὲ τοιᾶυται —. Et Suartius quidem auctoritatem eius ſequutus recepit ἔυγενις. At Hemſterhuſius [ad Lucian. p. 134 To. 1] recte, puto, cenſet locum ſaniſſimum eſſe neque vllo modo ſollicitandum. Seruuli enim ſeruaeque tum ſolabantur humilitatem conditionis ita vt dicerent, inter ſuos nobili ſe loco natos eſſe, ſed fortunae inuidia factum eſſe, vt malam ſeruirent ſeruitutem.

ἐν τῇ πατρίδι] Nic. Heinſius ad Ouid. herr. 19, 100 corrigebat ἐν Ἀθήναις. Non placet. nam ſic ἐυγενεῖς deberet accipi Ironice. Sed qui tum ciuis Athenienſis dicere poſſet φασὶν ἐιναι? Certe Heinſius ipſe in epiſtola quadam ad Ioh. Schefferum [Syllog. Burman. Vol. 5 p. 15] legit ἐν τῇ πατρίδι, neque immutandum quidquam eſſe monet.

καὶ τȣ́τοις διεξιὼν] Caſaubonus, locum deprauatum dupliciter corrigi poſſe ratus, auctor erat, vt legeretur, aut καὶ ἐπὶ τȣ́τοις διεξιὼν φησίν, ἆυται, aut καὶ τὰ ἐπὶ τȣ́τοις. Priorem coniecturam recepit Galeus. Pauus ait ſe ſuſpicatum eſſe ſcribendum καὶ τȣ́τοις δεξιόν, ἆυται αἱ γυναῖκες ἐκ τῆς ὁδȣ̃ τὸν παριόντα ἁρπάζȣσι *et praetereuntem iſtis commendabilem ipſae mulieres ex via rapiunt.* Quam coniecturam fateor libere mihi viſam eſſe admodum ineptam et parum ſimilem veri, maxime ob verba

τέτοις δεξιὸν, quae valde dubitabam an Graeca eſſent. Suartius edidit καὶ τέτοις διεξιέναι, ἄυται — *Atque haec perſequitur ita.* Non aſſentior. Mihi enim cum Caſaubono poſt καὶ excidiſſe videbatur ἐπὶ: quod quam facile potuerit fieri, ſponte apparet. Sed pro διεξιὼν putabam reponendum eſſe διεξιέναι· ſaltem, ſi quis retinendum cenſeret Participium, intellegendum, non inſerendum, λέγειν, ſimilemue Infinitiuum.

² πάντων] Pauus corrigebat πάντως: quod Suartius recepit. non male. Caſaubonus inſerendum exiſtimabat μάλιςα, quod Galeus, additis tamen vncis, inſeruit in exemplo ſuo ſecundo, ſed Nedhamus intellegi poſſe arbitratus eſt. At fortaſſis vocabulum ſanum eſt, vt homo κακολόγος dicat, ſe, praeter iſtum, odiſſe alium neminem.

ἡ δὲ πονηρία] Bencelius legi volebat τὴν δὲ πονηρίαν· Suartius τῇ δὲ πονηρίᾳ. neutra correctione opus eſt.

τῦ Ποσειδῶνος] Ita recte ſcriptum erat in Codd. Pall. Caſaubonus locum Latine ita vertit, vt legerit τῇ τῦ Ποσειδεῶνος ἡμέρᾳ, vel ταῖς ἡμέραις. Pauus malebat τῦ Ποσειδεῶνος ἡμέρᾳ, vt legitur etiam in Lugd. a. 1612 et Vpſ. 2: atque Reiſquius, τῇ τῦ Ποσειδῶνος ἱερομηνίᾳ.

περὶ τῦ ἀναςάντος εἰπεῖν], Caſaubonus legebat περὶ τῦ ἀναςὰς κακῶς, vel κακὰ εἰπεῖν. Etiam Reiſquius cenſebat inſerendum κακῶς. quod tamen neceſſe non eſt. nam per ſe intellegitur. Suartius edidit καὶ συγκαθημένοις δεινῶς —. Caeterum in marg. Heinſ. duplex hic eſt nota aſteriſci: et in libris Palatinis ſequebantur, Caſaubono auctore, tituli Capitum duorum Περὶ φιλοπονηρίας. Περὶ αἰσχροκερδίας. Sed in alio Codice eiuſdem bibliothecae, in quo non erant quinque poſtrema Capita, Characteri ἀλαζονείας ſubiecta erant haec verba: Ἀλλ᾽ ἔςιν, ὦ Θεόφραςε, χαλεπὸν καθαρὰς τῶν τοιέτων ἰδεῖν ἐν τῷ βίῳ, καὶ τῆς ἐν τέτοις κακίας ὅλως ἀφεςηκότας. εἰ μὴ γὰρ τὰ πάντα δοκοίη τις εἶναι κακὸς, τοῖς γῦν πλείοσι τῦ χορῦ τῶν ἀρίςων ἐξέωςαι [Pauus coni. εἰ μὴ γὰρ — καλὸς, — ἐξέωςαι;]. ἢ τοίνυν σοὶ πειθομένες ἡμᾶς τὰς ἁπάντων ὄψεις φυλάττεσθαι δεῖ, ἢ κοινωνῦντας καὶ λόγων, καὶ πράξεων, τὴν ἑκάςυ μνήμην μιμεῖσθαι, [Pauus coni. τὴν ἑκάςυ γνώμην μιμεῖσθαι]. Ἀλλ᾽ ὕτω μὲν κακίας ἑσμὸς, καὶ ἀρετῆς ἀλλοτρίωσις ἕπεται ἐκείνυς [Caſaubonus emend. ἐκείνως vel ἐκείνοις. Pauus coni. ἐκείνως δὲ] ἡ μισανθρωπία, καὶ τὸ τῦ Τίμωνος ἔγκλημα. ταύτῃ τοι καὶ χαλεπὸν ἑλέσθαι τὸ κρεῖττον, καὶ δεινὸς ἑκατέρωθεν ὄλισθος.

INDEX

INDEX

VOCABVLORVM FORMVLARVMQVE

QVAE LEGVNTVR

IN CHARR. THEOPHR

A

Ἄβρωτος φακῆ *Lenticulae quae comedi nequeunt* 14, 3.

Ἀγαθός· ἀγαθῇ τύχῃ *Quod bene vertat: quod felix fauſtumque ſit* 14, 2. Nimiruin veteres vtebantur hac formula in rebus laetis, quum ipſi ſuſciperent aliquid, aut quum aliis, qui aliquid ſuſciperent, bene precari vellent. At homo ſtupidus ea ibi vtitur in re triſti quum iuſſus eſt curare funus amici. Caeterum in Marmoribus Oxonienſibus verba illa male verſa ſunt *Bonae Fortunae*, *cum Bona Fortuna*. vid. Reimarus ad Dion. Caſ. p. 1121 To. 1. * οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη *Non poteſt bene geri reſp. multorum imperiis* [Nepos Dion. 6, 4] 26, 1. * οἱ ἀγαθοὶ *Probi: virtutis ſtudioſi* prooem. 2: vbi iis opponuntur οἱ φαῦλοι. * ἀγαθοὶ ἵπποι *Boni*, *generoſi*, *equi* 23, 5 * ἀγαθά γε ἐστι τὰ λεγόμενα; *Laeta ſaltem ſ. tamen ſunt quae feruntur?* 8, 1. Sed quia in Camot. eſt μὴ, et ab Norib. aliiſque libris abeſt γε· lectio vera videri poſſit καὶ, μὴ ἀγαθὰ ἐστὶ τὰ λεγόμενα; *An quae feruntur, bona ſunt?* vt etiam Politianus vertit. add. 21, 1 * ἀγαθὰ *Bona*, vt Subſtantiuum, 23, 1.

Ἄγαν· πάντα εἶναι ἄγαν *Omnia eſſe nimis cara* 10, 1.

Ἀγανακτεῖν *Indignari* 1, 1. * cum Datiuo perſonae, *ſuccenſere* 17, 1.

Ἄγνωστοι *Ignoti* 23, 4.

Ἀγορὰ *Forum* 3, 2. 5, 3. 6, 5. 8, 5. 21, 2. 22, 2. 26, 2. * εἰς ἀγορὰν ἐξελθεῖν *In publicum prodire* 19, 3. * γυναικεῖα ἀγορὰ *Forum muliebre* h. e. *vbi venduntur vaſa et vtenſilia omniſque generis obſonia, praeter carnes, in primiſque piſces* 2, 4: vbi vid. Caſaubonus. add. Meurſius Ceram. gem. 16. * πληθούσης ἀγορᾶς *Tempore quo forum maxime frequens eſt* 11, 2. Erat autem hoc tempus Athenis inter horam diei tertiam et ſextam, ſ. inter πρωὶ et μεσημβρίαν. Vid. Suidas in ἀγορᾶς ὥραν et περὶ πλήθουσαν ἀγοράν· Heraldus Aduerſſ. 1, 10: Ducquerus ad

ad Thucyd. 8, 92: Geſnerus ad Lucian. Philopſeud. 11, p. 38 To. 3: Kuhnius et Perizonius ad Aelian. V. H. 12, 30. Interpretes ſaepe errarunt hac in formula, eamque perperam reddiderunt *medio die:* quum ἀμφὶ ἀγορὰν πλήθουσαν et μέσον ἡμέρας diſerte diſtinguantur ab Xenophonte Cyri exp. 1 p. 207. Vid. Vueſſelingius ad Diod. Sic. p. 579 To. 1.

Ἀγοράζειν *Emere* 5, 3. 14, 3. * θέαν ἀγοράσας *Quum locum in theatro emit* 9, 2.

Ἀγοραῖός τις τῷ ἤθει *Sordidus, illiberalis, leuis, improbus* 6, 1. Nam verba illa, ſi verbum de verbo reddas, valent, *moribus refert cocionem: mores eius reſpondent moribus cocionis.* Etenim ἀγοραῖοι dicuntur non ſolum *homines otioſi et deſides qui verſantur aſſidue et quaſi habitant in foro;* Latini *ſubroſtranos* et *ſubaſilicanos* vocant; verum etiam *cociones,* qui alio vocabulo σκηνῖται appellantur, a tabernis [σκηναῖς] quas habebant in foro; h. e. *qui emunt et mercantur a mercatoribus quod vendant ſtatim et quidem carius.* Quo ſenſu legitur apud Noſtrum eod. Cap. ſ. 4. Vid. omnino Salmaſius de Vſuris c. 19: de modo Vſurr. c. 2 et Obſeruatt. ad I. A. et R. p. 95: itemque Valquenarius Animaduerſſ. Ammonn. p. 10 ſſ.

Ἀγροικία *Ruſticitas,* h. e. vitium quum quis ineptus eſt et inelegans et abſurdus in iudiciis, dictis, factis 4, 1. Opponitur ἀστειότητι h. e. *vrbanitati.*

Ἄγροικος *Ruſticus* h. e. is e cuius iudiciis, dictis, factis, eminet et extat imperitia, inſcitia, et inelegantia quaedam, 4, 1.

*Ἀγρὸς *Ager: rus* 2, 5. 3, 2. 4, 1. 10, 2. 14, 1. 27, 1. * τὰ κατ' ἀγροὺς Διονύσια *Liberalia quae celebrantur in agris* 3, 3.

Ἀγρυπνία· κατὰ ἀγρυπνίαν *Inſomnis: exſomnis* 4, 3.

Ἄγω· εἰ ὁ ἀγὼν νουμηνίαν ἄγει *An ludi nouam lunam faciant* 4, 4. Vid. not. * ἄγειν καὶ τοὺς υἱεῖς εἰς τὴν ὑστεραίαν *Etiam filios poſtridie iubet ſecum ſpectare* 9, 2.

Ἀγὼν *Ludi* 4, 4. * ἀγὼν τῆς ψυχῆς εἰς τὸ χεῖρον ἐν λόγοις *Quum ſtudioſe quis et vnice hoc agit, vt obtrectet alios et de iis loquatur male* 28, 1.

Ἀδικεῖσθαι *Accipere iniuriam: affici iniuria* 1, 1.

Ἀδικία *Iniuſtitia: improbitas* 18, 1.

Ἀδολέσχης *Garrulus: loquax:* qui de rebus vanis et inanibus loquitur inepte et inconſiderate 3, 1. Moeris: Ἀδολέσχης, Ἀττικῶς· ἀδόλεσχος, Ἑλληνικῶς. Ita edidit auctoritate Cod. Coiſlin. aliorumque Pierſonus. Thomas Magiſter: Ἀδολέσχης, οὐκ ἀδόλεσχος· vbi conferri poteſt nota Audendorpii.

Ἀδολεσχία *Garrulitas: loquacitas: fabuloſitas* 3, 1. Clericus

A. C. 2, 2. 3. 22 verti vult *inanis atque otioſa. garrulitas*: quaſi vero garrulitate non contineatur iam notio τῦ *inanis et otioſi*. Caeterum conſtat ſatis, Plutarchum de vitio hoc reliquiſſe integrum libellum, qui eſt in eius Opp. p. 502-515 To. 2 Vuechel.

Ἀεὶ *Fere* 5, 4.

Ἀηδὴς *Taedioſus: odioſus:* is quocum verſari ſine taedio non poſſis 19, 2. 20, 1. Heſychius: ἀηδής· κοπώδης. Suidas: ἀηδής· ἀνεύφραντος.

Ἀηδία *Taedium*, vt explicant Gloſſ. vett. 20, 1. Differt a δυσχερεία, credo, ſic. Δυσχέρεια poteſt ſe oſtendere etiam extra conſuetudinem aliorum: poteſt aliquis eſſe δυσχερὴς, etiamſi non verſetur cum aliis, ſed tantum conſpiciatur audiaturue ab iis. Sed ἀηδία ſe prodit in conſuetudine aliorum: ἀηδὴς non poteſt eſſe niſi qui verſetur cum aliis.

Ἀὴρ *Plaga: tractus caeli* prooem. 1.

Ἀθεραπευσία σώματος *Incuria et neglegentia corporis*: quum quis corpus ſuum neglegit incultumque eſſe ſinit 19, 1.

Ἀθηναῖοι *Athenienſes* 21, 4.

Ἀθρόοι *Frequentes: multi qui vna ſunt* 7, 2. Opponuntur enim ibi τοῖς καθ' ἕνα· vt apud Aelian. V. H. 2, 1 οἱ καθ' ἕνα et ἠθροϊσμένοι. Sed verba Theophraſti οἱ ἀθρόοι καὶ συνεστηκότες reddi poſſunt vno vocabulo *circuli*.

Αἰδοῖον, τὸ, *Pars corporis pudibunda* 11, 1.

Ἄιδω *Cano* 4, 4. 15, 3. * de eo qui canit et recitat ῥήσεις 27, 1.

Αἰθίοψ *Aethiops* 21, 1. Videntur enim apud veteres viri atque feminae nobiles et beatae vſae eſſe ſeruis Aethiopibus et ancillulis Aethiopiſſis, quum prodirent in publicum. vid. Terent. Eun. 1, 2. 85 et Tibul. 2, 6. 37. Itaque etiam homo μικροφιλότιμος Aethiopem vult ſe ſequi, vt videatur nobilis eſſe ac diues.

Αἷμα *Cruor* 25, 4.

Αἱρεῖν πόλεις λόγῳ κατὰ κράτος *Narrare vrbes vi captas eſſe* 8, 4. * Med. αἱρεῖσθαι *Velle: cupere* prooem. 3.

Αἴρειν τι τῶν ἀπὸ τῆς τραπέζης *Attollere aliquid de ferculis* 2, 4. * *tollere: capere* 9, 1.

Αἰσχρός· ὁμιλία αἰσχρὰ *Conſuetudo illiberalis et indigna ingenuo homine* 2, 1. Sic αἰσχρὰ ἐργασία *Turpis, illiberalis, quaeſtus* 6, 2. Add. ibid. 1 et 9, 1.

Αἰσχύνεσθαι *Dubitare* 12, 2. * *commoueri: erubeſcere* 26, 3.

Αἰτεῖν τοῖς αὐτῦ παισὶν ἐκ τῦ κοινῦ ὄψον *[illegible]ere pueris ſuis obſonia de iis quae appoſita ſunt* 11, 5. * Med. αἰτεῖσθαι ἐκπώματα de eo qui rogat alterum vt ſibi commodet pocula 18, 2. Thomas Mag. Αἰτῦμαι λέγυσιν, ὅταν ζητῇ τις ὃ μέλλει ἀποδώσειν· οἷον ἐπὶ δανείυ. Αἰτῶ δὲ ἄρτον, ὃν δηλονότι ὐκ ἀποδώσω. Vid. ibi interpp.

et Salmaſius de modo Vſurr. p. 298.

Ἀκαιρία *Importunitas: ineptiae:* vitium quum quis neque temporis neque loci neque eorum quibuſcum eſt, rationem habet 12, 1.

Ἄκαιρος *Importunus: ineptus* 12, 1. Cicero Orat. 2, 4 negat quidem in ſermone Graecorum reperiri vocabulum, quo appelletur *ineptus:* ſed ex iis tamen quae Theophraſtus diſſerit de ἀκαιρίᾳ, et Cicero de inepto, ſatis, arbitror, intellegitur, ἄκαιρον non male dici *ineptum* poſſe.

Ἀκολουθεῖν *Sequi:* de pediſſequo 23, 1. * ὁ παῖς ἀκολουθῶν *Pediſſequus* 18, 2: qui alibi ἀκόλουθος a Theophraſto appellatur.

Ἀκόλουθος *Pediſſequus* 9, 1. 11, 4. 27, 2. Vid. Caſaubonus et Duportus ad 9, 1, itemque Ducquerus ad Thucyd. p. 395.

Ἀκούειν *Audire* 1, 2. 2, 3 [vbi tamen pro ἀκούοντος in aliis libris eſt ἄκοντος. vid. notae]. 6, 3. 7, 1. 4. 8, 1. 9, 2. 12, 2. 25, 2. * κακῶς ἀκοῦσαι *Male audire:* de eo de quo male opinantur exiſtimantque alii, qui vituperatur ab aliis 6, 1.

Ἀκουσίως *Inuite* 15, 2.

Ἄκραι *Promuntoria* 25, 1.

Ἀκρασία τοῦ λόγου *Intemperantia ſermonis:* vt Plinius maior alicubi *intemperantia riſus* dixit, 7, 1.

Ἀκρίβεια· ἐξ ἀκριβείας πολλῆς *Magno ſtudio: magna diligentia: in primis diligenter* prooem. 2.

Ἀκριβῶς ἀπωνυχισμένος *Is cuius vngues diligenter reſecti ſunt* 26, 2.

Ἀκρόδρυα proprie ſunt *glandes:* deinde ita dicti ſunt *omnes fructus arborum* edules. Suidas: ἀκρόδρυα· καρποὶ δενδρικοί· πάντες οἱ τῶν δένδρων καρποί. Heſychius: ἄδρυα· — Σικελοὶ δὲ ἄδρυα λέγουσι τὰ μῆλα, παρὰ δὲ Ἀττικοῖς ἀκρόδρυα. Sed apud Theophraſtum c. 11, 2 ſunt *baccae ſilveſtres minores*, aut omnino *baccae.* Vid. Salmaſius Exercitatt. Plinn. p. 429 ſ. Trai. Sed ſi quis malit loco illo pro μῆλα legere, quod tamen non placet, μύρτα, vt edidit Nedhamus: ἀκρόδρυα ſunt *omnes fetus arbutei edules*, praeter nuces et myrta. nam ἢ τὰ ἀκρόδρυα poteſt accipi pro ἢ τὰ ἄλλα ἀκρόδρυα· vt c. 23, 4 τὰς τριηραρχίας — ὅτι οὐ τίθησιν, οὐδὲ τὰς λειτουργίας. Caeterum de foro vbi venditi ſunt Athenis iſti arborum fructus, vid. Meurſius Ceram. gem. c. 16.

Ἀλαζονεία *Iactantia: arrogantia: oſtentatio* 23, 1.

Ἀλαζὼν *Iactator: glorioſus: oſtentator* 23, 1. Character hominis glorioſi reperitur etiam apud Auctor. ad Her. 4, 51: qui locus ſane digniſſimus lectu eſt pleniſſimuſque venuſtatis ac ſuauitatis ſummae.

Ἀλείφεσθαι χρίσματι [ſed praeſtat, credo, lectio Cod. Trin. χρίσμασι] *Perfricare caput vnguen-*

vnguentis: capillos delibuere vnguentis 5, 3. Nam homines lauti et elegantes ſolebant olim, quum in publicum prodirent, comas vnguentis delibuere. Vid. Grotius ad Matth. 6, 17 et Eſchenbachius in diſſert. de vnctionibus gentilium c. 3 p. 430 [diſſertt. Acadd. n. 7 Norib. a. 1729. 8]. * ἀλείφεσθαι *Se vngere: vngi ſe iubere: aliptae operam dare* 10, 4. 11, 4. 21, 3. 24, 2.

Ἀλέξανδρος *Alexander M.* 23, 2.

Ἀλέσαι *Molere* 4, 2. Eſt verbum Atticum, pro quo reliqui Graeci, et cum iis ſcriptores N. T. [Matth. 24, 41. Luc. 17, 35], dicunt ἀλήθειν. Phrynichus p. 58 Pau. ἀλεῖν ἐρεῖς, οὐκ ἀλήθειν. Thomas Mag. ἀλεῖν, οὐκ ἀλήθειν. item: ἀλεῖς, οὐκ ἀλήθεις. Vnde Hudſonus etiam apud Moerida emendauit: ἀλεῖς, Ἀττικῶς· ἀλήθεις, Ἑλληνικῶς. Sed legi debet, auctoritate omnium Codicum, ἀλέσεις, Ἑλληνικῶς.

Ἀληθῆ ἐρεῖς *Vera dixeris* 17, 3.

Ἀλλὰ *Sed*, praecedente negatione, 1, 4. 6, 2 etc. * *at* 1, 4. 17, 2. * ἀλλ' οὖν *At ſane, at certe* 8, 3. * ἀλλὰ καὶ *Sed etiam*, praecedentibus particulis οὐ μόνον, 5, 2. 8, 4.

Ἀλλάττεσθαι *Permutare: commutare* 4, 3. Verba ἕτερον ἅμα ἀλλάττεσθαι interpretor ita, *continuo permutat nummum ſ. nummos tenues aliis, qui habeant pondus iuſtum.* Nam intellegi debet e ſuperioribus, τοῦ λυπροῦ, aut ἀντὶ τοῦ λυπροῦ. vtroque enim modo verbum ἀλλάττεσθαι conſtruitur.

Ἄλλος *Alius* 1, 3. 2, 1. 2 etc. * οἱ ἄλλοι *Caeteri:* τὰ ἄλλα *Reliqua, caetera* 11, 1. prooem. 4 etc.

Ἀλλότριος *Alienus:* de equo 27, 1. * de ſanguine et cruore 25, 4. * de oleo 11, 4. * de domo 9, 3.

Ἄλλως *Aliter* 6, 3. 24, 3.

Ἅλες *Sal:* ἁλσὶ 9, 1: ἅλας 10, 3. 14, 3. Thomas Magiſter: οἱ ἅλες, καὶ τοὺς ἅλας, δεῖ λέγειν, οὐ τὸ ἅλας. recte. nam Attici quidem vtuntur fere Plurali. vid. Demoſth. de f. leg. p. 179 To. 2, et Aeſchin. de f. leg. p. 247 et c. Cteſiph. p. 451 To. 2. Sed τὸ ἅλας legitur Matth. 5, 13: vbi vid. Albertus, et ad Thomam Mag. Trillerus.

Ἀλυσιτελῶς *Non ſine magnis damnis: cum magno damno* 8, 4. Sic ἀλυσιτελὲς Hebr. 13, 17 valet *maxime pernicioſum.*

Ἄλφιτα *Farina* 16, 2.

Ἀλφὸς *Vitiligo alba* 19, 1. Heſychius: ἀλφός· λευκή τις ἐν τῷ σώματι. Vid. de hoc vitiliginis genere Celſus 5, 8. Ab Theophraſto vocatur ἀῤῥώστημα. nam ἔστι τὰ τοιαῦτα [λέπρη — ἀλφὸς —] αἶσχος μᾶλλον, ἢ νοσήματα, vt ait Hippocrates περὶ παθῶν c. 35 p. 182 To. 2 Lind.

Ἅμα· ἅμ' ἡμέρᾳ *Mane cum luci ſimul: cum primo luci:* vt loquitur Plautus, 24, 1. * *ſimul, vna* 25, 4. 27, 2. Atque ſic Theophraſtus particulam hanc ſolet vel poſtponere Participiis, ſequentibus

tibus Infinitiuis, vt 2, 1. 4, 2. 20, 2: vel praemittere Participiis, vt 5, 2. 7, 4. 9, 2. 11, 2: etiam Infinitiuis, vt 6, 4. 25, 4. Quo maxime pertinent duo loca: c. 19, 3 ἅμα πιεῖν προσερυγγάνειν· et c. 27, 1 ἅμα μελετᾶν ἱππάζεσθαι· quae male tentantur ab nonnullis. * *continuo: confeſtim* 4, 3.

Ἀμαθία *Inſcitia: imperitia* 4, 1.

Ἀμέλει hoc in libello ponitur vel ſimpliciter, vel iunctis particulis δὲ et δὲ καὶ, ita vt modo verti debeat *vtique, quin etiam, omnino*, modo reddi commode nequeat. Heſychius: ἀμέλει· διὸ, ἁπλῶς — τοιγαροῦν. Moeris: ἀμέλει σημαίνει τρία· διὰ τοῦτο, καὶ τὸ πάνυ, καὶ ἔτι καὶ περιττὸν ἐν ταῖς γραφαῖς κόσμου χάριν παραλαμβανόμενον. Quae tamen verba quum abſint ab Cod. Coiſlin., aliena eſſe, atque aliunde in libellum Moeridis, vt multa alia, migraſſe videntur. Occurrit autem particula illa c. 2, 4. 5, 1. 4. 6, 1. 11, 5. 13, 1. 16, 1. 18, 1. 19, 2. 21, 4. 23, 1. 24, 3. 25, 1. 26, 2.

Ἀμφισβητῆσαι *Contendere* 23, 2.

Ἀμφότεροι *vtrique: vtraque pars* 12, 3. * ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ *Ambabus manibus* 5, 1.

Ἂν *Si:* ἐὰν 7, 2. 17, 2. * Saepiſſime autem legitur vt particula ἀοριστική· vel cum Optatiuo, vt 1, 1. 4, 1. 8, 2 etc.: vel cum Coniunctiuo, vt 2, 3. 5, 3 etc.: vel cum Infinitiuo, vt 10, 2. 15, 3 etc. * c. 7, 5 poſita eſt poſt particulam εἰ· et c. 27, 2 eſt ὡς ἂν ἐκείνου μὴ ἐπισταμένου.

Ἀναβάλλεσθαι dicitur α) de *iis qui ſe amiciunt pallio.* vt c. 19, 3 ἱμάτιον κηλίδων μεστὸν ἀναβαλόμενος *Pallio maculis pleno amictus.* Suidas in verbo ἀναβάλλει· Ἀναβάλλεσθαι δὲ τὸ ἱμάτιον οἱ Ἀττικοὶ, οὐ περιβάλλεσθαι λέγουσιν. Vid. Perizonius ad Aelian. H. V. 7, 9 et Caſaubonus ad Athen. 1, 18. β) De *iis qui pallium colligunt et in humeros reiiciunt.* quod faciebat apud Graecos beatiſſimus et lautiſſimus quiſque, etiam athletae, et Athenis, vt videtur, equites. Quo refero, ſed timide tamen; nihil enim certi, quod ſciam, ea de re traditum eſt a veteribus; c. 21, 2 ἀναβαλόμενος θοἰμάτιον *Reiectum geſtans pallium* ſ. *reiecto pallio.* Certe locus hic declarat ſatis, eos qui equo veherentur Athenis, pallium ita reieciſſe, vt etſi deſcendiſſent de equo, tamen intellegi poſſet, eos equo vectos eſſe. Caeterum modeſtiores brachium pallio cohibebant. Vid. Valeſius ad Dion. Caſ. p. 28 To. 1 Reimar. γ) De *iis qui pallium retrahunt et ſubducunt.* vt c. 4, 2 ἀναβεβλημένος ἄνω τοῦ γόνατος *Pallio ſupra genua contracto et collecto.* Vid. Ferrarius de Re Veſtiar. 2, 4. 6 p. 148.

Ἀνάγεσθαι *Soluere nauem*, vel ſimpliciter *ſoluere*, 20, 1.

Ἀναγκάζειν *Cogere: iubere* 9, 3. 14, 3. 28, 2. Ammonius: ἀναγκά-

ἀναγκάζειν καὶ βιάζεσθαι διαφέρει. Ἀναγκάζειν μὲν γάρ ἐστιν ἐπὶ ἐμψύχων —. Thomas Magiſter: ἀναγκάζειν ἐπὶ ἐμψύχου μόνου —.

Ἀναδέξασθαι *Spondere:* de eo qui ſpondet et promittit, pecuniam creditam credendamue ſolutum iri, 12, 1. Idem enim declarat quod ἐγγυᾶσθαι, vt neque ἔγγυος differt ab ἀναδόχῳ. Heſychius: ἔγγυος· ἀνάδοχος. Vid. omnino Salmaſius de modo Vſurr. c. 16.

Ἀναιρεῖσθαι· ἀνελέσθαι *Tollere:* de eo qui tollit oliuam et palmulam cadiuam 10, 2.

Ἀναισθησία *Stupiditas* 14, 1. Clericus A. C. 2, 2. 3. 22 putat, vocabulo Latino *ſtupiditas* non omnino exhauriri vim Graeci.

Ἀναίσθητος *Stupidus: bardus* Gloſſ. vett. 14, 1.

Ἀναισχυντία *Impudentia* 9, 1.

Ἀναίσχυντος *Impudens* 9, 1.

Ἀνακοινοῦσθαι πρὸς τοὺς αὐτοῦ οἰκέτας περὶ τῶν μεγίστων *Communicare cum ſeruis ſuis res maximas* 4, 1. Sic Iſocrates ad Demon. p. 16 Bat. περὶ τῶν ῥητῶν ὡς ἀποῤῥήτων ἀνακοίνου. * *conſulere, adhibere* 12, 1. Vid. Pierſonus ad Moerin p. 20.

Ἀνακόπτειν *Nauem inhibere: mutare curſum:* de gubernatore 25, 1. Intellegi poſſunt verba ναῦν τῆς ὁρμῆς. Conf. Albertus Obſeruatt. N. F. p. 365.

Ἀνακύπτειν *Caput erigere* 11, 1. Apud Lucan c. 21, 28 ἀνακύψαι et ἐπᾶραι τὰς κεφαλὰς coniuncta leguntur. Opponitur ei κάτω κύπτειν c. 24, 1 *caput demittere, capite demiſſo terram intueri.*

Ἀναλίσκειν *Edere, comedere,* reliquias victimae 12, 2.

Ἀνάλωμα· ὡς πλείω ἢ πέντε τάλαντα γένοιτο αὐτῷ τὰ ἀναλώματα διδόντι τοῖς ἀπόροις τῶν πολιτῶν *Se plus quam quinque talenta impendiſſe ad ſubleuandam inopiam ciuium* 23, 3.

Ἀναμιμνήσκεσθαι *Recenſere et monere familiam ne obliuiſcatur* 4, 3. Conſtruitur cum Accuſatiuo.

Ἀνάπλεως αἵματος *Plenus ſanguine ſ. cruore* 25, 4.

Ἀναπνεῦσαι *Reſpirare* 7, 2: vbi verbis ὥστε μηδὲ ἀναπνεῦσαι τὸν ἐντυγχάνοντα ſignificatur ſumma moleſtia quae creatur ab loquaci homine alteri loquacitate et garrulitate.

Ἀναστρέψαι *Reuerti: redire* 2, 4. Actiuum enim, vt in aliis verbis huius generis multis, vim Medii habet.

Ἀνασύρασθαι *Pallium ſubducere* ad inguen vſque obſcenum 11, 1. Ita Diod. Sic. 1, 85 p. 96 To. 1 δεικνύουσιν ἀνασυράμεναι τὰ ἑαυτῶν γονητικὰ μόρια. Animaduertit etiam Heſychius hanc poteſtatem verbi. nam in Gloſſario eius extant gloſſae hae: ἀνασεσυρμένη· ἡ συρόμενον ἱμάτιον ἐπαίρουσα καὶ μέρος γυμνοῦσα· vbi Palmerius male corrigebat μηρόν· item: ἀνεσύρατο· ἄνω τὰ ἱμάτια ἔσυρεν· ad quem locum videndus Albertus

p. 370

p. 370 To. 1. Dicebatur hoc etiam ἀνελκύειν. vid. Caſaubonus ad Sueton. Aug. 81. * ἀνασεσυρμένος *Spurcus: foedus* 6, 1. Duportus ibi opportune laudat locum Chryſoſtomi homil. 28 in ep. ad Romanos, vbi coniunguntur ἀγοραῖοι et σεσυρμένοι, ſicut ab Theophraſto ἀγοραῖος et ἀνασεσυρμένος.

Ἀνατιθέναι *Suſpendere* 21, 3. 22, 1. Vtroque loco dicitur de donariis, *anulo et taenia*, quae ſuſpenduntur a parietibus templorum: cuius generis donaria ab Atticis appellantur ἀναθήματα, ab reliquis Graecis ἀναθέματα, Moeride quidem auctore.

Ἀναφοραὶ eleganter dicitur quum quis eorum, quae dicit et narrat, citat et laudat alios auctores teſteſque 8, 2. Verba αἱ μὲν ἀναφοραὶ — ἐπιλαβέσθαι verti poſſunt, *remittit ad auctores eorum quae dicit narratque illos, quos nemo poſſit redarguere.* Etiam verbum ἀναφέρειν ita vſurpatur apud Platonem Apol. 5 οὐ γὰρ ἐμὸν ἐρῶ τὸν λόγον, ὃν ἂν λέγω, ἀλλ᾽ εἰς ἀξιόχρεων ὑμῖν τὸν λέγοντα ἀνοίσω.

Ἀνδράποδον *Mancipium* 17, 2.

Ἀνδριὰς *Statua* 27, 2.

Ἀνελευθερία *Illiberalitas* 22, 1.

Ἀνελεύθερος *Illiberalis* 22, 1. * ὄρεξις τιμῆς ἀνελεύθερος *Cupiditas honoris illiberalis* 21, 1.

Ἄνευ· ἔντευξις λύπης ποιητικὴ ἄνευ βλάβης *Conſuetudo quae moleſtiam, non item damnum, affert* 20, 1.

Ἀνὴρ κράτιστος *Vir optimus* 5, 1. * *maritus* 13, 3. * ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι *Athenienſes* 21, 4.

Ἀνθρωπίνη φύσις *Humanum ingenium* prooem. 2. Moeris: ἀνθρωπεία φύσει, Ἀττικῶς, ὡς Θουκυδίδης· ἀνθρωπίνη, Ἑλληνικῶς. Thomas Magiſter: ἀνθρωπεία φύσις, οὐκ ἀνθρωπίνη. vbi vid. interpretes. Etiam apud Moerin Vuaſſius ad Thucyd. p. 427 legit, neſcio quo auctore, ἀνθρωπεία φύσις — ἀνθρωπίνη —.

Ἄνθρωπος· οὐκ ἐάσεις τὸν ἄνθρωπον ὕπνου λαβεῖν; *Non ſines hominem ſomnum capere?* 25, 3. * καὶ ἐγὼ τὸν ἄνθρωπον τοῦτον πάντων μεμίσηκα *Etiam ego hominem iſtum odi vnum omnium* 28, 2. * οἱ ἄνθρωποι *Homines* 2, 1. * ὡς πολὺ πονηρότεροί εἰσιν οἱ νῦν ἄνθρωποι τῶν ἀρχαίων *Multo peiores eſſe homines huius aetatis hominibus ſuperiorum aetatum* 3, 2. * Add. prooem. 2. 2, 1. 3, 3. 8, 4.

Ἀνίστημι· ἀναστὰς *Surgens:* de eo qui in concione aliquid promittit 13, 1. Suartius perperam exiſtimabat, Participio illo ibi alacritatem atque ſtudium ſignificari. Quo pertinet locus plenior hic, ἀναστὰς ἐκ τοῦ δήμου *Surgens in concione* 22, 1. * ἀναστὰς ἐκ τῶν στρωμάτων *Surgens e lecto ſ. ſtragulis* 18, 1. Add. 22, 3. * περὶ τοῦ ἀναστάντος εἰπεῖν *De eo qui ſurrexit et abiit, male loqui* 28, 2. * Med. ἀνίστασθαι *Surgere:* de eo qui ſurgit, vt alios doceat rem quam iam cognouerint, a principi-

principio 12, 2. * ἐπὶ θάκȣ ἀνιςάμενος *Surgens e lecto, vt eat ad ſellam familiaricam* 14, 2. Nam duplicem notionem ibi verbo ἀνίςαϑαι ineſſe, et vſus Actiui c. 28, 2 docet, et alia loca ſimilia in notis a nobis laudata.

Ἀντίδικος *Aduerſarius* 5, 2.

Ἀντικνήμιον *Anterior cruris pars* h. e., *tibia.* vnde ἀντικνήμια *Tibiae* 19, 2. Occurrit etiam apud Ariſtophanem Plut. 784 et Xenoph. Cyri paed. 2 p. 145 Hutch. mai.

Ἀντίπατρος *Antipater:* fuit de amicis et familiaribus Philippi, auctor necis Alexandri M.: quo ſublato quum forte accepiſſet Graeciam, obſeſſus eſt ab Athenienſibus Heracleae, ſed ſolutus obſidione in Macedoniam conceſſit [Iuſtin. 13, 5. 16] 23, 2.

Ἀντιπροσειπεῖν *Reſalutare: viciſſim ſalutare* 15, 1.

Ἀνυπόδητος *Diſcalceatus* 18, 1. Sic enim Attici dicunt, non ἀνυπόδετος, auctoribus Grammaticis antiquis. Phrynichus p. 196 Pau. ἀνυπόδετος ἐρεῖς ἐν τῷ η. τὸ γὰρ ἐν τῷ ε, ἁμάρτημα. καὶ γὰρ ὑποδήσαϑαι λέγεται, καὶ ȣ̓κ ὑποδέσαϑαι. Moeris: ἀνυπόδητος, Ἀττικῶς· ἀνυπόδετος, Ἑλληνικῶς. Suidas: ἀνυπόδητος· γυμνόπȣς. ἐν τῷ η λέγεται, ȣ̓χὶ ἀνυπόδετος. Thomas Magiſter: ἀνυπόδετος ȣ̓κ ἐρεῖς, ἀνυπόδητος δέ. Vid. ad h. l. interpp. et Vueſſelingius ad Diod. Sic. p. 91 To. 1.

Ἄνω τȣ̃ γόνατος ἀναβεβλημένος *Pallio ſupra genua contracto* 4, 2. * ὡς ἐλλέβορον πιὼν, ἄνω καὶ κάτω καϑαρϑείη *Se bibiſſe belleborum quo venter, et ſuperior et inferior, purgatus fuerit* 20, 2. Ἄνω pertinet maxime ad aluum ſ. ſtomachum. nam helleborus ſ. veratrum candidum purgat ſtomachum concitatque adeo vomitus. Vid. infra ἐλλέβορος.

Ἄξιος ἐγγυητὴς *Idoneus ſponſor,* h. e. *fide dignus et locuples* 18, 2.* ὡς ἄξιοι γεγόνασιν οἱ πυροὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ *Frumenta bene emta eſſe in fo.o* 3, 2. Sic πριάμενος ἀνδράποδον ἄξιον *Si bene emit mancipium* 17, 2: vbi mox ὅτι ȣ̃τως ἄξιαν ἐώνημαι *Me tam bene emiſſe.* add. 9, 3. Etenim ab Atticis ἄξιον dicitur eleganter *id quod emitur bene et pretio vili,* εὔωνον. Suidas in ἀξιώτερον· — Ἄξιον γὰρ παρ' Ἀττικοῖς τὸ εὔωνον. Moeris: ἀξιώτερον, Ἀττικῶς· εὐωνότερον, Ἑλληνικῶς. Pierſonus edidit ἀξιωτέρας — εὐωνοτέρας. Vid. Boſius et Vuitterus ad Tho. Mag. p. 80, Hemſterhuſius ad Polluc. p. 692 n. 58, et Caſaubonus ad Athen. p. 94. Sed interpretes Latini non raro male verterunt hoc vocabulum. Vid. Solanus ad Lucian. p. 37 To. 2. * ἐϑύομεν τὰ ἱερὰ ἄξια *Sacrificauimus rite* 21, 4.

Ἀξιȣ̃ν *Velle: cupere* 6, 2. 3.

Ἀπαγγέλλειν τὰς ἐκκλησίας *Narrare aliis ea quae in concione acta et decreta ſunt; enuntia-*

nuntiare 7, 3. * *nuntiare: renuntiare* 14, 2. 21, 4.

Ἀπαγορεύειν *Interdicere: vetare* 10, 3. 13, 2.

Ἀπάγχεσθαι *Gulam frangere: laqueo collum obſtringere* 12, 3. Atque ſic verbum hoc haud dubie accipi debet Matth. 27, 5 de Petro Apoſtolo, non modo propter Participium ἀπελθὼν, ſed etiam propterea, quia eodem ſenſu occurrit 2 Sam. 17, 23 in Verſ. Alex., pro verbo Hebraico הֵחָנֵק.

Ἀπάγω· ἄπαγ᾽ ἐς κόρακας *Abi in malam rem* 25, 3. Attici dicunt, hoc ſenſu, etiam ἔῤῥ᾽ ἐς κόρακας, βάλλ᾽ ἐς κόρακας, et ἐς κόρακας ſimpliciter. Vid. Spanhemius ad Ariſtoph. Plut. 394: interpp. Thomae Mag. p. 370 ſ. et Berglerus ad Alciphron. p. 62 ſ. * καὶ τὸν υἱὸν ἀποκεῖραι ἀπαγαγὼν εἰς Δελφοὺς *Et capillos filii detondet Delphis* 21, 1. * ἀπάγεσθαι κλοπῆς *Sinere ſe furti conuictum in carcerem duci* 6, 2. Duportus interpretatur *in ius duci*. per ſe non male. Sed ob ſequentia verba malim de vinculis locum accipere. Nam vt veſania magna eſt ſinere ſe in carcerem duci: ita multo maioris amentiae indicium eſt, in carcere diutius commorari, neque ſe ſtatim inde liberare. De poteſtate verbi ἀπάγειν vſuque forenſi vid. Salmaſius de modo Vſurr. c. 17.

Ἀπαιτεῖν τοὺς ὀφείλοντας — μετὰ μαρτύρων τοὺς τόκους *Exigere a debitoribus, teſtibus adhibitis, vſuram* 18, 2. Sed ἀπαιτεῖν ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἡμιωβόλιον c. 10, 1 eſt *ventitare ad domum debitoris et exigere, vſurae loco, ſemiobolum:* vbi vid. notas. Sunt enim alia quoque huius generis verba praegnantia, quae vocant, hoc in libello. vt 6, 4 τοὺς τόκους εἰς τὴν γνάθον ἐκλέγειν *Obolos collectos condere in buccam:* 14, 2 ἐπὶ θᾶκον ἀνίστασθαι *Surgere e lecto et abire ad ſellam familiaricam:* et 28, 2 ἀναστῆναι *Surrexiſſe et abiiſſe.* Caeterum μικρολογία, quae loco illo notatur a Theophraſto, haec eſt. Μικρολόγος, homo diues, pauperi cuidam, fortaſſis etiam amico, credidit ſummulam paruam: pro hac debitorem menſibus ſingulis ſoluere oportet, vſurae loco, ſemiobolum: hunc ſemiobolum ipſe creditor exigit a debitore, ne hic omittat eum ſoluere, remque ipſivs familiarem eo afficiat magno ſcilicet detrimento. * τὸ μέρος αὐτοῦ ἀπαιτήσας ἀποδόσθαι *Partem virilem petere et vendere* 11, 4: vbi etiam eſt ἀπαιτῆσαι τὸ μέρος, de hero qui a pueris petit partem chalcorum quos in viis inuenerunt: et 12, 2 de eo qui petit partem reliquiarum victimae. Conſtruitur ibi, vt 18, 2, cum duplici Accuſatiuo. Caeterum differt hoc verbum a verbo

verbo αἰτεῖν fere ſic. Ἀπαιτεῖν eſt *petere et exigere quae tibi debeatur*: ſed αἰτεῖν *petere et poſcere ea quae petere et poſcere iure non poſſis, ita vt ſi acceperis, gratias debeas alteri.* Vid., praeter alios, Krebſius Obſeruatt. N. F. p. 116 ſ.

Ἀπαλλάττειν *Diſcedere* 8, 4. Actiuum enim habet vim Medii: vt apud Xenoph. Memorr. 1, 7. 3 et alibi. Med. ἀπαλλάττεσθαι *Diſcedere: abire* 4, 3. 5, 1. 7, 4. 9, 2. 16, 1. 26 : vbi eſt ἀπαλλαγῆναι. Vid. de hoc verbo Dreſigius V. M. 1, 15.

Ἁπαλός· λάχανα ἁπαλὰ *Olera tenera* 20, 3. Moſchopulus: ἁπαλὸς ἐπὶ ζώων καὶ φυτῶν — μαλακὸν δὲ ἐπὶ κηροῦ καὶ τῶν τοιούτων.

Ἀπαντᾶν *Obuium eſſe: obuiam fieri* 2, 3. 4, 4. 11, 2.

Ἀπαντικρὺ τῆς εἰσόδου *Contra introitum* 21, 2. Thomas Magiſter: ἀπαντικρὺ τοῦ δεῖνος — λογογράφοι — ἀντικρὺ δὲ, ποιηταί —.

Ἀπάρχεσθαι *Libare* 10, 1. Nimirum veteres, vt in ſacrificiis, ita etiam in conuiuiis, ſolebant partem coenae, ante, quam ipſi inciperent cibum potionemque capere, conſecrare et dare diis deabuſue, hoc dicebatur, et quidem de vino aliiſque liquoribus, σπένδειν et λείβειν· de cibis, ἀπάρχεσθαι. Μικρολόγος autem loco illo dicitur ἀπάρχεσθαι ἐλάχιστον τῇ Ἀρτέμιδι, aut, quae erat magni Geſneri ſuſpicio, quia σύσσιτοι epulati ſunt in primis ex venatione: aut, vt noſtra fert opinio, quoniam Diana credita eſt parens praeſeſque valetudinis et ſalutis. vid. Callimachus h. in Dian. 124 ſſ. et Phurnutus de nat. deor. 32: quae loca opportune attulit hanc in rem Suartius.

Ἀπατούρια *Apaturia* 3, 3. Celebrabantur in honorem Bacchi, ob interemtum a Melantho Xanthum, regem Boeororum [Polyaen. 1,19], menſe Pyanepſione, per dies tres: primus dicebatur Δορπία· ſecundus Ἀνάῤῥυσις· tertius Κουρεῶτις. Vid. Suidas in Ἀπατούρια· Lex. MS. Coiſlin. in Catalogo bibl. Coiſlin. p. 605: Meurſius Graec. Fer. p. 33-45, et Corſinus Faſt. Att. P. 1 To. 2 diſſert. 13 p. 306 ſ.

Ἀπαυδᾶν ποιεῖν τοὺς ἀκούοντας ταῖς ψευδολογίαις *Obtundere, conficere, enecare, eos qui audiunt, vanis ſermonibus*, h. e. *eo redigere vt negent, ſe garrulitatem et ineptias diutius ferre poſſe*: de λογοποιῷ 8, 5.

Ἄπειμι *Abſum*: τῆς οὐσίας τὸ ἥμισυ ἄπεστιν *Alteram rei et facultatum partem amiſiſti* 17, 2.

Ἄπειμι *Abeo: diſcedo* 6, 3: vbi opponitur τῷ προσιέναι· 7, 3. 9, 3. 11, 2. 3. 21, 4.

Ἀπέπειν· ἀπείπασθαι *Negare: abnuere* 12, 2. Thomas Magiſter: ἀπειπάμην κάλλιον ἢ ἀπεῖπον. vnde etiam apud Moerin emendandum eſſe ἀπειπάμην, Ἀττικῶς· ἀπεῖπον, Ἑλληνικῶς,

M

νικῶς, iam Dreſigius monuit V. M. p. 189: qui eodem loco de multiplici poteſtate huius verbi expoſuit.

Ἀπέρεσθαι· ὅτι ἀπείρηται *Se noluiſſe accipere conditionem: ſe noluiſſe vti beneficio* 23, 3. Thomas Magiſter: ἀπείρηται κάλλιον, ἢ ἀπηγόρευται.

Ἀπέρχεσθαι· πρὸς τοῦτον ἀπελθὼν δανείζεσθαι *Hunc adit vt ab eo mutuetur pecuniam* 9, 1. * ἐπὶ ταῖς τριόδοις ἀπελθὼν κατὰ κεφαλῆς λούσασθαι In triviis, diſcedens inde, lauat ſibi caput 16, 3. Nam verba ἐπὶ ταῖς τριόδοις cohaerent cum verbis κατὰ κεφ. λούσασθαι, non cum Participio ἀπελθών. * ἐκ τοῦ μέσου ἀπελθεῖν *E medio* h. e. *e concione,* diſcedit 22, 1.

Ἀπήνεια ὁμιλίας ἐν λόγοις *Moroſa, inhumana, conſuetudo, quae ſe oſtendit in verbis* 15, 1. Nam ἀπήνεια tribuitur iis qui ſunt immites, inhumani, truces, ſaeui, crudeles, moroſi. Suidas hoc vocabulum interpretatur per ἀπανθρωπία· et Heſychius non modo nomen ἀπηναῖος explicat per ἀπάνθρωπος et ὠμὸς, ſed etiam ἀπηνὴς per σκληρὸς et χαλεπός.

Ἄπιοι *Pira:* hortenſia et ſatiua 2, 3.

Ἀπιστεῖν· ὅπως σοὶ ἀπιστήσω, ἢ ἐκείνου καταγνῶ, ἀπορoῦμαι *Neſcio quomodo tibi non habeam fidem, aut quomodo dubitem de illius fide,* h. e. *et te et illum veracem puto: neque de tua neque de illius fide dubito* 1, 3. * τοῖς φίλοις καὶ οἰκείοις ἀπιστεῖν *Amicis et neceſſariis diffidere* 4, 1.

Ἀπιστία *Diffidentia* 18, 1.

Ἄπιστος *Diffidens* 18, 1.

Ἁπλοῦς· τὰ τῶν ἠθῶν μὴ ἁπλᾶ, ἀλλ' ἐπίβουλα *Mores,* vel potius *ingenia non ſimplicia et aperta, ſed inſidioſa et multiplicia* 1, 4. Ita apud Ariſtoph. Plut. 1159 opponuntur inter ſe δόλος et ἁπλοῖ τρόποι· et apud Xenoph. Memorr. 3, 1. 6 dicitur στρατηγὸς debere eſſe ἁπλοῦς τε καὶ ἐπίβουλος.

Ἀπνευστὶ διακονῆσαι *Emere et domum referre vno ſpiritu* 2, 4.

Ἀπό· πρῶτον ποιήσομαι τὸν λόγον ἀπὸ τῶν τὴν εἰρωνείαν ἐζηλωκότων *Faciam initium a ſimulatoribus et diſſimulatoribus* prooem. 4: vbi paullo poſt eſt ἄρξομαι πρῶτον ἀπὸ τῆς εἰρωνείας: add. 2, 1. 28, 1. * ἐὰν — ἀπὸ πνεύματος προσενεχθῇ ἄχυρον *Si vento delatae fuerint paleae* ad capillos 2, 2. * ἀπὸ ἱματίου ἀφελεῖν κροκίδα *De pallio legere floccos* 2, 2. * τοὺς τόκους ἀπὸ τοῦ ἐμπολήματος εἰς τὴν γνάθον ἐκλέγειν *Aera, numulos, quos facit et redigit e mercibus, condit in buccam* 6, 4. * δοῦναι ἀπὸ τῆς τραπέζης ἄρας κρέας *Dat de menſa carnem* 9, 1: vbi ſ. 2 ἁρπάσας ἀπὸ τῆς τραπέζης χολίκιον *Rapiens de menſa partem inteſtini.* * εἰσπρᾶξαι ἀπὸ τῶν ἐπιτηδείων *Detrahit de demenſo* 10, 2. * ἀπιέναι ἀπὸ τοῦ δικαστηρίου *Diſcedere e iudicio* 11, 2. * ἀπὸ τῶν ξενίων τὸ μέρος τὸ αὐτοῦ ἀπαιτῆσαι *Munerum, lautiorum, partem*

tem virilem petere 11, 4. * ἀπονίψαϑαι τὰς χεῖρας καὶ περιῤῥάναϑαι ἀπὸ ἱερου *Egredientem e templo lauare manus et corpus ſpargere aqua luſtrali* 16, 1. Nam verba ἀπὸ ἱερου neque cum verbis δάφνης εἰς τὸ ςόμα λαβὼν cohaerent, vt Galens arbitrabatur, neque coniungi debent cum verbis ουτω-περιπατεῖν, quae erat Paui ſententia: ſed pertinent ad verba ἀπονιψάμενος τὰς χεῖρας καὶ περιῤῥανάμενος. Ita Anacreon Odar. 45, 8 ὁ δ᾽ Ἄρης ποτ᾽ ἐξ ἀΰτῆς Στιβαρὸν δόρυ κραδαίνων h. e. *Mars aliquando e pugna reuerſus, grauem haſtam vibrans.* Marc. 7, 4 ἀπὸ ἀγορᾶς ἐὰν μὴ βαπτίσωνται *E publico reuerſi niſi lauerint manus.* Verba ὅταν ἔλϑωσι quae in Codd. nonnullis ibi inſerta leguntur, gloſſema redolent. * ϑαυμάζω εἰ σὺ καὶ ἀπὸ ψυχῆς με φιλεῖς *Miror ſi tu me etiam ex animo ſuauiere* 17, 1. * ἀποῤῥίπτειν ἀπὸ του ςόματος *Cibum eiicit ex ore* 19, 3. * ὅτι φοβεῖται ἀπὸ ἐνυπνίου τινὸς *Se timere ſibi ab ſomnio aliquo* 25, 1. * αἵματος ἀνάπλεως ἀπὸ του ἀλλοτρίου τραύματος *Cruore plenus de alieno vulnere* 25, 4. * ἄρας τι τῶν ἀπὸ τῆς τραπέζης *Attollens aliquid de ferculis* 2, 4. Nam τὰ ἀπὸ τῆς τραπέζης ſunt *ea quae ſunt in menſa*, quatenus tolluntur inde vel tolli poſſunt. Vid. not. Sic fere c. 11, 5 *raphani ſemeſi* dicuntur καταλειπόμενα ἀπὸ τῆς τραπέζης ἡμίση τῶν ῥαφανίδων· quia tolluntur de menſa. tum enim eos numerat homo βδελυρός. Eodem modo c. 4, 1 πάντα τὰ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας διηγεῖσϑαι *Omnia quae acta ſunt in concione,* ſ. *publice acta, narrare:* quatenus narrantur aliis. * ἀπὸ δείπνου *Poſt coenam: a coena* 24, 1. * εἰδεχϑής τις ἀπὸ προσώπου ἐςὶν *Taeter valde adſpectu eſt: os eius valde odioſum eſt* 28, 2. * ἀπὸ φιλοτιμίας *Sine vllo honoris ſtudio* 22, 1: vbi vid. not.

Ἀποβάλλειν· τὰ ἱμάτια ἀποβεβλήκασιν *Pallio amittunt* 8, 4. * τῆς γυναικὸς ἀποβαλούσης τρίχαλκον *Vxor quum amiſit trichalcum* 10, 1.

Ἀποβλέπειν· dicitur vel de iis qui adſpiciunt alios et intuentur ſimpliciter, conſtruiturque cum particula εἰς, vt c. 2, 5 εἰς ἐκεῖνον ἀποβλέπων *Eum intuens: eum adſpiciens*: vel de iis qui adſpiciunt alios oculoſque in eos coniiciunt, admiratione virtutis eorum ducti, conſtruiturque cum Praepoſitione πρὸς, vt c. 2, 1 ἐνϑυμῇ ὡς ἀποβλέπουσι πρὸς σὲ οἱ ἄνϑρωποι; *Noſtin' vt oculi hominum in te coniecti ſint?* Latini verbis *adſpicere* et *intueri* vtuntur eodem modo.

Ἀπογράφεσϑαι τὰ καταλειπόμενα ἀπὸ τῆς τραπέζης ἡμίση τῶν ῥαφανίδων *Numerare, in tabulas referre, ſemeſos raphanos* 11, 5.

'Αποδημῶν δημοσίᾳ *Quum legatus mittitur publice aliquo* 11, 3.

'Αποδιδόναι χρέος τριάκοντα μνῶν *Reddere debitum triginta minarum* 11, 5. add. 17, 3. 21, 2. * *tradere*, *dare* 21, 2. * Med. ἀποδίδοσθαι *Vendere* 10, 2. 11, 4. 5. 15, 1. 22, 1. Nam qui aliquid vendit, iubet ſibi reddi pro eo pecuniam aliudue quid.

'Αποδιδράσκειν· μὴ ἐν τῇ ὁδῷ ἀποδράσῃ *Ne in via aufugiat:* de pediſſequo 18, 2. Nam eſt verbum proprium hoc in genere, cui opponitur verbum παραμένειν. Vid. Xenoph. Oeconom. 3, 4.

'Αποδοκιμάζειν τὸ ἀργύριον *Reiicere pecuniam* 4, 3. Conf. Albertus Obſeruatt. N. F. p. 121. * μηδεμίαν αἰσχρὰν ἐργασίαν ἀποδοκιμάσαι *Nullo turpi quaeſtu abſtinere* 6, 2. * οὐκ ἀποδοκιμάζειν, ſequente Infinitiuo, *Non dubitare: non erubeſcere* 6, 4.

'Αποκαθιστάναι· ἀποκαταστῆσαι εἰς τὴν οἰκίαν *Reducere domum* 7, 3.

* 'Αποκάμψαι ἐκ τῆς ὁδοῦ *Deflectere, declinare, de via:* qua homo illiberalis videt amicum ad ſe pergentem: aut etiam *regredi* 22, 2. Caret hoc verbo Theſaurus Stephanianus.

'Αποκεῖραι τὸν υἱὸν ἀπαγαγὼν εἰς Δελφοὺς *Detondet capillos filii Delphis* 21, 1. Solebant autem pueri Athenis comam ponere anno aetatis duodeuiceſimo. nam tum referebantur inter ἐφήβους, Atque Theſei quidem aetate proficiſcebantur Delphos, conſecrabantque comam Apollini. Auctor eſt Plutarchus Theſ. p. 2 To. 2 Vuech. ἔθους δὲ ὄντος ἔτι τότε τοὺς μεταβαίνοντας ἐκ παίδων, ἐλθόντας εἰς Δελφοὺς ἀπάρξασθαι τῷ θεῷ τῆς κόμης. Qui mos videtur poſtea neglectus fuiſſe, et tantum ab iis obſeruatus, qui honorem aucuparentur rebus eiuſmodi paruis et leuibus. id quod locus Theophraſti ille ſatis docet. Vid. Meurſius Gr. Fer. in vocab. ἐφήβια et Lectt. Att. 3, 1: itemque Iunius de Coma c. 4. * Med. ἀποκείρασθαι *Se tonderi iubere: tonſori operam dare* 4, 4. 5, 3. Vtroque loco et de barba et de coma accipi poteſt. Conf. Caſaubonus ad Athen. p. 298, et Salmaſius de Coma p. 532.

'Αποκναίειν *Enecare*: de eo qui aliis moleſtus eſt loquacitate 7, 2.

'Αποκρίνεσθαι *Reſpondere* 7, 1. 8, 1. 16, 2.

'Αποκρύψας αὐτὴν ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον *Occultans eam* [Spatham] *ſub puluino* 25, 2.

'Απολαμβάνειν ἀργύριον ὀφειλόμενον *Recipere pecuniam debitam* 14, 3.

'Απολαύειν· συνοδοιπόρου ἀπολαύσας ἐν τῇ ὁδῷ *Si cum comite colloquitur in via* 23, 2. Nam ἀπολαῦσαι τινὸς dicitur aliquis, quatenus cum eo colloquitur.

'Απόλλυ-

Ἀπόλλυμι· ὅτι ἀπόλλυσι καὶ τοῦτο τὸ ἀργύριον *Se perdere velle etiam hanc pecuniam* 15, 2.

Ἀπομύττεσθαι *Se emungere* 19, 3.

Ἀπονιψάμενος τὰς χεῖρας — ἀπὸ ἱεροῦ *Lauans ſibi manus aqua luſtrali, quum e templo egredietur* 16, 1. Sic Matth. 27, 24 ἀπενίψατο τὰς χεῖρας. Thomas Magiſter: ἀπόνιπτρον καὶ ἀπονίψασθαι· οὐ νίμμα, οὐδὲ νίψασθαι, ὡς ὁ πολὺς λέγει.

Ἀπονενοημένος *Amens : vecors:* qui ea et facit et dicit vt videatur alienatus eſſe mente et carere ratione 6, 1.

Ἀπόνοια *Amentia: inſania: vecordia* 6, 1. 3. Notio huius vocabuli aeque late patet, ac poteſtas verbi ἀπονενοημένος.

Ἀπονυχίζειν· ἀκριβῶς ἀπωνυχισμένος *Vnguibus diligenter reſectis* 26, 2. Phrynichus p. 126 — τὸ δ' ἀπονυχίζειν τὸ τὰς ὑπεραυξήσεις τῶν ὀνύχων ἀφαιρεῖν σημαίνει [haec verba leguntur etiam apud Thomam Mag. in verbo ὀνυχίζει p. 651] — φαμὲν ὅτι εἰ μὲν ἐπὶ τοῦ τοὺς ὄνυχας ἀφαυρεῖν τίθησί τις, χρήσαιτο ἂν τῷ ἀπονυχίζειν —.

Ἀποπτύσαι *Exſpuere* 19, 4.

Ἄποροι τῶν πολιτῶν *Egeni, inopes, ciues* 23, 3.

Ἀποροῦμαι *Neſcio* 1, 3.

Ἀποῤῥάψαι ἐκδοῦναι *Reſarciendum et conſuendum locare* ſaccum 16, 2.

Ἀποῤῥίπτειν ἀπὸ τοῦ ςόματος *Partem cibi ex ore excidere ſinere* ſ. *eiicere* 19, 3.

Ἀποςέλλειν *Mittere* 18, 1. 24, 3. * de amico qui alteri mittit partem ferculi 17, 1.

Ἀποςερεῖν· ὃν ἀποςερεῖ *Eum cui depoſitum reddere non vult* 9, 1. Nam vt ἀποςερεῖν eſt omnino *res alienas ſuas reddere fraude et rapere*, τὰ μὴ προσήκοντα λαμβάνειν [Xenoph. Ageſ. 4, 1]: ita ſingulatim dicitur de *iis qui depoſita et accepta*, tanquam vaſa, argentum, *non reddunt, ſeque quidquam accepiſſe negant.* vid. Xenoph. Memorr. 1, 7. 5 et conf. Schol. Ariſtoph. Plut. 373.

Ἀποτιθέναι τὰ κρέα ἁλσὶ πάσας *Condere reliquias carnium victimae ſale adſperſas* 9, 1. * τὰ αὑτοῦ ἀποτιθέναι *Suas ſtragulas ſeponere* 22, 2. * λαβὼν καὶ ἀποθεὶς αὐτὸς, τοῦτο ζητεῖν *Quod ipſe repoſuit, id quaerit* 14, 2.

Ἀποτρέπεσθαι *Auerſari: abominari* 16, 2.

Ἀποφαίνειν *Oſtendere: dicere* 26, 1.

Ἀποφέρειν ἀναγκάσαι πρὸς αὑτὸν *Deferre cogit domum ſuam* 9, 3. * τὰ ἄλλα πάντα ἀποδοῦναι τῷ παιδὶ ἀπενεγκεῖν οἴκαδε *Reliqua omnia dare puero referenda domum* 21, 2.

Ἀποψᾷν σφόδρα *Radio adaequare modium male* 11, 5. Nam ἀποψᾷν idem eſt quod ἀπομάττειν. vnde *lignum quo adaequantur menſura* vocatur ἀπομάκτρα. Pollux 4, 170 τὸ ἀπόψων ἐργαλεῖον, ἀπομάκτρα. Heſychius: ἀπομάκτρας· ξύλα — ἐν αἷς ἀποψῶσι τὰ μέτρα.

Ἀπροβούλευτοι λόγοι *Temerarii et inconſiderati ſermones* 3, 1.

Ἅπτειν· τὸν λύχνον ἅψας *Lucerna accendens* 18, 1. Eadem formula legitur Luc. 8, 16. * ἅψαϑαι de eo qui ſaltaturus arripit ſodalem 12, 3.

Ἀπύρετος· ὅστις ἀπύρετος βούλεται εἶναι *Qui febre corripi nolit:* qui febri carere velit 3, 3.

Ἀπωϑεῖν *Propellere: protrudere* 15, 2.

Ἆρα· τουτὶ ἆρα ὡς χρηστόν ἐστι *Hoc vero quam delicatum eſt* 2, 4.

Ἀργύριον· τὸ ἀργύριον παρά του λαβὼν *Quum pecuniam ab aliquo accipit* 4, 3. * ἀποδοὺς μνᾶν ἀργυρίου *Quum ſoluit minam argenti* 21, 2. * ἀπολαμβάνων ἀργύριον ὀφειλόμενον *Quum recipit pecuniam debitam* 14, 3. Add. 15, 1. 17, 3. 18, 1.

Ἀργυροϑῆκαι *Argentaria*, h. e. *arae in quibus reponitur argentum et factum et ſignatum* 10, 4. Pollux 4, 19 γραμματεῖον δὲ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, καὶ ἐν ᾧ ἀργύριον ἀπέκειτο — οἱ δὲ νεώτεροι, αὐτὸ καὶ ἀργυροϑήκην ἐκάλουν. Erant eburneae, etiam ligneae, et fere loculatae. vid. Salmaſius de modo Vſurr. p. 422. Quapropter Valeſius ad Harpocrat. p. 244 Gronou. locum illum Theophraſti de ipſis *loculis* accepit.

Ἀρέσκεια *Placor* Gloſſ. vett. *ſtudium et cura placendi* 5, 1. Vid. de hoc vocabulo non minus quam de ἄρεσκος, et ἀρέσκειν, Clericus A. C. 2, 2. 3, 21 et Gataquerus ad Antonin. p. 143, b.

Ἄρεσκος *Blandus: qui placere ſtudet* 5, 1.

Ἀρέσκειν *Placere* 5, 2.

Ἀριϑμεῖν *Numerare* 10, 1. 18, 1.

Ἀριστᾶν *Prandere* 4, 2.

Ἀριστοφῶν *Ariſtophon:* archon 7, 4. Fuit autem archon Olymp. CXII. a. 3: quo anno accidit pugna ad Megalopolin, Arcadiae opidum, in qua et Agis, Lacedaemoniorum rex, interiit, et opes vniuerſae Graeciae fractae ſunt: quam pugnam Theophraſtus vocat τὴν ἐπ' Ἀριστοφῶντος μάχην. Haec eſt ſententia Palmerii Exercitatt. p. 620. Caſaubonus autem intellegi volebat pugnam ad Arbela, vicum Aſſyriae, e qua Darius, Perſarum rex, diſceſſit inferior. Vtraque pugna eodem fere tempore accidit. Alexander M. apud Plutarchum Ageſ. p. 604, b To. 1 ἔοικεν, ὦ ἄνδρες, ὅτε Δαρεῖον ἡμεῖς ἐνικῶμεν ἐνταῦϑα, ἐκεῖ τις ἐν Ἀρκαδίᾳ γεγονέναι μυομαχία. Iam ſicut pugna ad Arbela, archonte Ariſtophane, commiſſa eſt [Arrian. exp. Alex. 3 p. 194 Blanc.]; et tamen a multis veterum commiſſa dicitur archonte Ariſtophonte [Diod. Sic. 17, 62]: ita etiam praelium ad Megalopolin garrulus dicere potuit eodem archonte accidiſſe. Aſſentior enim Palmerio. nam quum pugna illa ad ad Megalopolin libertas et opes vniuerſae Graeciae, atque adeo Athenienſium, labefactatae fractaeque fuerint:

rint: apparent ſic magis ineptiae et ἀκρασία hominis loquacis, qui debebat ea de re tacere potius quam memoriam eius ſermonibus celebrare.

Ἁρμονικοὶ *Muſici* 5, 4.

Ἄροτρον *Aratrum* 4, 3.

Ἁρπάζειν *Rapere*: de meretricibus quae nitore et blanditiis percutiunt et pelliciunt 28, 1. * de eo qui rapit de menſa lanii partem inteſtinorum 9, 2.

Ἀῤῥωστήματα συγγενῆ *Morbi gentiles*: de lepra et vitiligine 19, 3.

Ἄρτεμις *Diana* 10, 1. Vid. ſupra ἀπάρχεσθαι.

Ἄρτι *Modo*. ἄρτι παραγεγονέναι *Se modo veniſſe domum* 1, 2. * ἐκ μακρᾶς ὁδοῦ ἥκοντας ἄρτι *Qui modo venerunt ex itinere longinquo* 12, 1. * ἐγείρειν ἄρτι καθεύδοντα *Excitare eam qui modo dormire coepit* 20, 1. Moeris: ἄρτι, οἱ μὲν Ἀττικοὶ τὸ πρὸ ὀλίγου· οἱ δὲ Ἕλληνες καὶ περὶ [Pierſonus edidit ἐπὶ] τοῦ νῦν λέγουσι. Vid. Index in Axiochum h. v.

Ἄρτος *Panis* 9, 1.

Ἀρύταινα *Trulla balnearia*: vas manubriatum, comparatum ad aquam hauriendam qua perfundatur lauantis corpus 9, 3. Dicitur ita ab ἀρύτεσθαι, et ponitur in vaſis balneariis a Polluce 10, 63. Vocatur aliis vocabulis ἀρύβαλλος, βαλλὰς et βαλλίον. Vid. Salmaſius ad ſcriptt. hiſt. Aug. p. 515 Pariſ. Species eius extat apud Mercurialem de arte gymn. 1 p. 45 ed. Iunt. a. 1573, et ex eo Vrſinum in Append. ad Ciaccon. de triclin p. 141.

Ἀρχαῖος· ὡς πολὺ πονηρότεροί εἰσιν οἱ νῦν ἄνθρωποι τῶν ἀρχαίων *Multo peiores eſſe homines huius aetatis hominibus ſuperiorum aetatum* 3, 4.

Ἀρχή· τοῖς μὲν ἀρχὴν — τοῦ πράγματος λέγει *Aliis initium — rei narrat* 6, 3. * ἀνίστασθαι ἐξ ἀρχῆς διδάσκων *Surgere vt eos rem doceat ab principio* 12, 2. * Σωσίας ἐξ ἀρχῆς ἐκαλεῖτο *Soſias primo dictus* eſt, 28, 1. * παύσασθαι ἀρχαῖς πλησιάζειν *Deſiſtere magiſtratus capere* 26, 2.

Ἀρχίας *Archias*: nomen ſalſamentarii [ταριχοπώλου] cuiuſdam Athenienſis 4, 4. Vera ibi lectio haud dubie eſt, κομίσασθαι ἀπὸ βραχίονος παρ' Ἀρχίου τοὺς ταρίχους, hoc ſenſu, *Emit ab Archia ſalſamenta, eaque ipſe a ſ. de brachio pendentia refert domum.* Neque enim temere naſci potuiſſe videtur.

* Ἀρχιτεκτονεῖν· τὴν οἰκίαν φῆσαι εὖ ἠρχιτεκτονῆσθαι *Domum ait bene aedificatam et deſcriptam eſſe* 2, 5. Cuius generis locum Stephanus non habet in Theſauro.

Ἄρχω· ὁ ἄρχων *Archon* 26, 4. Erat ſummus Athenienſium magiſtratus. Ab iis anni numerati ſunt et dicti. vnde ipſos ἐπωνύμους nominatos eſſe conſtat. Debebant, praeter alia, curare Διονύσια et Θαργήλια· quo referri debet loco illo vocabulum πομπή· ita tamen vt iis adiunge-

iungerentur alii qui venirent in partem curae. ii dicti ſunt ἐπιμεληταί· quo pertinet apud Theophraſtum verbum ἐπιμελεῖσθαι. Vid. Pollux 8, 59. Caeterum ſingularem libellum de Archontibus Athenienſibus edidit Ioh. Meurſius Lugduni Bat. a. 1622. quaternis. * Med. ἄρχεσθαι· ἄρξομαι πρῶτον ἀπὸ τῆς εἰρωνείας *Incipiam ab ironia* prooem. 4. add. 2, 1. 28, 1. * ἐσθίειν ἀρξάμενος *Edere quum incipit* 19, 3.

Ἀσία· περὶ τῶν τεχνιτῶν τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὅτι βελτίους εἰσὶ τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ, ἀμφισβητῆσαι *Contendit, vaſcularios Aſiaticos doctiores eſſe Europaeis* 23, 1. Quibus in verbis ineſt elegantia Attica, pro ὅτι οἱ τεχνῖται οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ βελτίους εἰσὶ τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ.

Ἀσκλήπιον *Templum Aeſculapii* 21, 3. Erat in via quae ferebat a theatro ad arcem. vid. Meurſius Athen. Att. 2, 7. De forma vocabuli ipſa vide quae dicta ſunt in notis.

Ἀσκὸς *Vterculus* 5, 2. Sunt autem haud dubie ἀσκὸς et πέλεκυς vocabula crepundiorum quae penderent de collis liberorum, haberentque figuram vterculi et ſecuriculae. vid. ad h. l. Caſaubonus. Videtur hoc collegi poſſe e verbo συμπαίζειν, quod impedire puto, ne arbitremur, liberos ipſos ab homine ἀρέσκῳ ita vocari. Idem verbum vetare nos credo cogitare de fabella, qua nutriculae oblectarint infantes, et cuius initium fuerit ἀσκὸς, πέλεκυς. quae erat opinio Paui.

Ἀσπάζεσθαι *Salutare: ita vt amplexere alterum* 27, 1. Nam in notis vindicauimus lectionem illam. Homo ὀψιμαθὴς exercet ſe equitando, ſed inter equitandum ſe demittens amplexatur amicum, et cadit de equo ita vt caput deturpet.

Ἀσπὶς *Clypeus*. Sed μανθάνειν ἐπὶ ἀσπίδα *Diſcere qui fiat converſio ad ſiniſtram* 27, 1. Nam clypeus tenebatur ſiniſtra. Vid. Lipſius milit. Rom. 5, 12 et Iungermanus ad Polluc. 1, 129.

Ἀστεῖος *Aſteus:* nomen tibicinis cuiuſdam 8, 1: vbi vid. notae. Add. Meurſius Archont. Ath. 4, 2 extr.

Ἄστυ *Vrbs:* Athenae 4, 4.

Ἀστράγαλοι δορκάδειοι *Tali qui ſunt e talis damarum* 5, 4. Ludebant iis homines beati et elegantes. Videntur autem magno in pretio fuiſſe politae duritiei cauſſa. Ab Luciano Amorr. 16 p. 415 To. 2 commemorantur ἀστράγαλοι Λιβυκῆς δορκός· de quo genere damarum legendus Aelianus H. A. 14, 14.

Ἄστρα *Sidera: aſtra* 14, 4: vbi vid. notae.

Ἀσχήμων ἀμαθία *Inſcitia, imperitia, inepta* h. e. *decori immemor* ſ. *laedens decorum in dictis, iudiciis, factis* 4, 1.

Ἀσχολεῖσθαι *Occupatum eſſe* 12, 1.

Ἀτελὴς

'Ἀτελὴς dicitur omnino *immunis:* et quidem vel de eo qui liber eſt a λειτουργίαις, vel de eo qui non pendet et ſoluit vectigalia, vel de eo qui ſolutus eſt legibus. vid. Hemſterhuſius ad Polluc. 8, 140. Apud Noſtrum 23, 3. ἐξαγωγὴ ξύλων ἀτελὴς eſt *exportatio materiae immunis:* quum quis exportat materiam et ligna ſine portorio.

'Ἀτραπὸς *Semita* 13, 1. Lectio vera illius loci eſt haud dubie haec, καὶ οἷς οὐ γινώσκει, ἀτραποῦ ἡγήσασθαι. nam primo dicitur ἡγεῖσθαι ἀτραποῦ τινι *ducem ſemitae eſſe alicui,* vt verbo γινώσκειν recte iunctus ſit Datiuus: deinde hoc ipſum verbum potius de hominibus, quam de via, ponitur: denique intellegi ita poteſt, vnde venerit in libros ἧς.

'Αὐθάδεια *Superbia contumax* ſ. *inhumana* ſ. *moroſa* 15, 1. Neque enim vno vocabulo reddi Latine poteſt. nam verbo Graeco ſignificatur, id quod exempla a Theophraſto ſubiecta ſatis docent, vitium, cuius duae quaſi partes ſint. Quippe homo αὐθάδης non ſolum placet ſibi, ita vt contemnat alios et deſpiciat prae ſe, ſed contemnit etiam et deſpicit alios ſic, vt faciat quae aliis diſpliceant, vt ferenda non ferat, vt omittat facere quae alii velint fieri et faciant. Ineſt igitur ei vt ſuperbia, ita etiam moroſitas quaedam et contumacia et inhumanitas.

'Αὐθάδης *Moroſe* ſ. *praefracte ſuperbus* 15, 1. In Gloſſ. vett. explicatur ſic, *contumax-procax, inſolens, praefractus, cerebroſus, petulans, ferox:* et, αὐθάδεια — *contumacia — inſolentia:* item ſibi placens αὐθάδης, αὐτάρετος, αὐτάρεσκος. Albertus ad Heſychium p. 611. To. I pro αὐτάρετος reſcribi iubebat αὐτάρεστος aut αὐτάρεσκος. temere, credo.

'Αὐλαία *Aulaeum* h. e. velum quo teguntur lecti, quod praetenditur parietibus aliiſue locis 5, 4. 'Αὐλαία ἔχουσα Πέρσας ἐνυφασμένους eſt *aulaeum cui intexti ſunt Perſae,* vt apud Virgil. Georgg. 3, 25 *Britani intexti* aulaeis purpureis. Conf. Albertus ad Heſychium in h. v.

'Αὐλεία θύρα *Ianua quae eſt in veſtibulo aedium:* qua aditus patet in atrium [αὐλὴν] 18, 1. Vocatur 2 Macc. 14, 41 θύρα αὐλαία, ſed ab Atticis fere αὔλειος, pro quo librariorum manus ſaepe ſcripſerunt αὔλιος. Harpocration: αὔλειος ἡ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ πρώτη θύρα τῆς οἰκίας. Vnde ab Homero [Odyſſ. α, 255] dicitur δόμου πρῶται θύραι· et a reliquis Graecis αὐλών, auctore Moeride: 'Αὐλία θύρα; 'Αττικῶς· πυλών, Ἑλληνικῶς. vt edidit Pierſonus. Caeterum de vocabulo hoc eiuſque ſcriptura vid. etiam Valeſius ad Harpocrat. p. 24 Gron. et ad Euſeb. vit.

 Conſtant.

Conſtant. 4, 7. ad Euagr. H. E. 4, 3: itemque Taylorus ad Lyſian p. 11 ed. mai. et Albertus ad Heſych. p. 615 To. 1.

Ἀυλητὴς *Tibicen* 8, 1.

Ἀυλητρὶς *Tibicina* 19, 4. * ἀυλητρίδες *Tibicinae* 11, 2. Adhibebantur in conuiuiis ad oblectandos conuiuas, et conducebantur in foro coquino. Vid. Bartholinus de tibiis 2, 13.

*Ἀυλίδιον *Areola:* et ἀυλίδιον παλαιστρικὸν κόνιν ἔχον 5, 4 arbitror eſſe *palaeſtram.* nam extremo Capite eſt ὅτι τοῦτο ἐστὶν ἡ παλαίστρα. Caret hoc vocabulo Theſaurus Stephanianus.

Ἀυλοῦμαι *Tibiis mihi cani iubeo: tibiis canentem tibicinam audio cum aliis* 19, 4.

Ἄυριον· μετὰ τὴν ἄυριον *Perendie* 13, 2. Poteſt, puto, etiam reddi *cras.* Sed περιεργία maior eſt, ſi accipias de die perendino.

Ἀυτὸς, ἡ, ὁ, *Ipſe, a, vm,* vt 1, 3. 2, 5 et alibi. * ὁ ἀυτὸς, ἡ ἀυτὴ, τὸ ἀυτὸ, *Idem, eadem, idem,* vt prooem. 1. 4, 4. 7, 2 [vbi conſtruitur cum Datiuo]. 8, 2. * Saepe ponitur pro ἑαυτοῦ, et tum ſcribitur fere ἀυτὸς, vt 1, 2. 5, 2 etc. * Nonnunquam refertur ad adulatorem et paraſitum, ſignificatque *regem, dominum,* vt 2, 1. 3 etc. Sic ἀυτὸς, quum refertur ad οἰκέτην et δοῦλον, eſt *dominus herus: magiſter,* reſpectu diſcipuli: *ciuis Athenienſis,* et *eques,* quum refertur ad equum, et ad peregrinum [ξένον]. Vid. praeter Caſaubonum ad c. 2, 3, Spanhemius et Kuſterus ad Ariſtoph. Nubb. 219, et Obſeruatt. miſcc. Vol. 1 p. 108 ſ. * πρὸς ἀυτὸν *Domum ſuam* 9, 3. * παρ' ἀυτῷ *Domi ſuae* 20, 3.

Ἀυχμεῖν *Squalidum eſſe, ſqualere* 26, 3. Sic apud Ariſtophanem Plut. 83 ſ. Chremylus interrogat Plutum, πόθεν Ἀυχμῶν βαδίζεις; et Plutus reſpondet, ἐκ Πατροκλέους ἔρχομαι, ὃς οὐκ ἐλούσατ' ἐξότιπερ ἐγένετο.

Ἀφαιρεῖν· ἀπὸ τοῦ ἱματίου ἀφελεῖν κροκίδα *De pallio legere floccus* 2, 1. * τοῦ παιδὸς ἐν τῷ θεάτρῳ ἀφελόμενος τὰ προσκεφάλαια *Puero puluinos in theatro adimens* 2, 5. Sic 20, 1 τὸ παιδίον τῆς τίτθης ἀφελόμενος.

Ἀφιέναι *Dimittere* 5, 1. * ἀφεὶς τὸ προοιμιάζεσθαι *Omittens praefari* prooem. 4. * ἡνίκα προῖκα ἀφιᾶσιν οἱ θεατρῶναι *Quum gratis intromittunt redemtores theatri* 11, 3.

Ἀφίστασθαι *Diſcedere: abire* 3, 3.

Ἀφορμὰς ἑτέρας τοιάυτας πορίσασθαι *Alias eiuſmodi occaſiones garriendi captare et quaerere* 7, 2: vbi vid. notae.

Ἄχρις ἐπὶ πολὺ τῶν πλευρῶν *Ad magnum vſque laterum partem* 19, 1.

Ἄχυρον καρφολογῆσαι *Paleas, feſtucas, legere ſ. eximere* 2, 2. * δανείζεσθαι κριθὰς, ποτὲ δὲ ἄχυρον *Mutuari bordeum, nonnunquam etiam paleam* 9, 3.

INDEX

B

Βαδίζειν — ἔμπροσθεν *Praeire* 18, 2.

Βακτηρία· κτήσασθαι — βακτηρίας τῶν σκολιῶν ἐκ Λακεδαίμονος *Habere baculos tortuoſos Laconicos* 5, 4. Quo ex loco intellegi poteſt, etiam ab hominibus elegantiae ſtudioſis geſtatos eſſe Athenis baculos. Quo de more baculos geſtandi iis, quae Caſaubonus habet in Commentario, addi poſſunt quae animaduertit Duquerus ad Thucyd. p. 555.

Βαλανεῖον *Balneum* 4, 4. 8, 4. 9, 3. 11, 4. 19, 2. 27, 2. Balnea erant vel priuata vel publica. vid. Berglerus ad Alciphron. p. 96. Et de furibus balneariis [βαλανειοκλέπταις], de quibus accipiendus locus 8, 4. vid. Victorius Varr. Lectt. 7, 17.

Βαλανεὺς *Balneator* 9, 3.

Βαλάντιον ſ. βαλλάντιον *Crumena: ſacculus* 17, 1. Eſt vocabulum Atticum. Moeris: βαλλάντιον, Ἀττικῶς· μαρσίππιον, Ἑλληνικῶς. Thomas Magiſter: βαλάντιον καὶ πήρα ῥήτορες, ὁ μαρσίππιον.

Βάπτειν· βάψας ἀρύταιναν *Hauriens trulla aquam* 9, 3. Habet enim notionem duplicem hoc loco, et *immergendi* et *hauriendi*.

Βασιλεὺς *Rex* 8, 2. Intellegitur *Aridaeus*, frater Alexandri M., filius Philippi. Vid. Caſaubonus ad h. l. Suartius malebat Alexandrum intellegi, filium Alexandri M. ex Roxane: quod Polyſperchon fauiſſet Alexandro.

Βδελυρία *Impuritas proterua: illiberalis petulantia: petulans amentia* 11, 1.

Βδελυρὸς *Impurus: proteruus: petulans* 11, 1. Vtroque vocabulo notatur iſtud vitium, quum quis ea facit quibus laedantur offendanturque aures hominum ingenuorum et liberalium, oculi, animus. Conf. Clericus A. C. 2, 2. 3. 22.

Βελτίων· ὅτι βελτίους εἰσὶ τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ *Vaſcularios Aſiaticos doctiores eſſe Europaeis* 23, 1. * τοὺς υἱεῖς ἡμῶν βελτίους ἔσεσθαι *Filios noſtros meliores fore* prooem. 3. Moeris: βελτίους, Ἀττικῶς· βελτίονας, Ἑλληνικῶς. * τὰ ἐν τῇ γῇ βελτίω ἔσεσθαι *Sata laetiora et vberiora fore*: plures maioreſque fructus latura 3, 2. * τίς εἴη βέλτιστος *Quis eſſet optimus* 2, 1. * οὐκ ἐπὶ τῷ βελτίστῳ *Ita vt proſit nihil, immo etiam obſit* 5, 1. Nam arbitror, verba illa valere idem quod ἄνευ ὠφελείας καὶ μετὰ βλάβης. Ἄρεσκος enim fere nec ſibi prodeſt blanditia (qua re differt ab adulatore) nec ei cui blanditur, immo etiam obeſt et nocet. * οὐχ ὡς βέλτιστα ἐργάσεται *Non vt reddatur plane et egregie candidum* 18, 2: vbi vid. notae.

Βιάζειν· εὖ ποιήσας, μεμνῆσθαι ἐν ταῖς ὁδοῖς καὶ βιάζειν *Si quem beneficio affecit, eum cogit adeo in via eius meminiſſe* 24, 1: vbi vid. notas. Βιάζειν

ζειν enim ſit quum quis ſermones quos ſerit cum altero, ita inſtituit, vt ille non poſſit non beneficiorum memor eſſe eaque commemorare. Caeterum tollitur auctoritate huius loci dubitatio Stephani, qui ſe neſcire ait in Theſauro, an βιάζειν legatur in libris orationis proſae. Occurrit etiam apud Charitonem 6 p. 99.

Βίος· ὑπέλαβον δεῖν συγγράψαι ἃ ἑκάτεροι αὐτῶν ἐπιτηδεύουσιν ἐν τῷ βίῳ *Putani me oportere ſcribere et exponere de ratione atque inſtitutis vitae vtrorumque* prooem. 2.

Βιοῦν· ἅτε βεβιωκὼς ἔτη ἐννενήκοντα ἐννέα *Quippe qui vixerim annos vndecentum* prooem. 2.

Βλάβη· ἔντευξις λύπης ποιητικὴ ἄνευ βλαβῆς *Conſuetudo, quae moleſtiam, non item damnum, afferat* 20, 1. Moeris: βλάβος, Ἀττικόν· βλάβη, κοινόν. Thomas Magiſter: βλάβος ἐπὶ οὐδετέρου δοκιμώτερον, ἢ βλάβη.

Βλασφημεῖν proprie *vti verbis male ominatis et infauſtis*, opponiturque verbo εὐφημεῖν *Abſtinere verbis male ominatis et infauſtis*: deinde *imprecari diras, voces ſ. dicta contumelioſa iacere.* vt 19, 2 εἰς ὀρνιθοσκόπου τῆς μητρὸς ἐξελθούσης βλασφημῆσαι *Auſpicem quum conſulit mater, ei* [abſenti] *imprecatur diras.*

Βοᾶν *Clamare: vociferari* 9, 3. * βοᾶσθαι de re quae ſermonibus omnium, certe plurimorum, celebratur et vſurpatur, cuius rumor pervaſit totam vrbem. 8, 2 τὸ πρᾶγμα βοᾶσθαι ἐν τῇ πόλει *Rem celebrari et ferri ſermonibus omnium in vrbe.*

Βοηδρομιὼν *Boedromion*: menſis aeſtiuorum menſium tertius, reſpondens fere Septembri, quo celebrata ſunt Athenis Myſteria, 3, 3. Omnino de menſibus Atticis vid. Scaliger de Emendat. tempp. 1 p. 28-36.

Βουλεύεσθαι dicitur vel de hominibus ſingulis, *ſecum deliberare*: vt 1, 2 φῆσαι βουλεύσεσθαι *Ait ſe velle videre,* an fieri poſſint et debeant: vel de pluribus, *inter ſe deliberare, conſultare, conferre inter ſe conſilia:* vt 26, 1 τοῦ δήμου βουλευομένου *Quum populus deliberat:* et paullo poſt, ὅτι δεῖ ἡμᾶς συνελθόντας βουλεύσασθαι *Oportet nos coire et conſultare.*

Βούλεσθαι *Velle* 2, 4. 3, 3 etc. * τῶν τοιούτων ἀνθρώπων τεθαύμακα τί ποτε βούλονται λογοποιοῦντες *Equidem mirari ſoleo quidnam ſpectent tales famigeratores:* verbum de verbo *Mirari ſoleo quidnam tales homines ſibi velint rumuſculis confingendis* 8, 4.

Βοῦς *Bos* 4, 2. 21, 1. Thomas Magiſter: ἡ βοῦς, οὐχ ὁ βοῦς.

Βραδυτὴς ψυχῆς *Tarditas animi et mentis* 14, 1: vbi vid. notas.

Βυζάντιον *Byzantium*: vrbs Thraciae clariſſima 5, 3. Stephanus Byzantinus: Βυζάντιον·

ζάντιον· τὸ ἐν Θρᾴκῃ βασίλειον, πόλις διασημοτάτη πρὸς τῇ Προποντίδι, πρὸς τῷ μέρει τῆς Εὐρώπης.

Γ

Γαλῆ *Muſtela* 16, 3. Vid. Perizonius ad Aelian. V. H. 14, 4: Munquerus ad Anton. Liber. p. 234: Albertus ad Heſych. p. 796 To. 1, a quo laudatur Iac. Geuſius exercitatt. philologg. P. 2 p. 51 —64 [Franequ. a. 1665. 4]. Sed tranſcurſum et occurſum muſtelarum, quae et domeſticae ſunt et agreſtes, malum olim omen creditum fuiſſe, apparet etiam ex Ariſtoph. Eccleſſ. 787 ἢ διάξειεν γαλῆ· elegans ſane verbum, pro quo Theophraſtus vſus eſt verbo παραδράμῃ. Thomas Magiſter: γαλῆ, Ἀττικόν· ὐ γαλέη.

Γάμοι *Coena nuptialis* 12, 1. 22, 1. Vid. Albertus Obſervatt N. T. p. 125 ſ. et interpp. Thomae Mag. p. 178.

Γὰρ *Enim: nam* prooem. 2. 2, 1 etc. * τί γὰρ δήποτε *Quidnam tandem cauſſae ſit* [*warum doch, warum denn, wol*] prooem. 1. Sic enim legi debet, etiam propterea, quia oratio multo numeroſior auribuſque, gratior fit, quam ſi omiſeris particulam γάρ. Caeterum de poteſtate illa huius particulae conſuli poteſt Raphelius ad Matth. 27, 23.

Γαςήρ· ἐπὶ τῆς γαςρὸς ἐᾶν καθεύδειν *In gremio ſinere dormire* 5, 2.

Γε *Quidem: certe: tamen: vero* 7, 1. 2. 4. 8, 1. 11, 4.

Γείτων *Vicinus* 14, 2.

Γελᾶν *Ridere* 9, 2. 19, 3.

Γέλως· ὡς δὴ ὐ δυνάμενος κατασχεῖν τὸν γέλωτα *Quaſi non poſſit tenere riſum* 2, 3. Moeris: Γέλων, Ἀττικῶς· γέλωτα, κοινῶς. Pierſonus e Cod. Coiſl. et Reg. edidit ἑλληνικῶς pro κοινῶς. Pſeudodidymus ad Odyſ. 6, 349 γέλων· γέλωτα, Ἀττικῶς. Sed γέλωτα eſt etiam apud Xenoph. Cyri paed. 2 p. 125 Hutch. mai.

Γενεαλογεῖν *Familiarum origines recenſere* 28, 1.

Γένος· ὡς μισητὸν τὸ τῶν δημαγωγῶν γένος *Odioſum eſſe popularium genus* 27, 2. * ἀπὸ τῦ γένυς αὐτῦ ἄρξασθαι *Ab genere eius ordiri* 28, 1. * τῦ γυναικείυ γένυς κατηγορεῖν *In feminas, in ſexum muliebrem, inuehi* 12, 1. * ἐκθήσωσοι κατὰ γένος ὅσα τε τυγχάνει γένη τρόπων τύτοις προσκείμενα κ. λ. *Exponam tibi ſingulatim, de ſingulis generibus virtutum et vitiorum*, h. e. *non exponam vniuerſe de vitiis et virtutibus, non diſſeram de omnibus vitiis et virtutibus ſimul, verum ſeparatim de vitio et virtute quaque, ita vt non ſolum demonſtrem quae vitia virtuteſue inſint cuique, ſed vt etiam doceam, quomodo virtutem quiſque vitiumue oſtendat et proferat* prooem. 2. add. ibid. 4.

Γεωργεῖν· ὅτι ἀργὸν εἰς νέωτα γεωργήσει *Se agrum anno inſequente*

quente conſiturum eſſe 3, 2: vbi vid notas.

Γῆ· τὰ ἐν τῇ γῇ *Sata* 3, 2. * δεῖσθαι πρὸς τὴν γῆν προσάγειν αὐτὸν *Iubere ſe in terram exponi* 25, 1. * ὅπως τὸ ἱμάτιον ἕξει πολλὴν γῆν *Vt pallium reddant oppido candidum* 10, 4. Nam γῆ h. l. ſignificat *cretam* ſ. *terram cimoliam*: qua pallia ſordida conſtat reddita eſſe candida. conf. Barthius ad Claudian. p. 701. Ab Ariſtophane Rann. 725 nominatur κιμωλία γῆ. Vid. Iungermanus ad Polluc. p. 713 ſ. Vuetſt. Neque vero nouum eſt, γῆν dici de certo quodam genere terrae. Sic adud Palaephatum c. 35, 2 occurrit de illa terra, qua feminae olim vſae ſunt ad conciliandum candorem cuti. Sed Hammondus ad Marc. 9, 3 male vſus eſt loco Theophraſti, vt doceret, γῆν etiam apud Marcum accipi poſſe de creta. nam verba ἐπὶ τῆς γῆς ibi redundant, ex Hebraica ratione, haud dubie.

Γίνεσθαι· τοῦτο οὐθενὶ γίνεται τῶν ἐν τῇ πόλει πλὴν ἢ σοὶ *Hoc nemini contingit eorum qui hic ſunt, niſi tibi* 2, 1. * τί γίνεται; *Quid exiſtit?* 14, 1. * ἐπιδόσεων γινομένων *Quum confertur pecunia qua ſubleuetur inopia aerarii* 22, 1. * εἴτι χρήσιμος αὐτῷ γέγονε *Si ſua ei opera vtilis fuerit in re aliqua* 9, 2. * υἱός σοι γέγονεν *Filius tibi natus eſt* 17, 2 * ὡς ἄξιοι γεγόνασιν οἱ πυροὶ *Bene emtum eſſe triticum* 3, 2. * ἑαυτὸν ἕτερον γεγονέναι *Se alium factum eſſe* h. e. ſe mutaſſe ingenium moreſque 1, 3. * πολὺν τὸν ζωμὸν γεγονέναι *Cruentam caedem fuiſſe* 8, 2. * τὸν Θησέα πρῶτον τῶν κακῶν τῇ πόλει γεγονέναι *Theſea primum malorum ciuitati fuiſſe* 26, 2. * ἑξήκοντα ἔτι γεγονὼς *Sexaginta annos natus* 27, 1. * ἐκ τούτων γεγονὼς *A talibus parentibus procreatus* 28, 1. * ἐγένετο ἐν τοῖς ςρατιώταις Σωσίςρατος *Dictus eſt inter milites Soſiſtratus* 28, 1. * ὅτι οὐκ ἂν γένοιτο διδόμενα *A ſe non ſolere apponi fercula dono miſſa* 15, 1. Si lectio ſana eſt, γένοιτο dictum eſt pro παραγένοιτο. Videndum tamen, annon potius legendum ſit γένοιτο *ſe non ſolere attingere fercula dono miſſa.* nam γένεσθαι conſtruitur etiam cum Caſu quarto. vid. Heupelius ad Marc. 9, 1. * ὡς πλείω ἢ πέντε τάλαντα γένοιτο αὐτῷ τὰ ἀναλώματα διδόντι τοῖς ἀπόροις τῶν πολιτῶν *Se plus, quam quinque talenta, impendiſſe ad ſubleuandam ciuium inopiam* 23, 3. * ὅσοι ἐμοὶ καὶ σοὶ γένοιντο *Quot velim mihi ſint et tibi* 14, 4. Haec formula adhibita eſt ab Atticis de rebus laetis et iucundis, quum vellent ſignificare ingentem numerum. Si quis, verbi cauſſa, interrogatus eſſet, quot modii tritici eſſent in vrbe, reſpondebat ὅσοι ἐμοὶ καὶ σοὶ γένοιντο h. e. *ingens numerus.* Sed homo

ſtupidus

ſtupidus vtitur formula illa de re triſti minuſque iucunda. * ὀψὲ γενέϑαι αὐτὸν *Se veſperi reueniſſe* ſ. *veniſſe domum* 1, 2. Nam γενέϑαι dictum eſt pro παραγενέϑαι. Sic Act. 21, 17 γενομένων ἡμῶν εἰς Ἱεροσόλυμα. Ioh. 6, 25 πότε ὧδε γέγονας; vbi lectio Codd. nonnullorum ἐλήλυϑας gloſſema redolet, vt bene iudicat Millius. Conf. Krebſius V. C. ad illum locum. * ἃ μὴ βϋλεταί τις γενέϑαι *Quae nolit quis fieri* 12, 2. * ὅπως μὴ δύναιντο ἔξαρνοι γενέϑαι *Ne poſſint negare* 18, 2. * βϋλομαι γενέϑαι *Volo fieri* 24, 3. * ἀλλ' ἦν ἰσχυρὸς γενόμενος *At ſane potens erat* 8, 3: vbi vid. notas. * τὴν ἐπ' Ἀριςοφῶντός ποτε γενομένην μάχην *Pugnam* nuper *Ariſtophonte archonte, pugnatam* 7, 4. * κλυδωνίϋ γενομένϋ *Quum mare fluctuat paullulum* 25, 1.

Γινώσκειν *Noſſe* 3, 1. 13, 1: vbi vid. notas, et ſupra vocab. ἄγραπός.

Γλίχεϑαι Appetere: auidum eſſe 26, 1: vbi vid. notas.

Γλῶττα *Lingua* 7, 5.

Γνάϑος· εἰς τὴν γνάϑον ἐκλέγειν *In os* ſ. *buccam condere* 6, 4: vbi vid. notas. Ita Ariſtoph. Ecclesſ. 812 ſ. πωλῶν γὰρ βότρυς, Μεςὴν ἀπῆρα τὴν γνάϑον χαλκῶν ἔχων. Conf. infra verbum ἐκλέγειν.

Γναφεὺς *Fullo* 10, 4. 18, 2. Fullones pallia quae vſu longo contraxiſſent ſordes, candida reddebant creta ſ. terra cimolia: quae a Plinio H. N. 17, 8 vocatur *creta fullonia.* Veteres Attici ſcripſerunt κναφεὺς, non γναφεύς. vid. Harpocration h. v. et ſchol. Ariſtoph. ad Plut. 166. Conf. Torrenius ad Tho. Mag. p. 538.

Γόνυ· ἀναβεβλημένος ἄνω τϋ γόνατος *Pallio ſupra genua contracto et collecto* 4, 2. * ἐπὶ γόνατα πεσὼν καὶ προσκυνήσας *Vbi genibus poſitis veneratus fuerit* 16, 2.

Γράμματα *Litterae: epiſtola* 23, 2.

Γραμματίδια *Litterae:* inſtrumenta litis 6, 4. Vid. Caſaubonus ad Athen. p. 501 et Doruillius ad Charit. p. 469. 680.

Γράψαι *Scribere* 24, 3. * τῷ γράψαντι τὸν λόγον ἐγκαλεῖν *Auctorem orationis accuſare* 17, 2. Intellegitur rhetor qui ſcripſit orationem, qua ſe defenderet homo querulus. * γράψαι εἰς λόγον *Referre in rationes* 24, 2.

Γυμνάζεϑαι *Exerceri* 5, 3.

Γυμνάσια *Gymnaſia:* loca fere publica vbi adoleſcentes ingenui exercebantur currendo, luctando etc. 5, 3. Gymnaſia vbi exercebantur ἔφηβοι, dicta ſunt peculiari vocabulo ἐφηβεῖα.

Γυμνὸς *Nudus* 18, 2. * τὰ γυμνὰ *Pars corporis pudibunda:* quatenus nuda eſt 4, 2. Fuerunt enim Attici hoc quoque in genere ſtudioſiſſimi humanitatis et modeſtiae. Conuenit cum vocabulo Hebraico עֶרְוָה Gen. 9, 22 ſ.: vbi in Verſione Alexan-

Alexandrina habetur γύμνωσις.

Γυνὴ *Vxor: coniux* 3, 1. 10, 2. 3 etc. * γυναῖκες ἐλεύθεραι *Mulieres liberae* 11, 1. * de Threſſis meretricibus 28, 2.

Γυναικεῖα ἀγορὰ *Muliebre forum* 2, 4. Vid. ſupra vocab. ἀγορά. * γυναικεῖον γένος *Muliebris ſexus* 12, 2.

Δ

Δαιμόνιον *Numen diuinum* 16, 1. Nam δειλία πρὸς τὸ δαιμόνιον interpretor *metus deorum* ſ. *numinis diuini:* ita vt per τὸ δαιμόνιον non intellegantur, vt volunt nonnulli, res omnes quibus diuini quid ineſſe crediderit antiquitas. Quae enim ſuperſtitioſus facere dicitur, ea non facit illarum rerum ipſarum cauſſa, ſed, ne, iis neglectis, deas ſibi iratos reddere videatur. Et quum δειλὸς conſtruatur cum particula πρός· ſane non eſt mirandum, etiam nomen δειλία ita conſtrui: vt neceſſe non ſit particulam illam explicari cum Suartio per *quod attinet ad.*

Δᾷδα μεγίστην ἔστησε *Facem maximam poſuit* ſ. *accendit ante fores* 3, 2. Nam quinto die Myſteriorum, qui nominabatur ἡ τῶν λαμπάδων ἡμέρα, a viris et a feminis geſtabantur faces ardentes [vid. Meurſius de Eleuſin 25], etiam ante fores ponebanbantur. ſic enim intellegebamus verbum ἔστησε. Plutarchus Cicer. p. 871, e To. 1. dicit δᾷδας ἱστᾶν ἐπὶ ταῖς θύραις.

Δάκνειν· ὑπὸ κυνὸς τῆς τοῦ γείτονος δηχθῆναι *Ab cane vicini morderi* 14, 1.

Δακρύειν *Lacrymari* 14, 2.

Δακτύλιος χαλκοῦς *Anulus aereus* 21, 2. Solitos fuiſſe veteres diis etiam anulos dedicare, animaduertit Longus de anulis ſignator. c. 4. Μικροφιλότιμος autem ſuſpendit in templo Aeſculapii anulum aereum haud dubie propterea, quia conualuerat e morbo.

Δάκτυλοι *Digiti* 19, 1.

Δάμιππος *Damippus:* nomen Athenienſis cuiuſdam, qui Myſteriis accendit maximam facem 3, 2. Etiam apud Liuium 25, 23 commemoratur *Damippus* quidam Lacedaemonius: quod nomen nonnulli male mutarunt in *Damaſippus*, ſicut Reiſquius apud Theophraſtum volebat edi. vid. Gronouius ad Liu. d. I.

Δανείζειν *Mutuum dare*, et proprie *ſine vſura* [vid. Salmaſius de Vſuris c. 2 p. 15 ſſ.]. Sed 6, 4 legitur de eo qui dat foenori pecuniam. * Med. δανείζεσθαι *Mutuum ſumere*, ſine vſura: vt 9, 3 δανείζεσθαι κριθὰς *Mutuari bordeum.* nam ibi refertur diſerte ad verbum χρᾶν. Ita legitur etiam 11, 3 παρὰ τῶν συμπρεσβευτῶν δανείζεσθαι. Sed 1, 2 *valet mutuum rogare, mutuas pecunias ſumere velle.*

Δανει-

Δανειστικὴ ἐργασία *Foenebris res ſ. quaeſtus* 23, 1. Poteſt ibi ſingulatim accipi de foenore nautico.

Δαπάνη *Sumtus: impenſa* 22, 1: vbi vid. notas.

Δασύς· μασχάλαι θηριώδεις καὶ δασεῖαι *Alae, ad modum ferarum, hirſutae ſ. biſpidae* 19, 1. Sed μασχάλαι δασεῖαι ἄχρις ἐπὶ πολὺ τῶν πλευρῶν ſunt *alae grandes* [Iuuenal. 14, 195].

Δάφνη· δάφνης εἰς τὸ στόμα λαβὼν *Mordens laurum* 16, 1. Intellegitur autem ibi per δάφνην *laurea* qua ſe ſuperſtitioſus adſperſit aqua luſtrali. Vnde etiam verbo λαβὼν additus eſt Caſus ſecundus, quia pars totius rei ſignificatur. Momorderunt vero veteres laurum vel contra venena et fulmina [Plin. H. N. 8, 27. 15, 30] vel ſanitatis cauſſa et ad ſupprimendum odorem grauem [Athen. 4 p. 140]. Vid. Reimarus ad Dion. Caſ. p. 1221 To. 2.

Δὲ etiam hoc in libello tam varie et tam eleganter poſitum legitur, vt Latine reddi ſaepe non poſſit. Lectores igitur elegantiam multiplicemque vſum huius particulae ipſi, inter legendum obſeruent.

Δεῖ *Oportet* 1, 4 etc. * δεῖν *Oportere* prooem. 2.

Δεῖγμα proprie *ſpecimen, exemplum, rerum venalium.* Harpocration h. v. δεῖγμα κυρίως μὲν τὸ δεικνύμενον ἀφ' ἑκάστου τῶν πωλουμένων. Deinde **ita dictus eſt** ***locus in Piraeeo vbi mercatores peregrini oſtendebant ſpecimina et exempla mercium ſuarum.*** Harpocration: ἤδη δὲ καὶ τόπος τις ἐν τῷ Ἀθήνησιν ἐμπορίῳ, εἰς ὃν τὰ δείγματα ἐκομίζετο, οὕτως ἐκαλεῖτο. Vid. Meurſius de Piraeeo c. 5 et de δήμοις Attic. in vocab. Πειραιεύς. Nam Attici ſolent vocabula rerum quae ſunt vel fiunt in loco aliquo, ponere pro vocabulis ipſorum locorum. Harpocration: ἔστι δὲ τὸ ἔθος Ἀττικὸν, τὸ σημαίνειν ἀπὸ τῶν ἐν τῷ τόπῳ, τοὺς τόπους αὐτούς. Vid. Graeuius Lect. Heſiodd. c. 19 et Taylorus Lect. Lyſſ. c. 12 p. 720 ſ. Atque ſic legitur Δεῖγμα hoc in libello c. 23, 1. Nam vel verba διηγεῖσθαι ξένοις declarant ſatis, veram eſſe coniecturam Caſauboni. Certe nihil adhuc reperiri ab quoquam potuit, quo lectio Vulgata διαζεύγματι adiuuaretur.

Δεικνύειν τοῖς ἀπαντῶσι τὰ ὠψωνημένα *Oſtendere obuiis obſonia emta* 11, 2 * δεῖξαι τὸ αἰδοῖον *Oſtendere partem corporis pudibundam* 11, 1. * δεῖξαι τὸν παράσιτον αὐτοῦ ποῖός τις *Oſtendere iis* [hoſpitibus] *paraſitum vt videant qualis ſit* 20, 3.

Δειλία πρὸς τὸ δαιμόνιον *Metus numinis diuini* 16, 1. Vid. ſupra δαιμόνιον. * *timiditas* 25, 1.

Δειλὸς *Timidus* 25, 1.

Δεῖνα· ὁ δεῖνα ποῦ ἐστιν; *Hic vel ille vbi ſit* 15, 1. Atque ſic capiendum videtur c. 28, 1

ὁ δεῖνα τί ἐστιν; *Hic vel ille qualis ſit.*

Δεινὸς proprie ſignificat *terribilis*: deinde ita dicitur *is qui in aliquo genere praeſtat et excellit*, in vtramque partem [vid. Perizonius ad Aelian. V. H. 1, 1]. Sed hoc in libello legitur paſſim de *eo qui aliquid facere ſolet*, ſequente Infinitiuo. vt δεινὸς χρῆσθαι *Solet vti ſ. vtitur* 1, 3. add. 27, 1: πίθηκον θρέψαι δεινὸς *Alit ſimiam* 5, 4 etc. * ὡς ἐν τοῖς δικαστηρίοις δεινὰ πάσχειεν ὑπὸ τῶν δικαζομένων *In iudiciis ſibi oppido moleſtos eſſe litigantes: in iudiciis ſibi plurimum negotii faceſſi a litigantibus* 27, 2: vbi vid. notas. Loquitur enim ὀλιγαρχικὸς iudex.

Δεινῶς φαγεῖν *Auide edere* 4, 2: vbi vid. notas.

Δειπνεῖν παρ' ἑτέρῳ *Coenare, epulari, apud alium* 9, 1. Veteres enim ſolebant, peracto ſacrificio, reliquias victimae cum amicis et familiaribus conſumere in conuiuio. * παρ' αὐτὸν τὸν καλέσαντα κατακείμενος δειπνῆσαι *Iuxta ipſum conuiuatorem accumbens coenare* 21, 1.

Δεῖπνον· ἀπὸ δείπνου *Poſt coenam* 24, 1. * ὡς ἔχεν ἐπὶ τῷ δείπνῳ τὰ καθέκαστα διεξελθεῖν *Quae coenauerit, fercula ſingula enumerat* 3, 1. * κεκλημένος ἐπὶ δεῖπνον *Vocatus ad coenam* 5, 2: vt 17, 2 21, 1.

Δεῖσθαι *Rogare*: ſequente Infinitiuo 20, 1. 25, 2. * καὶ πολλὰ δεηθεὶς τοῦ πωλοῦντος *Et quidem fatigato propemodum precibus venditore* 17, 2.

Δεισιδαιμονία *Superſtitio* 16, 1.

Δεισιδαίμων *Superſtitioſus* 16, 1.

Δέκα *Decem* 23, 4.

Δελφοὶ *Delphi:* opidum Phocidis clariſſimum 21, 1. Stephanus Byzantinus: Δελφοί· πόλις ἐπὶ τοῦ Παρνασσοῦ, πρὸς τῇ Φωκίδι, ἔνθα τὸ ἄδυτον ἐκ Πεντελησίων κατεσκεύασται λίθων· ἔργον Ἀγαμήδους καὶ Τροφωνίου. [Axioch. 10 et Cic. Tuſc. 1, 47]

Δεσμωτήριον *Carcer* 6, 2.

Δή· καὶ τὰ ἄλλα δὴ τῶν παθημάτων — πειράσομαι φανερὰ καταστῆσαι *Tum vero*, vel etiam *non ſolum hoc vitium* [ironian] *notabo, ſed etiam reliqua conabor deſcribere* prooem. 4. * *certe; vtique* 1, 4. * τὰ δὲ δὴ τοιαῦτα *Etiam haec ſunt eiuſdem generis: quo quidem pertinent etiam iſta* 11, 5. * Nonnunquam elegantia huius particulae ſentiri magis, quam exprimi Latine, poteſt. Quo referri debent haec loca, 2, 3. 3, 2. 20, 1. 23, 2.

Δημαγωγοὶ *Populares: poplicolae:* qui gratiam populi captant 26, 2. Ab Ariſtotele vocantur κόλακες τοῦ δήμου. Vid. Aldobrandinus ad Laërt. p. 41 Meibom.

Δῆμος· ἐκ τοῦ δήμου ἀναστὰς *In concione ſurgens* 12, 1. Ita accipi quoque poteſt 7, 4. 21, 2. 26, 1. Sed 25, 3 ὁ δῆμος ſunt *populares*, δημόται· quod vocabulum vide.

Δημοσίᾳ *Publice:* nomine vniuerſae ciuitatis 11, 3.

Δημόται *Populares:* 10, 3. Ita dicti ſunt Athenis ii qui eſſent ex vno eodemque δήμῳ, qui pertinerent ad vnum eundemque δῆμον. Δῆμοι autem fuere *pagi in quos deſcripta erat Attica*, et a quibus ciues Athenienſes appellabantur ita, vt Romani a tribubus. pagi iſti nominabantur a loco principe. Edidit de iis ſingularem libellum Ioh. Meurſius. Auſi vero ſumus reponere τοὺς δημότας, quia, vt iam diximus in notis, intelleguntur populares μικρολόγου· etſi non ignoramus, etiam c. 11, 5 legi καὶ φράτορας ἑστιῶν. Sed videndum tamen arbitramur, annon ibi quoque inſeri debeat Articulus et legi καὶ τοὺς φράτορας ἑστιῶν. De re ipſa et de more populares excipiendi conuiuio vid. Salmaſius Obſervatt. I. A. et R. p. 84: qui tamen et ipſe legit καὶ δημότας ἑστιᾶν.

Δήποτε· τί γὰρ δήποτε *Quare tandem: quidnam tandem cauſſae ſit quod* etc. prooem. 1.

Διὰ τοῦ αὐτοῦ ἀγροῦ πορευθῆναι *Per agrum ſuum iter facere* 10, 2. * διὰ τὸ ἐλάττω εἶναι πρὸς τὰς ξενοδοχίας *Quod ſit anguſtior* [domus] *ad excipiendos hoſpites* 23, 5.

Διαβάλλειν *Traiicere:* vt διαβαίνειν *Tranſire* et alia. Vnde c. 16, 1 ἕως — λίθους τρεῖς ὑπὲρ τῆς ὁδοῦ διαβάλῃ *Quam — ipſe lapides tres trans viam iecerit.* Nam ſic haud dubie legi debet, non διαλάβῃ, vt diximus in notis. Numerum autem ternarium diis creditum fuiſſe maxime gratum, docuit ad l. Suartius. Qua propter ſuperſtitioſus iacit trans viam tres lapides, ad auertendum omen.

Διαγινώσκειν *Dignoſcere: diſcernere* 3, 3 ἔργον συναρκεῖσθαι τοῖς μήτε σχολὴν μήτε σπουδὴν διαγινώσκειν *Difficile eſt ferre homines, qui neque otii rationem habent neque negotii.* * ὡς ἔργον διαγνῶναι ἐστὶ πότερόν εἰσιν οἱ πολέμιοι *Difficile eſſe dignoſcere, vtrum ſint hoſtes* 25, 2.

Διαίρεσθαι proprie *crura ſua diducere et diſtendere:* neque opus eſt intellegi cum Duporto τὰ σκέλη. Sed verba 3, 3 παρασείσαντα καὶ διαράμενον ἀπαλλάττεσθαι videntur, tanquam prouerbium, dicta eſſe de *iis qui velis remiſque*, vt aiunt, *fugerent, qui remigio veloque fugerent.* Liuius 9, 45 dicit *pleno gradu*, et Xenoph. Memorr. 1, 3. 13 προτροπάδην φεύγειν, et 4, 2. 22 παντὶ τρόπῳ διατεινάμενον φεύγειν.

Δίαιτα *Arbitrium:* quum quis aut honoris cauſſa [αἱρετὸς] ab his qui controuerſiam habent, aut ſorte [κληρωτὸς], legitur, vt litem dirimat ex fide bona, ex aequo et bono. Dicebantur διαιτηταὶ, nemoque fere arbiter capiebatur Athenis niſi qui natus eſſet annos ſexaginta. vid. Heſychius et Har-

pocration in vocab. διαιτηταὶ, et Pollux 8, 126 ſ. add. Valeſius ad Harpocrat. d. l. et Valquenar. Animadverſſ. Ammon. p. 63 ſ. Hinc intellegi poterunt loca Theophraſti haec 5, 2 παρακληθεὶς πρὸς δίαιταν *Captus arbiter.* 12, 3. παρὼν διαίτῃ *Captus arbiter.* Duportus quidem putabat, παρεῖναι διαίτῃ non valere *captum eſſe arbitrum*, ſed *intereſſe arbitrio*, *praeſentem eſſe quum cauſſa apud arbitros auditur et agitur.* Non aſſentior. nam ſi παρακληθῆναι πρὸς δίαιταν eſt *arbitrum eſſe*, quidni παρεῖναι διαίτῃ idem ſignificet; praeſertim quum verbum παρεῖναι dicatur, vt Lat. *adeſſe*, de patronis aliiſque ſimilibus? Deinde etiam maior ſit ἀκυρία, ſi verba illa de ipſo arbitro capiuntur.

Διακονεῖν· διακονῆσαι *Coëmere et domum referre:* de adulatore qui coëmit vtenſilia et obſonia domumque refert 2, 4. * οἱ διακονοῦντες παῖδες *Miniſtrantes pueri:* qui miniſtrant et apparent ad menſam 11, 5. Ab Diodoro Sic. 5, 40 nominantur διακονοῦντες οἰκέται· et Luc. 22, 27 ὁ διακονῶν refertur ad τὸν ἀνακείμενον. * τοὺς διακονοῦντας ἐν τοῖς γάμοις οἰκοσίτους μισθώσασθαι *Qui miniſtrent in coena nuptiali, conducere eos qui ſe alant ipſi* 22, 1.

Διακοντίζεσθαι πρὸς τὸν ἑαυτοῦ ἀκόλουθον *Exercere ſe iaculando cum ſuo pediſſequo* 27, 2.

Διαλέγεσθαι *Colloqui: loqui* 1, 1, 6, 3. Conſtruitur cum Praepoſitione πρὸς, ſequente Caſu quarto.

Διαλογίζεσθαι· τὰ δὲ ἤδη ποτὲ καὶ αὐτὸς οὕτω διαλογίσασθαι *De aliis ſibi quoque iam olim eadem in mentem veniſſe* 1, 3.

Διαλύεσθαι ἀμφοτέρων βουλομένων *Quum vtraque pars velit controuerſiam tranſigere* 12, 3. Nam διαλύειν dicitur de eo qui lites aliorum et controuerſias dirimunt: ſed Med. διαλύεσθαι de ipſis litigantibus qui tranſigunt. Vid. Kuſterus V. M. 1, 38.

Διαμένειν· τοὺς ὅρους ἐπισκοπεῖσθαι ὁσημέραι εἰ διαμένουσιν οἱ αὐτοὶ *Viſere cotidie, an cippi*, in agris oppigneratis, *ſint iidem et ſalui*, h. e. non modo an cippi ſint in agris, ſed an tituli etiam cipporum ſalui ſint et immutati 10, 2.

Διάνοιαν ἐπιστῆσαι *Reputare ſecum et conſiderare: mentem animumque aduertere* prooem. 1.

Διάπειραν λαμβάνειν βούλεσθαι *Se velle periculum facere, et videre an aegrotus bibere vinum poſſit* 13, 2. Thomas Magiſter: διάπειρα κρεῖττον ἢ πεῖρα.

Διατείνεσθαι πρὸς τοὺς γναφεῖς *Contendere ab fullonibus* 10, 4.

Διατοξεύεσθαι πρὸς τὸν ἑαυτοῦ ἀκόλουθον *Exercere ſe ſagittando cum ſuo pediſſequo* 27, 2.

Διατρίβειν τῶν γυμνασίων ἐν τούτοις οὗ ἂν ἔφηβοι γυμνάζωνται *Verſari in gymnaſiis illis in quibus exercentur ephebi* 5, 3.

5, 3. * διατρίβειν πολὺν χρόνον *Morari, ceſſare, diu* 25, 2.

Διαφάγειν· ἐὰν μῦς θύλακον ἀλφίτων διαφάγῃ *Si mus ſaccum farinarium perraſerit* 16, 2. Stephanus de hac poteſtate verbi nihil praecipit. Occurrit tamen verbum διατραγεῖν eodem ſenſu apud Clem. Alex. Strom. 7 p. 712: quem locum laudat Caſaubonus.

Διάφορον, τὸ, tripliciter dicitur: *primo* de *eo quod alicuius intereſt*, de commodo et vtilitate: *deinde* de *pecunia*; qua aeſtimatur id quod alicuius intereſt: *denique* de *ſumtu* et *impenſa*, quae fit pecunia. Vid. Salmaſius de foen. trap. p. 175 ff. Caſaubonus ad Athen. p. 148, Solanus et Geſnerus ad Lucian. p. 406 To. 2, et quos laudat Albertus ad Heſych. p. 974 To. 1. Apud Theophraſtum 10, 1 φειδωλία τῦ διαφόρυ ὑπὲρ τὸν καιρὸν videntur tres illae notiones coniungi debere. Etenim multa quae dicuntur ibi, neque ad pecuniam pertinent neque ad ſumtus, verum omnino ad commoda, vt ſincere alios ire per agrum, ſinere alios tollere et edere ficus cadiuas. Itaque verba illa Theophraſti ſic vertenda cenſeo, *quum quis ſumtui et pecuniae parcit, commodiſue ſuis ſeruit, nimium.*

Διδασκαλεῖα *Ludi:* loca vbi docentur litterae et artes ingenuae 7, 3. Coniunguntur ibi διδασκαλεῖα et παλαῖςραι, vt apud Aeſchinem c. Timarch. p. 15 et c. Cteſiph. p. 459 To. 2.

Διδάσκαλοι *Magiſtri:* qui docent litteras 7, 3. Quomodo differant a παιδαγωγοῖς, dicetur infra in vocab. παιδαγωγός.

Διδάσκειν *Docere:* de eo qui narrat aliis aliquid 12, 2.

Διδόναι· τῇ ἑαυτῦ γυναικὶ τρεῖς χαλκῦς εἰς ὄψον δίδωσι *Vxori ſuae tres chalcos, quibus obſonia emat, dat.* * ἐκδὺς διδόναι τῷ παιδὶ τὸν χιτωνίσκον *Exuens ſubuculam, eam tradit puero* 25, 2. * ὡς πλείω ἢ πέντε τάλαντα γένοιτο αὐτῷ τὰ ἀναλώματα διδόντι τοῖς ἀπόροις τῶν πολιτῶν *Se plus quam quinque talenta impendiſſe ad ſubleuandam inopiam ciuium* 23, 3. * προσάγειν ὠνητὴν πλείω διδόντα *Adducere emtorem qui plus licitetur* 12, 2. * φίλῳ ἔρανον κελεύσαντι εἰσενεγκεῖν, εἰπὼν ὅτι ὐκ ἂν δοίη *Quum eum amicus iubet ſtipem conferre, dicit, ſe nihil daturum eſſe* 15, 2. * δῦναι *Dare:* de adulatore qui liberis Regis dat mala et pira 2, 3: de eo qui pediſſequo dat carnem et panem de menſa 9, 1. * μὴ δῦναι de eo qui negat pocula ei qui ea ſibi commodari vult 18, 2: de eo qui ſpectat, quum tamen nihil ſoluerit 9, 2. * ὅπως μὴ δώσει οἶνον τῷ καυματιζομένῳ *Ne bibere det vinum aeſtu*, vel *febri ardente, laboranti.* * διδομένης αὐτῷ ἐξαγωγῆς ξύλων ἀτελῦς *Etſi facta ſibi fuerit poteſtas exportan-*

dae materiae ſine portorio 23, 2. * ὅτι οὐκ ἂν γένοιτο διδόμενα *A ſe non ſolere apponi fercula dono miſſa* 15, 1: vbi vid. notas. * ἐπιτίμησις παρὰ τὸ προσῆκον δεδομένη *Querela inepta et temeraria quae fit atque editur coram aliis* 17, 1.

Διείργειν τοὺς μαχομένους *Dirimere et diſtrahere rixantes* 13, 2. Sic legi debere, non διεγείρειν *inſtigare*, docet vel ipſa deſcriptio περιεργίας a Theophraſto propoſita.

Διεξιέναι· τὸν εἴρωνα διέξειμι ποῖός τις ἐστὶ *Docebo qualis ſit ſimulator et diſſimulator: deſcribam ſimulatorem et diſſimulatorem* prooem. 4. Nam διεξιέναι valet *oſtendere docere, perſequi.* intell. λόγῳ. vid. Suartius ad h. l. Praeſens autem, vt in verbo ſimplici εἶμι, ita in Compoſitis quoque, habet vim Futuri. vid. Kuſterus ad Ariſtoph. Plut. 70 et Acharnn. 845. Denique ordo verborum debebat eſſe hic, διέξειμι, ποῖός τις ἐστὶν ὁ εἴρων. * περὶ τῆς ἐργασίας δανειστικῆς διεξιέναι ἡλίκη *Oſtendere, quantu, quam vtilis, ſit res fuenebris* 23, 1. * πάντα διεξιὼν *Quum eſt omnia perſequutus* 8, 3. * τούτοις διεξιὼν *Addit* 28, 2. Sed legendum eſt haud dubie, aut τοῦτο, vel ταῦτα, δὲ διεξιών, intell. εἰπεῖν· aut ἐπὶ vel πρὸς τούτοις διεξιών· ni malis etiam emendare διεξιέναι. * οὐ ταῦτα πρὸς ἐμὲ διεξῄει *Non haec mihi dixit* ſ. *narrauit* 1, 3.

Διεξέρχεσθαι· μὴ πρότερον πορευθῆναι, ἕως διεξέλθῃ τις *Non prius progredi, quam tranſierit quis* 16, 1. * ὧν εἶχεν ἐπὶ τῷ δείπνῳ τὰ καθέκαστα διεξελθεῖν *Fercula quae coenaverit, ſingula enumerat* 3, 1.

Διηγεῖσθαι· διηγεῖται δὲ τούτους φάσκων λέγειν *Hos narrat auctores eſſe* 8, 2. * πάντα τὰ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας διηγεῖσθαι *Omnia quae in concione acta ſunt, narrare* 4, 1. add. 3, 1. 5, 3. 7, 4. 21, 4. 23, 1. 25, 4. * *dicere: oſtendere*, ſequente particula ὅτι, 11, 3. 12, 3: ſequente particula ὡς, 20, 1. 25, 4.

Διήγησις λόγων μακρῶν καὶ ἀπροβουλεύτων *Vſurpatio ſermonum longorum et temerariorum* 3, 1.

Διημερεύειν *Diem totum, dies totos, tranſigere* 8, 5: vbi ποίᾳ — στοᾷ dictum eſt pro ἐν ποίᾳ — ἢ στοᾷ.

Δικάζεσθαι· οἱ δικαζόμενοι *Litigantes* 26, 2.

Δικαστήριον *Iudicium*: locus vbi ius dicitur 11, 2. * τὰ δικαστήρια *Iudicia* 26, 2. Thomas Magiſter: δικαστήριον καὶ ὁ τόπος ἐν ᾧ αἱ δίκαι τελοῦνται —.

Δίκαιος· ὁμολογουμένου τοῦ πράγματος δικαίου εἶναι *Quum res manifeſte et ſine controuerſia vera ſit* 13, 1. Sic 5, 2 τοὺς ξένους εἰπεῖν ὡς δικαιότερα λέγουσι τῶν πολιτῶν *Dicere, peregrinos veraciores eſſe ciuibus.* nam δικαιότερα ſunt *veriora*, non *iuſtiora*, vt vertit Caſaubonus. id quod vel verbum λέγουσι declarat ſatis. Sic צְדָקָה, et δικαιοσύνη in N. T., paſſim de *veritate* legun-

leguntur. Vid. Graeuius Lectt. Heſiodd. c. 6. * τὰ δίκαια *Iura*, vel potius *argumenta, rationes* 17, 2.

Δίκη etſi nonnunquam de publicis cauſſis, vt γραφὴ ſemper, dicitur, tamen hoc in libello tantum de cauſſis priuatis legitur. Harpocration: δίκη — ἰδίως δὲ λέγεται ἐπὶ τῶν ἰδιωτικῶν ἐγκλημάτων —. * ἡττώμενος μεγάλην δίκην *Qui amiſit magnam cauſſam* 11, 2. * δίκην ὠφληκὼς ἐγγύης *Qui condamnatus eſt ex ſponſu* 12, 1. * δίκην φεύγων *Reus* 14, 1. * δίκας τὰς μὲν φεύγειν, τὰς δὲ διώκειν, τὰς δὲ ἐξόμνυσθαι, ταῖς δὲ παρεῖναι *Modo abpetitur modo ipſe petit, nunc abſentiam purgat, iureiurando interpoſito, ſuam, nunc diem obit* 6, 4. * ἐρήμας δίκας ὠφληκασιν *Ob deſertum vadimonium multantur* 8, 4.

Διονύσια *Liberalia* ſ. *Bacchanalia:* dies feſti qui Athenis celebrati ſunt in honorem Bacchi. Commemorantur autem hoc in libello 1) τὰ κατ' ἀγροὺς Διονύσια 3, 3: quae celebrari ſolebant menſe Poſideone, vt Theophraſtus ipſe ait. Dicuntur ita etiam apud Aeſchinem c. Timarch. p. 68 To. 2. 2) Διονύσια ſimpliciter 3, 2. Haec nominantur etiam τὰ ἐν ἄστει Διονύσια apud Aeſchinem c. Timarch. p. 27 et de f. legat. p. 260 et c. Cteſiph. p. 391 To. 2. Agebantur vere, et menſe quidem Elaphebolione. Qua ex re intellegi poſſunt verba λόγου, τὴν θάλατταν ἐκ Διονυσίων πλώϊμον εἶναι. Vid. praeter Meurſium, Scaliger de emendat. tempp. 1 p. 29 ſ. Geneu., Caſaubonus ad Athen. 6, 15 p. 445 ſ. Palmerius exercitatt. p. 617 ſſ. et Corſinus Faſtt. Att. P. 1 To. 2 p. 325 ſſ.

Διόνυσος *Bacchus* 22, 1: vbi poëta tragicus victor ſuſpendiſſe dicitur Baccho taeniam ligneam, quia Bacchus credebatur praeſes tragoediarum, ſicut Apollo comoediarum.

Διορίζεσθαι *Deſcribere* 11, 1. Idem enim valet quod alibi verbum ὁρίζεσθαι.

Διότι *Propterea quod* 17, 1.

Δὶς ἅλας εἰς τὴν χύτραν ἐμβάλλειν *Bis ſal in ollam conicere* 14, 3.

Διφᾶν τὰ καλύμματα *Scrutari, excutere, ſtragulas* 10, 2. Heſychius: διφᾶν· ζητεῖν, ψηλαφᾶν, ἐρευνᾶν. Ab Oppiano vocatur, ſi recte memini, *vrinator* βυθῶν διφήτωρ.

Διφθέραι *Pelles: veſtes pelliceae: rhenones* 4, 4. Aliis vocabulis appellantur βαῖται et σισύραι. Solebant eas geſtare ruſtici Attici, qui inde dicti ſunt διφθερίαι.

Διωθεῖν τὰς ψήφους *Rationes computare calculis raptim* 24, 2. Et natura atque ingenium hominis ſuperbi, et ſeries orationis, videntur declarare ſatis, hanc eſſe vim illius formulae. Sed vnde petita ſit, latet. Probanda tamen Caſauboni ſententia videtur, donec quis meliora docuerit.

cuerit. Is enim putabat, metaphoram ſumtam eſſe ab iis qui calculos, quibus legerentur iudices, per κηθίον ſ. *operculum vrnae*, in vrnam coniecerint. nam hi quoque non ſingulos calculos, ſed multos ſimul, illuc coniecere.

Διώκειν δίκας *Accuſare: petere:* de cauſſis priuatis 6, 4.

Δοκεῖν· δοκῶ μοι *Videor mihi:* ſequente Infinitiuo, 8, 1. * τί δοκεῖ αὐτῷ τὰ τῶ θεῶ; *Quid ei videatur de mari?* tranquillumne manſurum ſit, annon: vel potius *quid ei videatur de caelo?* placidumne manſurum ſit, nec ne 25, 1. * ἵνα κοινὸς εἶναι δοκῇ *Vt communis eſſe videatur* 5, 2. * δόξει μὴ προσποιεῖσθαι *Volet videri non attendere* ſ. *non audire* 1, 2. * ὅταν αὐτῷ δόξῃ ἑστιᾶν τοὺς φίλους *Quum conuiuio excipit amicos* 24, 2. * δόξειεν ἂν εἶναι *Videatur eſſe: eſt* 1, 1. 4, 1. 6, 3. 7, 1. 5. 25, 1. 26, 1. 27. Etiam 16, 1. 21, 1. 23, 1. videtur legi debere δόξειεν ἂν εἶναι. Pertinet autem haec forma loquendi ad vrbanitatem Atticam, qua ſolebant iudicium de re quaque integrum relinquere aliis, ita vt nec affirmaſſe quidquam nec negaſſe viderentur. Quo quidem referri etiam debet formula ὑπολάβοι ἄν τις εἶναι 2, 1 et aliae. Vrbanitatem illam Latini quoque imitati ſunt.

Δόξα· καταφρόνησις δόξης *Contemtio exiſtimationis* 9, 4. Bencelius in Indice legit καταφρόνησις τις δόξης. fortaſſis vere. Sed legi tamen etiam poſſet καταφρόνησις τῆς δόξης. Thomas Mag. p. 247 — φασὶ τὴν μὲν δόξαν εἶναι, τὸν ἀπὸ τῶν πολλῶν ἔπαινον· τὸ δὲ κλέος, τὸν ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν —.

Δορκάδειοι ἀστράγαλοι Tali qui ſunt e talis damarum 5, 4. Vid. ſupra vocab. ἀστράγαλοι.

Δόρυ· μανθάνειν ἐπὶ τὸ δόρυ *Diſcere qui fiat conuerſio ad dextram* 27, 1. Haſta enim tenebatur dextra, vt ſiniſtra ſcutum. Vid. vocab. ἀσπίς.

Δραχμή· τῆς δραχμῆς τόκον τρία ἡμιωβόλια τῆς ἡμέρας πράττεσθαι *Pro ſingulis drachmis, vſurae loco, ternos ſemiobolos in dies exigere* 6, 4. * χρέος ἀποδιδοὺς τριάκοντα μνῶν, ἔλαττον τέτρασι δραχμαῖς ἀποδιδόναι *Quum reddit debitum triginta minarum, ita reddit vt deſint drachmae quatuor* 11, 5. Intelleguntur drachmae Atticae, quarum ſingulae valebant ſenos obolos, reſpondebantque pretio denariis Romanorum.

Δρέπανον *Falx meſſoria* 4, 3. Moeris: Δρεπάνη [Heſiod. Ἀσπ. 292], Ἀττικῶς· δρέπανον, Ἑλληνικῶς. Thomas Magiſter: δρεπάνη, οὐ δρέπανον.

Δύνασθαι *Poſſe* 2, 3. 11, 4. 13, 2. 14, 2. 18, 2. * *non commoueri: libenter ferre: pati* 6, 1. Add. Albertus Obſeruatt. N. T. p. 168. * ἐπαγγέλλεσθαι — ἃ μὴ δυνήσεται *Recipere — quae praeſtare nequeat* 13, 1. Quaſi intellegi debeat τελέσαι, στῆσαι aliudue verbum

bum ſimile. Ita Pſ. 21, 12 ἔννοιαι ἀδύνατοι Symmacho dicuntur *conſilia quae explicari et perduci ad exitum nequeant:* quae ab Alexandrinis vocantur βουλὴ ἣν οὐ μὴ δύνωνται στῆσαι.

Δυνατὸς διακονῆσαι 2, 4 dicitur *is qui coëmit et domum refert:* et 6, 1 δυνατὸς ὀρχεῖσθαι *is qui ſaltat.* Qui alibi vocatur δεινός. Vnde iudicari licet, Budaeum pro δυνατῶν κολακεύειν apud Xenoph. Memorr. 1, 2. 24 perperam cenſuiſſe reſcribi oportere κολακευόντων.

Δύο' εἰς δύο τάλαντα Duorum talentorum 23, 5. * δυεῖν ἡμερῶν *Biduo* 2, 2.

Δυσέντευκτος *Is quocum congreſſus moleſtus eſt et taedioſus: is quem conuenire, ſine moleſtia et taedio, non poſſis* 19, 2.

Δυστυχὴς Κάσανδρος *O! infelicem Caſandrum* 8, 3. Reſpicitur vocabulo illo clades quam acceperat Caſander.

Δυσχέρεια *Foeditas:* vitium quum quis ea facit, dicit, omninoque in ſe habet, quae oculos aliorum, aures, animum, offendant et laedant 19, 1. Gloſſ. vett. δυσχέρεια *Offenſio-moleſtia.* Deſcriptio autem iſtius vitii Theophraſtea pertinet tantum ad priorem Capitis partem, vſque ad verba εἶναι καὶ ἀηδής. id quod patebit ſponte, ſi quis volet ea quae ab auctore dicta ſunt, comparare cum deſcriptione. Qua de cauſſa Theophraſtus videtur etiam verba καὶ τὰ τοιαῦτα adiecisse, vt c. 11, 5 τὰ δὲ δὴ τοιαῦτα.

Δυσχερὴς *Foedus:* qui facit, dicit, in ſe habet, ea, quorum turpitudine, deformitate, oculi, aures, animus, offendantur laedanturque 19, 1.

Δωμάτιον *Cubiculum* 13, 2. Heſychius: κοιτών· τὸ δωμάτιον. Etiam apud Aelianum V. H. 3, 14 δώματα dicuntur *conclauia, cubicula.* diſtinguuntur enim diſerte ab οἰκίαις. Vid. praeter Caſaubonum ad h. l., Doruillius ad Charit. p. 441.

E

Ἐὰν *Si* 2, 2. 9, 2. 10, 2. 16, 1. 2. 3. 18, 2. Conſtruitur cum Coniunctiuo.

Ἐᾶν καθεύδειν *Sinere dormire* 5, 2. Atque hoc ſenſu legitur etiam 8, 1. 10, 2. 19, 1. 24, 2. 25, 3.

Ἑαυτοῦ *Sui: ſuus:* ἑαυτῷ *Sibi:* ἑαυτὸν *Se* 1, 1. 3. 3, 1. 11, 2. 14, 3. 21, 4. 27, 2. 28, 2.

Ἐγγράφεσθαι ἐς τοὺς δημότας *Referri inter populares: ciuem fieri* 28, 1. Vid. Caſaubonus ad Athen. p. 370.

Ἐγγύης δίκην ὠφληκέναι *Ex ſponſu condemnatum eſſe:* de eo qui ſpopondit pro aliquo, et, quia is pro quo ſpopondit, non eſt ſoluendo, damnatus eſt, vt ipſe creditori ſatisfaciat 12, 1.

Ἐγγυητὴς *Sponſor* 18, 2. Moeris: ἔγγυον, Ἀττικῶς· ἐγγυητὴν, Ἑλληνικῶς. Occurrit tamen ἐγγυητὴς etiam apud Platonem Apol. 28. Conf. Stoeberus

berus ad Tho. Mag. p. 260. Caeterum de vocabulis ἔγγυος et ἐγγύα expoſuit diligenter Salmaſius de modo Vſurr. c. 16.

Ἐγείρειν ἄρτι καθεύδοντα *Excitare e ſomno eum qui modo dormire coepit* 20, 1.

Ἐγκαλεῖν *Accuſare: inuehi: increpare* 17, 3: vbi conſtruitur cum Caſu tertio perſonae. Qua de re vid. Stoeberus ad Tho. Mag. p. 262.

Ἐγκροῦσαι εἰς τὰ ὑποδήματα ἥλους *Inſigere calceis clauos* 4, 4. * μέτρον τὸν πύνδακα ἐγκεκρουσμένον *Menſura cuius fundum introrſus eſt adactum* 11, 5: vbi vid. notas.

Ἐγκώμιον εἰπεῖν τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς *Praeconia facere de ſua vxore* 3, 1.

Ἐγὼ *Ego:* ἡμεῖς *Nos* prooem. 1. 2. 1, 3 etc.

Ἕδρα· πυκνὰ τὴν ἕδραν στρέφειν *Crebro nates agitare* 28, 3. Quem locum ita intellego. ὀψιμαθὴς artem luctandi nuper doctus, aut etiam adhuc diſcens, vbique ſe, etiam in balneo, luctando exercet. nam qui luctantur, ii nates agitant crebro. Παλαίων dictum eſt pro ὡς παλαίων. nam particula ὡς ſic omittitur non ſemel.

Ἐθέλειν λαλεῖν, οὐ μισεῖν 1, 2. Hunc locum ita intellego: *Iron adit conuenitque inimicos, et ſolet cum iis loqui, ita vt occultet et diſſimulet odium.* Sic non opus eſt quidquam mutari. Ἐθέλειν autem non raro ſignificat *ſolere.* vid. Arnaldus in animaduerſſ. in ſcriptt. Grr. p. 168 ſ. Caeterum Politianus, quod in notis omiſi monere, legiſſe videtur ἢ μισεῖν. nam in Verſione eius Latina eſt *qui vbi inimicos adierit, appellare* quam *odiſſe malit.* * οὔτε ᾆσαι — ἐθελῆσαι *Neque canit* 15, 3.

Εἰ *Si* 2, 3. 3, 2 etc. * *an: num:* vt Lat. *ſi* prooem. 4. 2, 4. 4, 4. 7, 2. 10, 3. 18, 1. 25, 1.

Εἰδεχθής τις ἀπὸ τοῦ προσώπου *Taeter, odioſus, valde adſpectu: is cuius os eſt valde odioſum* 28, 2. Heſychius: εἰδεχθές· ἀειδὲς, αἰσχρὸν τῷ ἰδεῖν, ἤτοι ἄμορφον. item: εἰδεχθέστατος· μυσαρώτατος, δυσειδέστατος.

Εἰδέω· τὰ δὲ οὐκ εἰδέναι *Alia negat ſe ſcire* 1, 3. * δεῖ δὲ αὐτὸ σὲ μόνον εἰδέναι *At tu vide ne rem enunties* 8, 3. * φῆσαι — πρὸς τὸν μὴ εἰδότα *Oſtendere — rei ignaro* 23, 4. * σὸν δὲ — εἰδῆσαι εἰ ὀρθῶς λέγω *Tuum eſt — videre an recte diſſeram* prooem. 4. * ὅτε αὐτὸς πάντα οἶδε *Se rem noſſe* 7, 1.

Εἴδω· ὃ τῆς νυκτὸς εἶδεν ἐνύπνιον, τοῦτο διηγήσασθαι *Quod nocte ſuperiori viderit ſomnium, narrare* 3, 1. 16, 3. Lucianus Macrobb. 1 dicit τὸ ὄναρ ἰδεῖν· vbi Maius in notis laudat vtrumque locum Theophraſti. * ὃς πάντα ταῦτα εἶδε *Qui omnia haec viderit* 8, 3. * ὅταν ἴδῃ βοῦν *Quum videt bouem* 4, 2. add. 16, 1. * ὅπως οἱ εἰσιόντες ἴδωσιν *Vt introeuntes videant* 21, 2. * ἔστιν ἰδεῖν *Licet videre* 10, 4. * ἰδών, φήσει μὴ ἑωρακέναι

κέναι

κεῖναι *Si viderit quid, negat ſe vidiſſe* 1, 2. add. 16, 4.

Εἰκών· τὴν εἰκόνα ὁμοίαν εἶναι *Imaginem ſimilem eſſe* 2, 5. Verba accipi debent de imagine pulcriore eo quem refert, vt bene animaduertit Caſaubonus.

Εἶναι· ποῖός τίς ἐςι *Qualis ſit* prooem. 4. * ὅτι τούτου ἐςὶν ἡ παλαίςρα *Hic eſt dominus palaeſtrae* 5, 4. * ἔςιν αὐτῷ ἡ ςρατιώτης — *Laudat aut militem* — 8, 1. * ὡς πολλὰ χρήματα αὐτῷ ἐςιν ἐν τῇ θαλάττῃ *Magnas pecunias ſibi eſſe traiectitias* 23, 1. * ἔςι θεάσασθαι *Licet videre: videas* 2, 5. add. 10, 4. * εἰσὶ δ' οἱ — *Sunt etiam qui* — 8, 4. * πόσου ἦσαν αἱ διφθέραι *Quanti venierint pelles* 4, 4. * οὗτοι πάντες χρηςοὶ ἦσαν *Hi omnes probi erant* 13, 3. * ὅπως μὴ ἄλλως ἔςαι *Vide ne aliter fiat* 24, 3. * ἐπιμεληθῆναι ὅπως αὐτῷ ὁ ἀκόλουθος Αἰθίοψ ἔςαι *Curat vt pediſſequum habeat Aethiopem* 21, 1. * ἱλαρὸς ἴσθι *Hilaris eſto* 17, 3. * εἷς κοίρανος ἔςω *Imperium ſit penes vnum* 26, 2. * τίς εἴη βέλτιςος *Quis eſſet optimus* 2, 1. * ὅταν ἡ θέα *Quum eduntur ludi* 5, 3. add. 6, 3. * ὅταν ἦ ἄξιος ἐγγυητὴς *Quum fulloni eſt ſponſor idoneus* 18, 2. * ὅπως μὴ καταδεέςεροι ὦσιν αὐτῶν *Ne ſint iis inferiores* prooem. 3. * εἶναι αὐτῷ καὶ σημεῖον τὰ πρόσωπα τῶν ἐν τοῖς πράγμασιν *Eſſe ſibi argumento etiam vultus magiſtratuum* 8, 2. * ταῦτα εἶναι αὐτῷ συγγενῆ ἀῤῥωςήματα *Hos eſſe ſibi gentiles morbos* 19, 1. * χειμῶνος ὄντος *Hieme* 14, 2. * προσδοκία τινῶν ἀγαθῶν οὐκ ὄντων *Quum quis facit vt credant alii et opinentur ipſi ineſſe bona quae tamen non ſint* 23, 1. * τὰ ἐν γῇ βελτίω ἔσεσθαι *Sata vberiora fore* 3, 2. add. prooem. 3.

Εἴρειν· ἀληθῆ ἐρεῖς *Vera dixeris* 17, 2. * προαποςέλλειν τὸν ἐροῦντα ὅτι ἔρχεται *Praemittit qui nuntiet ipſum venire* 24, 2.

Εἴρων *Iron*: is qui ſimulat vel diſſimulat aliquid vt aegre faciat, vt illudat, vt fallat alios 1, 1. add. prooem. 4.

Εἰρωνεία *Ironia* [Cic. de Orat. 2, 67]: *ſimulatio, diſſimulatio;* quae fit vt fallas alios prooem. 4. 1, 1. Heſychius: εἰρωνεία· χλευασία, ψευδολογία, ὑπόκρισις, ἀπάτη, χλεύη. Gloſſ. vett. Εἰρωνεία *Cauillatio.*

Εἷς· εἷς κοίρανος ἔςω *Imperium ſit penes vnum* 26, 1. * ὅπως μηδ' ὑφ' ἑνὸς συκοφαντηθῇ *Ne vllius criminationibus pateret: ne ab vllo*, nec falſo, *accuſaretur* 23, 2. * ὅταν γε τοὺς καθ' ἕνα ἀποκναίσῃ *Quum ſingulos loquacitate enecuuit* 7, 2. * θεῖναι τὰς ψήφους — καθ' ἑξακοσίους κατὰ μίαν *Ponere calculos — ſexcentos ita vt ſinguli calculi reſpondeant ſingulis hominibus et ſingulis calculis ſingulae ſummae eaeque diuerſae* 23, 2. Salmaſius reponi iubebat κατὰ μνᾶν. Non placet. nam verba ποιῆσαι δέκα τάλαντα oſtendunt, oſtentatorem ſingulis calculis attribuiſſe ſingulas ſummas eaſque diuerſas,

verſas, non eaſdem. Si enim tribuiſſet ſingulis calculis minas ſingulas: per ſe intellegeretur, efficì decem talenta. nam vt decem talenta faciunt XC. M. impp., ita ſexcentae minae faciunt decem talenta. Ergo non opus tum erat, vt adiicerentur a Theophraſto verba· ποιῆσαι δέκα τάλαντα. * τῶν Ὁμήρου ἐπῶν. τοῦτο ἓν μόνον κατέχειν *De verſibus Homeri hunc vnum modo tenere* 26, 1.

Εἰς et ἐς· εἰς ἀγορὰν ἐξελθεῖν *In publicum prodire* 19, 2. add. 4, 1. 4. 5, 3. 7, 3. 14, 1. 21, 1. 2. 23, 2. 27, 2. * κεκλημένος εἰς γάμους *Vocatus ad coenam nuptialem* 12, 2. * τοὺς τόκους — εἰς τὴν γνάθον ἐκλέγειν *Numulos — in buccam condere* 6, 4. * ἐπειδὴ ἐς τοὺς δημότας ἐνεγράφη *Poſtquam inter populares relatus* h. e. *ciuis factus, eſt* 28, 2. * εἰς ἐκεῖνον ἀποβλέπων *Eum intuens* 2, 5. * θεραπαίνας — μισθοῦσθαι εἰς τὰς ἐξόδους *Ancillas conducit — quae proſequantur vxorem in publicum prodeuntem* 22, 3. * τοῖς τιμῶσι καὶ τοῖς πέμπουσιν εἰς τὰς ἑορτὰς εἰπεῖν *Quum ei amici mittunt, honoris cauſſa, diebus feſtis fercula dono, dicit* 15, 2. * τοῦτο — εἰς ἐράνους εἰσενηνοχέναι αὐτὸν *Ea* [talenta] *ſe contuliſſe ad ſubleuandam amicorum inopiam* 23, 4. * ὀστοῦν εἰς τὸν ζωμὸν *Os medulloſum, quo adiuuetur ius* 9, 2. * εἰ ὁ μοχλὸς εἰς τὴν θύραν τὴν αὐλείαν ἐμβέβληται *An clauſae ſint obice fores veſtibuli* 18, 2. * εἰς κόλπον πτύσαι *In ſinum ſpuit* 16, 4. * καὶ εἰς κόπους ἐμβάλλειν *Cogit eos luctari et currere eum in finem quoad fatigentur* 15, 3: vbi vid. notas. * ἄπαγ' ἐς κόρακας *Abi in malam rem* 25, 5. Thomas Magiſter: ἐς κόρακας Ἀττικοὶ, οὐκ εἰς κόρακας. * γράψαι εἰς λόγον *Referre in rationes* 24, 3. * ὅτι ἀγρὸν εἰς νέωτα γεωργήσει *Se anno inſequente agrum conſiturum eſſe* 3, 2. * ἀποκαταστῆσαι εἰς τὴν οἰκίαν *Reducere domum* 7, 3. * τρεῖς χαλκοὺς εἰς ὄψον δίδωσι *Tres chalcos, quibus obſonia emat, dat* 28, 3. * παρακαλεῖν εἰς περίπατον *Secum iubet deambulare* 12, 2. * τὸ ἱμάτιον ὦσαι εἰς τὸ στόμα *Pallium intrudit in os* 2, 3. * δάφνης εἰς τὸ στόμα λαβὼν *Folium lauri ore tenens* 16, 1. * εἰς τίνα τρόπον κατενήνεκται *Quales ſint eius mores: quibus moribus, quo ingenio, praeditus ſit* prooem. 4. * εἰς τὰ ὑποδήματα ἥλους ἐγκροῦσαι *Calceis clavos infigit* 4, 4. * εἰς τὴν ὑστεραίαν *Poſtridie* 9, 2. Intell. ἡμέραν, vt dicitur εἰς τρίτην [Xenoph. Cyri paed. 5 p. 354 Hutchinſ. mai] et plura eius generis alia. Geſnerus malebat interpretari *in locum poſteriorem: impudens ſtatuit poſt ſe, in ſedili, cum paedagogo liberos.* intell. χώραν. At offendit me quidem et ellipſis et vſus vocabuli, credo, inſolens. * ἀγὼν τῆς ψυχῆς εἰς τὸ χεῖρον ἐν λόγοις *Quum ſtudioſe quis et vnice hoc agit, vt obtrectet*

alios

alios et de iis male ſoquatur 28, 1. * δὶς ἅλας εἰς τὴν χύτραν ἐμβάλλων *Bis ſal in ollam coniiciens* 14, 3. * ἱματισμὸν ζητῆσαι εἰς δύο τάλαντα *Veſtes quaerere duorum talentorum* 23, 4. * εἰς ὀρνιθοσκόπυ *Ad auſpicem* 19, 3. Intell. οἶκον. Nam ſic loqui ſolent Attici. Moeris: εἰς Διονυσίυ, Ἀττικῶς· πρὸς Διονύσιον, Ἑλληνικῶς. Ita ipſe Homerus Odyſſ. β', 195 ἐς πατρός. Vid. Kuſterus ad Ariſtoph. Eccleſſ. 420. * 23, 4 pro εἰς τὺς ἵππυς legi debet τοῖς τὺς ἵππυς. vid. notas.

Εἰσάγει πρὸς τὸν κατακείμενον *Ducit in tentorium, introducit, ad iacentem* 25, 5.

Εἴσειμι· δίκην φεύγων καὶ ταύτην εἰσιέναι μέλλων *Quando reus cauſſam dicturus eſt* 14, 1. Nam δίκην εἰσιέναι dicitur cum de accuſatore et petitore, tum de reo eoque vnde petitur, quum admittuntur ad cauſſam apud iudicem dicendam: vt Caſaubonus e Demoſthene animadvertit. * εἰς τὰ διδασκαλεῖα καὶ εἰς τὰς παλαίςρας εἰσιὼν *Ludos et palaeſtras intrans* 7, 3. * ὅπως οἱ εἰσιόντες ἴδωσιν *Vt introeuntes videant* 21, 2. * εἰσιόντα *Vbi acceſſerint: vbi venerint* in triclinium 5, 2: vbi vid. notas.

Εἰσέρχεσθαι· μηθὲν πριάμενος εἰσελθεῖν *Inanis redit domum* 10, 3. * ὔτε ἐπ' ἀλειφόμενον — ἐάσαι ἂν εἰσελθεῖν *Neque quum ſe curat vngi — admittit quenquam* 24, 2. * εἰσελθὼν *Ingreſſus, intrans, cubiculum* 20, 1. Suartius minus recte vertit *intrare domum.* nam verbi ἄρτι καθεύδοντα docent, ſermonem eſſe de cubiculo, non omnino de domo: et poteſt ἀηδὴς in vna domo habitare cum eo cui moleſtus eſt. Etiam Marc. 13, 15 legitur de eo qui intrat conclaue, non omnino domum.

Εἴσοδος· ἀπαντικρὺ τῆς εἰσόδυ *Contra introitum* 21, 2.

Εἰσπράττειν· εἰσπρᾶξαι ἀπὸ τῶν ἐπιτηδείων *Detrahere* pretium ollae patinaeue fractae *de demenſo* 10, 2.

Εἰσφέρειν· εἰσενέγκας δῦναι *Ea* [mala et pira] *ſecum afferre domum Regis, iiſque* [liberis] *dat* 2, 3. * ἔρανον εἰσενεγκεῖν *Stipem conferre* 15, 2: et ἐράνυ εἰσενεχθέντος παρὰ τῶν φίλων *Quum ſtipem accepit ab amicis* 17, 3: et εἰσενηνοχέναι εἰς ἐράνυς *Se contuliſſe ad ſubleuandam amicorum inopiam.* Eſt verbum hac in re proprium. vid. etiam Aeſchines de f. legat. p. 253 To. 2. Apud Philemon. 78 Cler. legitur φέρειν ἔρανον. Et amicus qui non confert pecuniam, is dicitur ἐκλιπεῖν τὴν φορὰν.

Εἶτα *Deinde:* praecedente πρῶτον prooem. 4. 3, 1. 2: vbi poſt πρῶτον poſitum reperitur ter: 9, 1. * *tum:* abſolute 13, 2. 25, 3.

Ἐκ et ἐξ· ὐκ ἂν ἐάσαι ὔτε συκοτραγῆσαι ἐκ τῦ αὐτῦ κήπυ *Non ſinit neque ficus guſtare quenquam e ſuis hortis* 10, 2. * αἰτεῖν τοῖς αὐτῦ παισὶν ἐκ τῦ

κοινῦ

contra. Sic neceſſe non erit confugere ad coniecturas vanas et leues.

Κοινός· κοινὸν εἶναι — τὸν Ἑρμῆν *Communem eſſe — Mercurium* 11, 4. Vid ſupra Ἑρμῆς. * αἰτεῖν τοῖς αὐτοῦ παισὶν ἐκ τοῦ κοινοῦ ὄψον *Petit ſuis pueris obſonia de iis quae appoſuit* 11, 5. * ἵνα κοινὸς εἶναι δοκῇ *Vt communis eſſe videatur* h. e. *aequus, non cupidus, vtriuſque partis aeque ſtudioſus* 5, 2. Hoc ipſo ſenſu legitur apud Lyſian c. Alcib. p. 294 ſ. καὶ τῶν στρατηγῶν δέομαι — καὶ περὶ τῶν τῆς ἀστρατείας γραφῶν κοινοὺς εἶναι τῷ τε διώκοντι καὶ τῷ φεύγοντι. ex emendatione Taylori et Marqulandi, cuius notae p. 573 inſpici debent, vulgo enim editur κοινωνούς. Eodem fere modo *communis* dicitur is qui ſe impertit aequaliter omnibus, humanus. vid. Boſius ad Nepot. Milt. 8 extr.

Κοίρανος εἷς ἔστω *Imperium ſit penes vnum* 26, 1. Nam κοίρανος etſi fere diſtinguitur a βασιλεῖ, ita vt ſit ὁ πρὸς καιρὸν τὸ βασιλέως ἔργον ποιῶν· tamen ſaepe idem eſt quod ὁ ἄρχων. Certe Heſychius nomen πολυκοιρανίη interpretatur per πολυαρχία.

Κολακεία *Adulatio* 2, 1.

Κολακεύειν *Adulari* 2, 1.

Κόλαξ *Adulator* 2, 1. 5. De notatione huius vocabuli diſputat nonnulla Caſaubonus ad Athenaeum p. 452 ſ.

Κόλπος *Sinus* 16, 4.

Κομίζειν· ὡς αὐτὸς αὐτὸν ταῖς αὐτοῦ χερσὶν ἐπὶ τὴν σκηνὴν ἐκόμισεν *Se eum ſuis manibus in tentorium retuliſſe* 25, 5. * ὅσα λιθοκόλλητα ποτήρια ἐκόμισε *Quot gemmata potoria reportauerit ſecum* 23, 1. Dictum eſt pro ἐκομίσατο. vid. Kuſterus V. M. 1, 54 ſ. Saepe enim Actiua, etiam ab Atticis, ponuntur loco Mediorum, vt ἀπαλλάττειν et alia. * κομίσασθαι παρ' Ἀρχίου τοὺς ταρίχους *Salſamenta ab Archia emta domum refert ipſe* 4, 4.

Κόνις παλαιστρικὸς *Puluis palaeſtricus* 5, 4. Erat arena tenuiſſima, quae fere ex Aegypto aduehebatur. vid. Plinius H. N 35, 13.

Κόπος· καὶ τὰ παιδία ἑαυτοῦ — καὶ εἰς κόπους ἐμβάλλειν *Et quum puerulos ſuos luctari et currere iubet, cogit eos id facere eum in finem quoad adeo fatigentur* 14, 3.

Κόπτειν· μικρὰ τὰ κρέα κόψας παραθεῖναι *Carnes in minutas particulas conciſas apponit* 10, 3. * κόψαντος τὴν θύραν ἐπακοῦσαι αὐτὸς *Quum quis pultat fores, reſpondet aperitque fores ipſe* 4, 3. Ariſtophanes vno verbo dixit θυροκοπῆσαι. Moeris Atticiſta: κόπτει τὴν θύραν ἔξωθεν, ψοφεῖ δὲ ὁ ἔνδοθεν, Ἀττικῶς· κροτεῖ δὲ, Ἑλληνικῶς. leg. ὁ ἔξωθεν, aut, etiam ἔνδοθεν ſimpliciter, omiſſo Articulo. add. Tho. Mag. in κόπτει τὴν θύραν.

Κόραξ·

Κόραξ· ἄπαγ᾽ ἐς κόρακας *Abi in malam rem* 25, 4. Vid. ſupra ἀπάγειν et εἰς.

Κόρδαξ *Cordax* 6, 1. Fuit genus ſaltationis Comicae (vnde Theophraſtus addit ἐν κωμικῷ χορῷ) obſcenae et laſciuae, h. e. praeſultor ductitabat reſtim (hoc certe ſunt qui collegant ex eo quod Ariſtophanes Nubb. 540 dicit κόρδαχ᾽ εἵλκυσεν) et reliqui eum ſequebantur tenentes manibus eandem reſtim, ita vt mouerent lumbos et iactarent, vt pudor oculorum offenderetur. Schol. Ariſtoph. d. l. κόρδαξ, κωμικὴ ὄρχησις, ἥτις αἰσχρῶς κινεῖ τὴν ὀσφῦν. Schol. Cod. Gal. 2 εἶδος αἰσχρᾶς καὶ ἀπρεποῦς ὀρχήσεως. Harpocrat. in vocab. κορδακισμός· — ὁ κόρδαξ κωμικῆς ὀρχήσεώς ἐστιν εἶδος. Thomas Magiſter: κόρδαξ, αἰσχρά τις ὄρχησις.

Κουρά· μέσην κουρὰν κεκαρμένος *Tonſus comas medias* 26, 2.

Κουρεῖον *Tonſtrina* 11, 3. In tonſtrinis ſedere conſueuiſſe homines deſides et otioſos, animaduertit et docuit Caſaubonus ad h. l.

Κόφινος *Cophinus: corbis* 4, 3. Heſychius: κόφινος· μέτρον χωροῦν χοὰς τρεῖς.

Κράτιστον ἄνδρα εἰπὼν *Virum optimum appellans* 5, 1. Reperitur de hoc vocabulo diſputatiuncula apud Canegieterum in diſſert. de Auiano c. 6.

Κράτος· εἰσὶ δ᾽ οἳ καὶ πόλεις λόγῳ κατὰ κράτος αἱροῦντες παρεδειπνήθησαν *Sunt etiam qui, quum opida vi capta eſſe narrant, coena priuenter* 8, 4. * *poteſtas imperium.* nam 26, 1 in notis monuimus pro ἰσχυροῦ κέρδους legendum videri ἰσχυροῦ κράτους.

Κραυγὴ *Clamor* 25, 3. Milites enim, aggreſſuri hoſtes, tollebant, vt conſtat, clamorem, quo perterrerentur et perturbarentur hoſtium animi; et quo ardor pugnae excitaretur, vt ait Liuius 40, 31.

Κρέας *Caro* 9, 1. 2. * κρέα *Carnes* 9, 1. 10, 3. 22, 1. 2. Thomas Magiſter: τέρα καὶ τερῶν Ἀττικοὶ, ὡς κρέα κρεῶν.

Κρεωπώλης *Lanius: carnarius* 9, 2.

Κρηπῖδες *Crepidae* [Gellius N. A. 13, 20] 2, 4. Erant calceamenta quibus tegerentur plantarum calces infimae, caeteris prope nudis teretibuſque habenis vinctis. vid. Balduinus de Calceo c. 11 et 14: apud quem etiam ſpecies crepidarum extant. Heſychius: κρηπίς· —ὑπόδημα.

Κριθαὶ *Hordea* 9, 3.

Κρῖναι *Iudicare* 7, 5. * τοῦ πράγματος ἤδη κεκριμένου *Re iam iudicata* 12, 2.

Κροκίδα ἀφελεῖν ἀπὸ τοῦ ἱματίου *Floccos legit de pallio* 2, 2. Nam κροκίς· ſcribitur etiam κροκύς· ſunt *flocci*. Heſychius: κροκύδες· γνάφαλα. item: κροκύλεγμος· τὸ κολακευτικῶς τὰς κροκίδας ἀπολέγειν

τῶν

τῶν ἱματίων. Vnde formula ἀφαιρεῖν κροκίδας vſurpata legitur omnino de adulatoribus. vid. Suidas in ἀφαιρεῖν et ibi Kuſterus, etiam Eraſmus Adagg. p. 27 ſ. Sed de vocabulo κροκὶς poteſt inſpici Foeſii Oeconom. Hippocratis.

Κροτεῖν ἐν θεάτρῳ, ὅταν οἱ ἄλλοι πάυωνται *Plaudit in theatro, quum reliqui ſpectatores quieſcunt* 11, 1. Sed 19, 4 eſt κροτῆσαι ταῖς χερσί. vt apud Aeſchin. de f. legat. p. 254 To. 2 ἀνακροτήσας τὰς χεῖρας. Erat ſignum approbationis atque laudis. Heſychius: κροτήσουσιν· ἐπαινέσουσι· et; κροτήσατε χεῖρας· ἐπαινέσατε ταῖς χερσίν· itemque: κρότοι· εὐφημίαι, ἔπαινοι.

Κρύπτεσθαι· ὡς καὶ παρακήκοε παρὰ τούτοις κρυπτόμενόν τινα ἐν οἰκίᾳ *Se etiam clam ſublegendo ſermones aliorum cognouiſſe, latere in aedibus eorum aliquem* 8, 3.

Κτήσασθαι τίτυρον *Habet ſatyrum* 5, 4.

Κυβερνήτης· τὰ τοῦ κυβερνήτου στρώματα *Gubernatoris ſtragulae* 22, 2. * τοῦ κυβερνήτου ἀνακύπτοντος *Gubernator quum inbibet nauem* 25, 2.

Κυβεύειν *Aleatorem eſſe* 6, 2. Vt Cicero Off. 1, 42 totum ludum talarium annumerat artibus minime probantis: ita aleatores ab Athenienſibus quoque contemtos fuiſſe, artemque eorum turpem poſitam, intellegitur cum e ſermone Socratis apud Xenoph. Memorr. 1, 2. 57, tum ex Aeſchin. c. Timarch. p 26 To. 2.

Κύζικος *Cyzicus:* vrbs in inſula eiuſdem nominis, ſed ab Alexandro continenti iuncta, in Propontide 5, 3. Cincta fuit ſaltibus et ſiluis. Qua ex re apparet, cur ἄρκτους hoſpitibus Cyzicenis mittere dicatur Canes Laconicos. Stephanus Byzantinus: Κύζικος, πόλις τῆς Προποντίδος, κειμένη ἐπὶ χεῤῥονήσῳ ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Ἄρκτων νῆσος.

Κυκεὼν *Vinum medicatum: cinnus*: potio confecta vel ex aqua et farina, vel e farina, vino, melle, eriam caſeo, vel e vino et floribus herbiſque pluribus 4. 1. Vid. Foeſius Oecon. Hippocr. h. v., Etymol. M., Heſychius et Thomas Mag. h. v., ſchol. Hom. ad Il. κ', 633 et ſchol. Lucian. p. 554 To. 1: cuius verba apponere placuit: κυκεὼν ἐκ πολλῶν βοτανῶν συγκειμένων [Hemſterhuſius corrig. συγκείμενος] φαρμακείαν ποιεῖ δηλητήριον, ἀπὸ τοῦ κεχύσθαι κυχεών. καὶ κυκεών. Geſnerus intellegi apud Theophraſtum vult ſingulatim κυκεῶνα βληχωνίαν, qui memoratur ab Ariſtophane Pac. 711, h. e. *puleiatum*, vinum pulegio conditum. Quod autem ad formam Accuſatiui attinet, qua vtitur Theophraſtus: Thomas Magiſter praecipit, κυκεῶ, Ἀττικοί· οὐ κυκεῶνα. Melius

lius Moeris Atticiſta: κυκεῶ, Ἀττικῶς· κυκεῶνα, Ἑλληνικῶς.

Κύλικες *Pocula: calices* 10, 1.

Κύμινον *Cuminum* 10, 3. Vnde κυμινοπρίσται *cumini ſectores* dicti ſunt *homines parce parci*, σμικρολόγοι. vid Spanhemius ad Iuliani Caeſſ. p. 74 Heuſ. et Reimarus ad Xiphil. epit. Dion. Caſ. p. 1172 ſ. To. 2.

Κυνάριον *Catulus* 21, 2. Thomas Magiſter: κυνίδιον, οὐ κυνάριον· εἰ καὶ Θεόπομπος ὁ κωμῳδὸς ἅπαξ τοῦτο φησίν. vbi vid. nota Trilleti.

Κύπτειν· κάτω κεκυφὼς *Oculos deiiciens: caput demittens* 24, 2.

Κύων *Canis* 4, 3. 14, 2. * Λακωνικαὶ κύνες *Laconici canes* 5, 3. Laudantur a veteribus et ob ſagacitatem et ob velocitatem, adeo vt venatores iis maxime delectarentur. vid. Nemeſianus Cyneget. 166 ſ. ibique Vlitius, et Oppianus Cyneg. 1, 371, etiam Pollux 5 c. 5: quae loca attulit hanc in rem Suartius.

Κωλύειν *Prohibere: impedire* 7, 3. 5. 20, 1.

Κωμάζειν *Comiſſatum ire* 12, 1: vbi πρὸς τὴν ἐρωμένην κωμάζειν eſt *ad fores amicae ebrium accedere noctu eamque provocare ad ſaltandum* etc. Vid. Boſius et Albertus ad Rom. 13, 13, et Suartii Altorpini diſſert. de comiſſationibus veterum, Altorpii a. 1744 quaternis.

Κωμικὸς χορὸς *Comicus chorus* 6, 2.

Λ

Λάθρα *Clam* 1, 1.

Λακεδαιμόνιοι *Lacedaemonii* 7, 4.

Λακεδαίμων· βακτηρίαι τῶν σκολιῶν ἐκ Λακεδαίμονος *Baculi tortuoſi Laconici* 5, 4. Ab Ariſtophane dicuntur βακτηρίαι Λακωνικαί. vid. Caſaubonus ad h. l. Caeterum Λακεδαίμων proprie eſt nomen regionis: vid. Pauſan. 3, 11: et Λακεδαιμόνιοι ab Σπαρτιάταις diſerte diſtinguuntur apud Diod. Sic. 11, 4 p. 407 To. 1: vbi vid. Vueſſelingius.

Λακκαῖον ὕδωρ *Ciſternina aqua* 20, 3. Quam aquam Euenor exiſtimabat eſſe optimam. vid. Athen. 2, 7.

Λακωνικαὶ κύνες *Laconici canes* 5, 3. Vid. ſupra κύων.

Λαλεῖν· οἷος προσελθὼν τοῖς ἐχθροῖς ἐθέλειν λαλεῖν, οὐ μισεῖν *Adit inimicos, et loquitur cum illis, ita vt occultet et diſſimulet odium* 1, 1. add. 2, 5. 20, 1. 24, 2. * μεγάλῃ τῇ φωνῇ λαλεῖν *Magna voce loquitur* 4, 1. * λαλεῖν τι ἡμῖν *Narra nobis aliquid* 7, 5. Intell. ἔθελε· qui Imperatiuus additur ab Homero Il. β', 247. * τὸ λαλεῖν ὡς χρήσιμόν που *Loquacitas quam vtilis eſt interdum!* aut *quam iuuat nonnunquam loqui!* 7, 2.

Λαλιὰ *Loquacitas: garrulitas* 7, 1.

Λάλος *Loquax: blatero: locutuleius: lingulaca* 7, 1. 5. * οὐδ' εἰ τῶν χελιδόνων δόξειεν ἂν εἶναι λαλίστερος *Nec ſi videatur eſſe garrulus magis quam hirun-*

hirundines 7, 5. Sic ab Anacreonte Odar. 12, 2 hirundo vocatur λάλη, vt cornix ab Ouidio Amorr. 3, 5. 22 *garrula.*

Λαμβάνειν διάπειραν *Experiri: periculum facere: videre:* an aegrotus velit et poſſit vinum bibere 13, 3: vbi vid. notas. Xenophon Memorr. 1, 4. 18 dicit πεῖραν λαμβάνειν. * αὐτὸς ὅσα εἴληφε *Ipſe quantum pecuniae inde fecerit* 23, 1. * οἱ εἰληφότες τι 19, 3 dicuntur *qui emunt aliquid ab aliquo.* add. 4, 3. * ὅπως ἂν ἡμᾶς ὕπνος λάβῃ *Vt oculis noſtris ſomnus obrepat* 7, 5. Contra 25, 4 οὐκ ἐάσεις τὸν ἄνθρωπον ὕπνου λαβεῖν; *Non ſines hominem ſomnum capere?* Eadem formula eſt apud Chariton. 2, 4. * καὶ ἐὰν μὲν λάβῃ, εὖ ἔχει *Quod ſi auferre poſſit, bene habet* 9, 2. add. 11, 5. * ὡς τύπῳ λαβεῖν 1, 1 et ὡς ὅρῳ λαβεῖν 9, 1 *Si quis deſcribere velit.* * ὅτι τὴν σπάθην λαβεῖν — ἐπελάθετο *Se ſpatham ſecum efferre — oblitum eſſe* 25, 3. * πληγὰς λαβεῖν *Verberari* 12, 3. * δάφνης εἰς τὸ ϛόμα λαβὼν *Laurum manderis* 16, 1. * λαβὼν πάσας τὰς ψήφους *Si tulit in iudicio omnium calculos* 17, 2. Apud Platonem Apol. 25 eſt μεταλαβεῖν hoc ſenſu. * ἀπέϛειλα πρὸς σὲ ληψόμενος *Miſi ad te qui meo nomine acciperet* 24, 4. * λαβὼν redundare videtur 14, 2.

Λαμπρὸν ἱμάτιον *Candidum pallium* 21, 3. Thomas Magiſter: λαμπρὰ ἐσθὴς κάλλιον λέγειν ἢ λευκή.

Λανθάνειν· τὴν σιτοποιὸν πειρᾶν λαθεῖν *Cauet et videt, ne conſpiciatur deprehendaturque a piſtrice* 4, 2.

Λάχανα *Olera* 20, 2. 22, 2.

Λέγειν *Dicere: oſtendere: narrare: diſſerere* prooem. 4. 1, 3; 2, 1. 5. 3, 2. 7, 1. 5. 8, 2. 3. 10, 3. 14, 4. 15, 1. 2. 18, 3. 23, 1. 25, 2. 3. 28, 2. Conſtruitur et cum Datiuo perſonae ſimpliciter et cum Praepoſitione πρὸς, ſequente Accuſatiuo. * τί λέγεις; *Quid habes quod mihi narres? ſ. quid affers?* 8, 1: vbi vid. notas. * ὅταν αὐτὸν ἤδη καθεύδειν βουλόμενον κελεύῃ, λέγοντα ταῦτα, λαλεῖν τι ἡμῖν *Quum cum iam dormitantem hortantur et compellant, Narra, inquientes, nobis aliquid* 7, 5. * κακῶς λέγειν *Male dicere: obtrectare* 1, 1. 28, 3. 4. * γράμματα — ὡς πάρεστι παρ' Ἀντιπάτρου — λέγοντα — *Litteras — allatas eſſe ab Antipatro, in quibus ſcriptum ſit* 23, 2. Vid. Kuhnius ad Pauſan. 2, 27 p. 173, et Raphelius ad Marc. 15, 28. * μή λέγεταί τι καινότερον; *Num fertur quid noui?* 8, 1: et mox καὶ μὴν ἀγαθά γέ ἐϛι τὰ λεγόμενα; *At laeta ſaltem et bona ſunt quae feruntur?* Verba ἐπιβαλὼν ἐρωτᾶν ita diſtingui iubent. * ἐπὶ τοῖς καθ' ἑαυτοῦ λεγομένοις — πρᾴως διαλέγεσθαι *De maledictis quae in ipſum conferuntur, — aequo ore loquitur* 1, 1.

Λειτουργεῖν· οὐδὲ τὰς λειτουργίας ὅσας λελειτούργηκε *Neque reliqua munera quibus functus ſit* 23, 4.

Λειτουργίαι *Munera*, h. e. negotia quae ſuſcipiuntur, ſumtus qui fiunt, reip. cauſſa 23, 4. Quod genus erat ἱπποτροφία, χορηγία, γυμνασιαρχία, τριηραρχία. vid. Xenoph Oecon. 2, 6. Atque tale negotium ſuſcipere, tales ſumtus facere, dictum eſt λειτουργεῖν. Erant eorum qui munera obirent, Athenis tum mille et ducenti. vid. Harpocration in χίλιοι διακόσιοι. Caeterum de orthographia huius verbi praecipit Moeris Atticiſta hunc in modum: ληιτουργεῖν, διὰ τοῦ η, Ἀττικῶς· διὰ δὲ τῆς ει διφθόγγου, Ἑλληνικῶς. λήϊτον γὰρ τὸ δημόσιον. vbi vid. Pierſonus, et Valquenarius Lectt. Ammon. p. 144 ſſ.

Λέπρα. *Lepra:* genus ſcabiei depaſcentis cutem 19, 1. Paullus Aegineta 4, 2 p. 133 Baſil. τούτων τῶν παθῶν ἑκάτερον τραχυσμὸς τῆς ἐπιφανείας ἐστὶν μετὰ κνησμοῦ καὶ ἀρτήξεως σώματος, ἐκ μελαγχολικοῦ χυμοῦ τὴν γένεσιν ἔχων. ἀλλ' ἡ μὲν λέπρα διὰ βάθους ἐπινέμεται τὸ δέρμα κυκλοτερῶς, μετὰ τοῦ φολιδοειδεῖς ἀφεῖναι λεπίδας.

Λεπτὸς *Gracilis: macer: male habitus* 26, 3.

Λευκοὶ ὀδόντες *Candiduli dentes* 5, 3.

Λέχος *Lectus puerperae* 16, 3. Ita legitur etiam apud Apollonium Argon. 2, 1014. Vid. Spanhemius ad Callim h. in Iou. 14. Lecti autem puerperarum credebantur polluere et contaminare homines. vid. locus Chryſoſtomi ab Caſaubono ad h. l. laudatus. Sic nec λεχῷ legi neceſſe eſt nec λέχῃ. Sed lectio MSS. ἐπὶ λέχει recte habet, quum permutatione Caſuum hoc in genere nihil ſit frequentius et ſolemnius.

Ληκύθια μικρὰ πάνυ *Ampullulae oppido ſ. male minutae* 10, 4.

Λήκυθοι *Vaſa vnguentaria* [λήκυθος μυρηρὰ Pollux 6, 105] *et olearia* [λήκυθος ἐλαιηρὰ Pollux 10, 62] quibus vtebantur veteres vel in gymnaſiis vel in balneis. vid. Eſchenbachius de vnctt. gentil. p. 513: vbi p. 483 etiam ſpecies lecythi extat. * ἐκ τῆς ληκύθου ἔλαιον καταχεῖν *E lecytho oleum fundit* 16, 2. * Θυριακαὶ τῶν στρογγύλων λήκυθοι *Thyriacae lecythi rotundae* 5, 4.

Λίαν λυπρὸν ἀργύριον *Numi argentei opido tenues et leues* 4, 3.

Λίθος *Lapis* 15, 2. 16, 1. 2.

Λιθοκόλλητα ποτήρια *Gemmata potoria* 23, 2.

Λιπαροὶ λίθοι *Lapides vncti: lapides vnguine delibuti* 16, 1. Ab Luciano Alex. 20 p. 238 To. 2 talis lapis vocatur λίθος ἀληλιμμένος. Verba eius haec ſunt, de Rutiliano: τὰ δὲ περὶ τοὺς θεοὺς πάνυ νοσῶν —

καὶ

καὶ εἰ μόνον ἀληλιμμένον που λίθον ἢ ἐστεφανωμένον θεάσαιτο, προσπίπτων ἀεὶ, καὶ προσκυνῶν, καὶ ἐπιπολὺ παρεστὼς, καὶ εὐχόμενος καὶ τἀγαθὰ παρ' αὐτοῦ αἰτῶν.

Λογίζεσθαι *Imputare: expenſum ferre* 10, 1. Quod fere ἐλλογεῖν dicitur. Heſychius: ἐλλόγει· καταλόγισαι. nam ſic legi debet, non καταλόγησαι. Gloſſa petita eſt ex ep. ad Philem. 18. Ad quem locum Heſychii Albertus attulit e Lex. MS. Reg. haec, quae eodem pertinent: ἐλλόγει· ἀντὶ τοῦ λελόγισαι [leg. λόγισαι]. καὶ ὁ Ἀπόστολος, τοῦτο ἐμοὶ ἐλλόγει, ἀντὶ τοῦ, ἐμοὶ εἰς χρέος τοῦτο λόγισαι. * λογισάμενος ταῖς ψήφοις *Quum computat rationem calculis* 14, 1. * λογιζόμενος πρός τινα *Quum rationes putat cum aliquo* 24, 2. Matthaeus c. 18, 24 et c. 25, 19 dicit συναίρειν λόγον μετὰ —.

Λογοποιεῖν *Rumuſculos vanos et falſos confingere et diſſipare: famigerare* 8, 4. * ὁ λογοποιῶν *Famiger: famigerator* 8, 1. Heſychius: λογοποιήσαντες· πλασάμενοι λόγους ψευδεῖς.

Λογοποιία *Famigeratio* 8, 1.

Λογοποιὸς *Famiger: famigerator* 8, 1. Heſychius: λογοποιός· ὁ λόγους τινὰς καὶ μύθους συντιθείς. De reliquis huius vocabuli ſignificatibus vid. Pierſonus ad Moerida p. 244

Λόγος· τρέψομαι δὲ ἤδη ἐπὶ τὸν λόγον *Sed conuertam me iam ad rem ipſam* prooem. 4. * πρῶτον μὲν οὖν ποιήσομαι τὸν λόγον *Faciam igitur initium: atque primo quidem dicam* prooem. 4. * προσποίησις πράξεων καὶ λόγων *Simulatio diſſimulatione in factis et in dictis* 1, 1: et προσποίησις τις λόγων καὶ πράξεων μετ' εὐνοίας *Quum quis dicit aliquid et facit, modo vt amicus aliis videatur iiſque fauere et cupere* 13, 1. * τὸ ὅλον δεινὸς τῷ τοιούτῳ τρόπῳ τοῦ λόγου χρῆσθαι *Omnino vtitur vocibus bis ſ. tali oratione* 1, 3. Sic 26, 2 δεινὸς τοῖς τοιούτοις τῶν λόγων χρήσασθαι *Solet in ore habere huiuſmodi voces:* et ibid. 3 σοβεῖν τοὺς τοιούτους λόγους *Incedens iactat voces has.* * ἐμπεσόντος λόγου τίς εἴη βέλτιστος *Exorta forte quaeſtione quis eſſet optimus* 2, 1. * διήγησις λόγων μακρῶν καὶ ἀπροβουλεύτων *Vſurpatio ſermonum longorum et temerariorum* 3, 1. * ὑπομονὴ αἰσχρῶν ἔργων καὶ λόγων *Quum quis ſuſtinet turpia facere et dicere* 6, 1. * ἀκρασία τοῦ λόγου *Intemperantia ſermonis* 7, 1. * προσδιηγήσασθαι — οὕς ποτε λόγους αὐτὸς εἶπεν εὐδοκιμήσας ἐν τῷ δήμῳ *Refert etiam — quid ipſe aliquando dixerit in concione, applaudente populo* 7, 4. * εἰσὶ δ' οἳ καὶ πόλεις λόγῳ κατὰ κράτος πόλεις αἱροῦντες, παρεδειπνήθησαν *Sunt etiam qui, narrantes oppida vi capta eſſe, domicoenio afficiuntur* 8, 4. * τὸν λόγον ἐπεντείνειν *Rumorem increbeſcere* 8, 2. * σύνθεσις ψευδῶν λόγων καὶ πράξεων *Conſi-*

Confictio dictorum vanorum factorumque 8, 1. * δοκῶ μοὶ σὲ εὐωχήσειν καινῶν λόγων *Videor mihi narrare tibi poſſe noua ſ. res nouas* 8, 1. * αἱ ἀναφοραὶ τῶν λόγων τοιαῦται εἰσιν αὐτοῦ *Remittit ad auctores eorum quae dicit, illos* 8, 2. * βραδυτὴς ψυχῆς ἐν λόγοις καὶ πράξεσιν *Tarditas animi in dictis et in factis* 14, 1. Ita 15, 1 ἀπήνεια ὁμιλίας ἐν λόγοις *Conſuetudo moroſa quae ſe oſtendit in dictis ſ. in verbis*: et 28, 1 ἀγὼν τῆς ψυχῆς εἰς τὸ χεῖρον ἐν λόγοις *Quum animus ſtudet in ſermonibus malus eſſe*, h. e. *quum quis ſtudioſè et vnice hoc agit, vt detrectet alios et de iis male loquatur.* * ἐγκαλεῖν τῷ γράψαντι τὸν λόγον *Accuſat, vituperat, auctorem orationis* 17, 3. * γράψαι αὐτῷ [l. αὐτὸ] εἰς λόγον *Referre in rationes* 24, 3.

Λοιδορεῖσθαι· κακῶς ἀκοῦσαι καὶ λοιδορηθῆναι δυνάμενος *Non commonetur, quod male audiat et conuiciis proſcindatur* 6, 1. * Sed 6, 3 λοιδορουμένων ita accipi debet, vt περίστατοι dicantur ipſam turbam circumſtantem, certe partem eius, conuiciis proſcindere. nam hoc faciunt praeſtigiatores aliique iſtius generis homines, vt oblectent ſcilicet turbam ſpectatoreſque plures pelliciant. Cf. Kuſterus V. M. 1, 62 ſ.

Λοιδορία· τὸ στόμα εὔλυτον ἔχοντες πρὸς λοιδορίαν *Os promtum habentes et paratum ad iacienda conuicia* 6, 5.

Λοιποὶ *Reliqui* 11, 1.

Λοπὰς *Patina* 10, 2. Ita in Gloſſ. vett. explicatur. Heſychius: λοπάς· τὸ τήγανον. Thomas Magiſter: λοπάδιον, οὐχὶ λοπάς. quam obſeruationem hominis refellere conati ſunt eius interpretes, maxime Trillerus, p. 583, ſed locis ſcriptorum non ſatis idoneorum.

Λούεσθαι τῷ ψυχρῷ *Lauare ſe frigida* 28, 3. * κατὰ κεφαλῆς λούσασθαι *Caput ſibi lauat* 16, 4. * ὅτι λέλουται *Se lauiſſe* 9, 3. Thomas Magiſter: λοῦμαι πάντες Ἀττικοὶ, καὶ λούμενος, καὶ λοῦσθαι· ad quae verba comparanda nota Sallierii.

Λύκων *Lyco*: nomen mancipis 8, 2.

Λυπεῖν· ἐπίτευξις λυποῦσα τοὺς ἐντυγχάνοντας *Conſuetudo moleſta iis quibuſcum congrediare et verſere* 12, 1.

Λύπη *Moleſtia* 19, 1. 20, 1.

Λυπρὸν ἀργύριον *Tenue et leue argentum* 4, 3. Λυπρὸν enim dicitur *quicquid in ſuo genere vile eſt et tenue.* vnde λυπρὸς ab Heſychio et ab Pſeudodidymo [ad Odyſſ. ν', 243] explicatur per εὐτελής.

Λύσανδρος *Lyſander* 7, 3. Eo duce Lacedaemonii vicerunt claſſem Athenienſium ad Aegos Thraciae flumen.

Λυσιτελεῖν *Prodeſſe: vtilem eſſe* 10, 2.

Λύχνος *Lucerna* 18, 2.

Μαγει-

M

Μαγειρεῖα *Popinae:* loca publica vbi obſonia cocta venduntur 6, 4. Thomas Magiſter: μάγειρος, καὶ σιτοποιὸς, καὶ ὀψοποιὸς, δόκιμα· μαγειρεῖον δὲ ἀδόκιμον —. vbi vid. interpretes.

Μαγειρεύειν *Cocum, popam, eſſe* 6, 2. Etiam Cicero Off. 1, 42 hanc artem ponit in artibus minime probandis, quae ſint miniſtrae voluptatis. Liuius 39, 6 *tum coquus, viliſſimum antiquis mancipium, et aeſtimatione et vſu, in pretio eſſe, et quod miniſterium fuerat, ars haberi coepta.*

Μαίνεσθαι *Furere: furioſum eſſe* 16, 4.

Μακεδονία *Macedonia:* regio Graeciae inter Thraciam et Theſſaliam 8, 3. 23, 2.

Μακρὸς ἀνδριὰς *Magna ſtatua* 27, 2. * λόγοι μακροὶ *Sermones longi* 3, 1. * μακρὰ ὁδὸς *Longinquum iter* 12, 2.

Μαλακισθῆναι *Languere e via* 1, 2.

Μαλακῶς· ὡς μαλακῶς ἐσθίεις *Lautos vero cibos! quam laute acciperis!* 2, 4.

Μᾶλλον *Magis: potius* 1, 5. 25, 4. * μάλιστα μὲν *Fere:* ſequentibus particulis εἰ δὲ μὴ 9, 2: et ſimpliciter 18, 3: vbi vid. notas.

Μανθάνειν ῥήσεις *Ediſcit locos e poëtis* 27, 1. * παρὰ τοῦ υἱοῦ μανθάνειν ἐπὶ τὸ δορὺ *A filio diſcere quomodo fiat conuerſio ad dextram* 27, 1. add. ibid. 2. * μεμαθηκότες *Qui cognouerunt rem* 12, 2. * καὶ ἂν ἀκύῃ αὐτοῦ, μαθήσεται *Quod, ſi velit ipſum audire, cognoſcere poſſit* 7, 1.

Μάντεις *Vates* 16, 3.

Μαρτυρεῖν *Teſtari: teſtimonium dicere* 12, 1.

Μάρτυρες *Teſtes* 14, 2. 18, 2.

Μασσᾶσθαι *Mandere* 20, 1: vbi μασσώμενον σιτίζειν eſt *Cibum commanſum indere infanti in os.* vid. notas.

Μαστιγίας proprie *verbero, verberoſus*; μαστιζόμενος, vt interpretatur Heſychius: ſed 18, 2 κακὸς μαστιγίας eſt *homo peſſimus, homo nullius frugis.*

Μαστιγοῦσθαι *Flagellari: flagellis caedi* 12, 3.

Μασχάλαι *Alae* 19, 2. Eſt vocabulum Atticum, pro quo reliqui Graeci dicunt μάλαι· qua forma Attici vtuntur in ſola formula ὑπὸ μάλης. vid. Moeris h. v. ibique Pierſonus, Helladius Chreſtom. p. 3 et Pollux 2, 139.

Μάχεσθαι τοῖς πολεμίοις *Pugnare cum hoſtibus* 25, 4. * *obiurgare: increpare: expoſtulare* 6, 2. 14, 2. 23, 5. * *rixari* 13, 2. Quo ſenſu legitur etiam Act. 7, 26. Nam Ex. 2, 13, narrat autem ibi Moſes eandem rem, Alexandrini interpretes habent διαπληκτίζεσθαι.

Μάχη *Pugna* 7, 4. 8, 1. 2. 25, 5.

Μέγας· ἔχων τοὺς ὄνυχας μεγάλους *Habens vngues longos* 19, 1. * μεγάλῃ τῇ φωνῇ λαλεῖν *Ma-*

gna voce loquitur 4, 1. add. 6, 3. 5. * ἡττᾶσθαι μεγάλην δίκην *Amiſiſſe magnam cauſſam* 11, 2. * ϛέμματα μεγάλα *Coronae magnae* 21, 2. * Comparat. ἐπιθεῖναι μεῖζον φορτίον *Imponit maius onus* 11, 4. * μείζω τοῦ ποδὸς τὰ ὑποδήματα *Male laxi calcei* 4, 1. Vid. Heinſius ad Ouid. A. A. 1, 516. * Superlat. μεγίϛη δᾲς *Maxima fax* 3, 2. * τὰ μέγιϛα *Res maximae* 4, 1.

Μεθύσκεσθαι *Vino ſe obruere* 11, 3. Heſychius: μεθύσκομαι· πληροῦμαι. intell. οἴνῳ.

Μεθύειν *Ebrium eſſe* 12, 4. Thomas Magiſter in vocab. μεθύση· — σὺ τοίνυν Ἀττικοῖς ἑπόμενος, ἐπὶ μὲν ἀρσενικοῦ, μεθύων λέγε —. vbi vid. Sallierius.

Μειδιᾷν *Renidere* 8, 1.

Μέλας· ὀδόντες μέλανες *Dentes nigri* 19, 2. * μέλαινα θρὶξ *Nigra coma* 2, 2. * ζωμοῦ τοῦ παρακειμένου — μελαντέρα ἡ χολὴ *Iuſculo appoſito — magis atra bilis* 20, 2.

Μελετᾷν *Se exercere equitando* 27, 2.

Μέλι ὑμήττιον *Mel Hymettium* 5, 3.

Μελιταῖος κλάδος *Melitaea ſoboles*, h. e. *catulus Melitaeus* 21, 2. Ab Luciano de merc. condd. 34 vocantur Μελιταῖα ſimpliciter: e quo loco quum appareat, quales fuerint iſti canes, eum placuit totum apponere: τὸ δὲ πρᾶγμα παγγέλοιον ἦν, κυνίδιον ἐκ τοῦ ἱματίου προκύπτον μικρὸν ὑπὸ τὸν πώγωνα, καὶ κατουρῆσαν πολλάκις, καὶ βαῦζον λεπτῇ τῇ φωνῇ (τοιαῦτα γὰρ τὰ Μελιταῖα) καὶ τὸ γένειον τοῦ φιλοσόφου (ſermo eſt de Theſmopoli Stoico) περιλιχμώμενον. Caeterum certum eſt, catulos hoſce ita dictos eſſe a patria; quae tamen vtrum fuerit Melite, inſula maris Adriatici, inter Dalmatiam et Italiam; an Melite, inſula maris Africi, inter Siciliam et Africam, incertum habetur. vid. Menagius ad Laërt. p. 247 et Berquelius ad Stephan. Byzant. p. 548.

Μέλλειν iunctum eſt hoc in libello Praeſenti Infinitiui, ita vt verti poſſit per *velle in animo habere*, vel per Futurum, quod vocant, periphraſticum. vid. 7, 1. 11, 3. 13, 2. 4. 14, 1. 20, 1. 23, 5.

Μεμψιμοιρία *Querela* 17, 1. Quod tamen Latinum vocabulum non omnino exhaurit vim Graeci. vid. Clericus A. C. 2, 2. 3. 22. Significatur enim a Theophraſto iſtud vitium quum quis non contentus ſorte ſua, eam deplorat temere et accuſat; quum quis etiam in ſecundis rebus quaerit et inuenire videtur, cur accuſare poſſit iniquitatem fortunae.

Μεμψίμοιρος *Querulus* 17, 1.

Μὲν fere ita poſitum eſt, etiam in hoc libello, vt ei reſpondeat δὲ, neque tamen vbique. Latine fere nequit reddi. vid. prooem. 1. 4. 3, 1. 3. 4, 1. 2. 5, 3. 9, 1. 2. 11, 3. 18, 3. 21, 2. 28, 1.

Μένειν ἔνδον *Se tenere domi* 22, 2.

Μερὶς *Pars ferculi: pars de coena* 17, 1. Solebant enim veteres, quum coenarent et epularentur, partes ferculorum mittere amicis abſentibus. Vid. Caſaubonus et Suartius ad h. l. Ab Charitone 2 p. 27 talis pars ferculi nominatur μοῖρα ἀπὸ τοῦ δείπνου· vbi vid. Doruillius.

Μέρος· τοῖς δὲ μέρος τοῦ πράγματος *Aliis partem rei narrat* 6, 3. * μὴ δοὺς τὸ μέρος *Quum ipſe pro ſe nihil ſoluerit* 9, 2. Θεωρικὸν autem ἀργύριον, ſic enim pecunia dicebatur quae pro ſingulis locis in theatro ſoluebatur, erant tum bini oboli, qui ciuibus inopibus ex aerario dabantur. vid. Meurſius Lectt. Att. 5, 12. * μέρος τῆς ἀγορᾶς *Pars fori* 8, 5. * τὸ μέρος *Pars virilis* 11, 4. Solebant enim legatis dari munera ab eo ad quem miſſi erant, ita vt legati ea diuiderent inter ſe. Vtramque in rem inſignis locus eſt apud Demoſthenem de f. legat. p. 171 To. 2. add. ibid. 4.

Μεσοπορεῖν *In medio mari eſſe: medium curſum tenere* 25, 2. Verbum hoc non extat in Theſauro Stephaniano. Sed gloſſam Heſychii idem Stephanus recte cenſuit reſtituendam ſic eſſe e Suida, μεσοπορῶν· μέσην ὁδεύων· quanquam apud Phauorinum quoque legitur μεσόπορον. Phrynichus p. 184 hoc verbum refert inter κίβδηλα, quo vſus tamen ſit Menander.

Μέσος· ἐκ τοῦ μέσου ἀπελθεῖν *E medio*, h. e. *concione*, *abire* 22, 1. * τὸ μέσον τῆς ἡμέρας 10, 4 et μέσον τῆς ἡμέρας [illegible]6, 2 *Meridie: medio die* Thomas Magiſter: μέσον ἡμέρας, καὶ μεσημβρία, καὶ μεσοῦσα ἡμέρα· μέση δὲ ἡμέρα, κοινόν. Herodianus p. 210 μέσον ἡμέρας, καὶ μεσημβρία, οὐχ ἡ μέση ἡμέρα. * μέσην κουρὰν κεκαρμένος Medias comas tonſus 26, 2. Vid. ſupra κείρεσθαι.

Μεστός· πολιῶν ἔσχηκας τὸν πώγωνα μεστὸν *Canis habes barbam plenam* 2, 2. * ἱμάτιον κηλίδων μεστὸν *Pallium maculis plenum* 19, 2.

Μετά· 1) cum Genitiuo. vt ἀλέσαι μετ' αὐτῆς *Molit cum ea* 4, 2. add. 16, 3. 21, 2. * προσποίησίς τις λόγων καὶ πράξεων μετ' εὐνοίας *Quum quis dicit aliquid et facit, vt videatur eſſe amicus aliis iiſque fauere et cupere* 13, 1. * μετὰ μαρτύρων *Adhibitis teſtibus* 18, 2. ὅς μετ' Ἀλεξάνδρου ἐστρατεύσατο *Se ſub Alexandro militaſſe* 23, 1. 2) Cum Accuſatiuo. vt μετὰ τὴν αὔριον *In perendinum diem* 13, 1. Poſſet etiam, ſaluo linguae ingenio, reddi *in craſtinum diem:* ni natura περιεργίας aliud ſuadere videretur.

Μεταβάλλεσθαι τὰ ἱμάτια χρηστὰ *Commutat pallia bona* h. e. *nondum*

nondum detrita 5, 3. * πρόσωπα μεταβεβληκότα *Vultus mutati* 8, 2.

Μεταδῦναι κελεῦσαι καὶ αὐτῷ *Dare ſibi quoque hunc iubet eorum partem aliquam* 9, 3.

Μεταξὺ *Interea* 6, 3. 7, 1. * *dum loquitur: dum garrit* 7, 2. 4.

Μεταστραφῆναι *Oculos remouere corpus que totum auertere: oculos vultumque auertere* 11, 1.

Μεταφέρειν τὰ σκεύη *Loco mouet vaſa* 10, 2.

Μέτρον Φειδώνιον *Menſura Phidonia* 11, 5. Vid. infra Φειδώνιον.

Μὴ *Non* 1, 2. 4. 3, 1. 3 etc. * *ne*, vel ſimpliciter, ſequente Imperatiuo 15, 1: ſequente Coniunctiuo 1, 4. 7, 1. 18, 3: vel additis particulis ὅπως et ἵνα 10, 4. 11, 5. prooem. 3. 13, 3. 18, 2. 24, 3. * *num: an* 2, 4. 8, 1. * μὴ μόνον *Non ſolum* 5, 2.

Μηδὲ *Nec: ne quidem* 7, 2. 23, 2.

Μηδεὶς, μηδεμία, μηδὲν, *Nullus, a, vm* 1, 2. 5, 3. 6, 2. 10, 3. 18, 2. 26, 1. Scribitur etiam μηθεὶς — μηθέν. quam formam recepimus 10, 3. Vid. infra ὐδεὶς.

Μηδέπω *Nondum: necdum* 12, 4.

Μῆλα *Fetus arbutei edules*, exceptis nucibus et baccis 11, 2. Nam diſtinguuntur ibi ab καρύοις et ἀκροδρύοις. * *mala* 2, 3. Vbi iis iunguntur ἄπιοι.

Μήν· καὶ μὴν *At* 1, 3. 8, 1. * *quin etiam* 2, 5. 24, 3.

Μὴν *Menſis*: ἐν τῷ μηνὶ 10, 1 et κατὰ μῆνα 16, 3 *Singulis menſibus*. Vid. Salmaſius de Modo Vſurr. p. 61.

Μήτε — μήτε — *Neque — neque* — 3, 3. 10, 3.

Μήτηρ *Mater* 6, 2. 13, 2. 3. 19, 3. 28, 2. * ἡ μήτηρ τῶν θεῶν *Mater deum*, h. e. *Rhea* ſ. *Tellus* 21, 3. Eius templum Athenis fuiſſe, e Pauſania docet Meurſius Athen. Att. 1, 10.

Μικρολογία *Sordida parſimonia: parca parſimonia: anguſtiae* 10, 1.

Μικρολόγος *Sordide parcus: parce parcus* 10, 1. 4. In Gloſſ. vett. vocatur abſolute *parcus*, recte. Nam, Seneca auctore [de benef 2, 34], inopia ſermonis Latini effecit, vt etiam *parciſſimus* diceretur *parcus*.

Μικρός· μικρῦ πρίασθαι *Paruo emiſſe* 10, 1. * μικρὸν προπέμπειν *Paullulum proſequi* 5, 1. * λέγων ὅτι τὰ μικρὰ ταῦτα πολλά ἐςι τῦ ἐνιαυτῦ *Quod haec quamuis parua, magnam tamen efficiant ſummam per annum* 10, 3. * ληκύθια μικρὰ πάνυ *Lecythi male paruae* 10, 4. * ἐλάττω τῶν μικρῶν τὰ ἱμάτια *Pallia male parua* ſ. *male breuia* 10, 4. * μικρὰ τὰ κρέα κόπτειν *Carnes concidere in minutas particulas* 10, 3.

Μικροφιλοτιμία *Studium* ſ. *aucupium honoris et gloriae e rebus paruis atque friuolis: ſtudium honoris ineptum* 21, 1.

Μικροφι-

Μικροφιλότιμος *Honoris inepte ſtudioſus: qui aucupatur honorem et gloriam e rebus paruis atque friuolis* 21, 1.

Μισεῖν· μεμίσηκα *Odi* 28, 2. * οὐ μισεῖν *Occultare, diſſimulare, odium* 1, 1. Vid. ſupra λαλεῖν.

Μισητὸς *Odioſus* 26, 3.

Μισθός· ἐν μισθῷ τὴν οἰκίαν οἰκεῖν *Conductitiam domum habere* 23, 4.

Μισθοῦσθαι· αὐλητρίδας μισθοῦσθαι *Tibicinas conducere* 11, 2. add. 22, 2. 3. * μεμισθωμένοι *Mercede conducti* 24, 2.

Μισθωτοὶ *Mercenarii* 4, 2.

Μνᾶ ἀργυρίου *Mina argenti* 21, 2. * χρέος τριάκοντα μνῶν *Debitum triginta minarum* 11, 5. Mina Attica conſtitit drachmis centum.

Μνᾶσθαι· μεμνῆσθαι *Meminiſſe* 1, 2. 24, 1: vbi tamen eſt non tantum *meminiſſe*, ſed etiam *commemorare.*

Μνῆμα *Monumentum: ſepulcrum* 14, 3. 16, 2. 21, 2.

Μόλις *Vix: aegre* 18, 2.

Μόνος *Solus* 8, 3. 14, 2. 19, 4. * μόνον *Tantum* 26, 1. * μὴ μόνον 5, 2 et οὐ μόνον 8, 4 *Non ſolum.*

Μοχλὸς *Obex: ſera* 18, 2. Non *peſſulus.* Nimirum apud veteres primo lignum fere ferratum et ſimile vecti opponebatur foribus, quod eas non ſineret aperiri. dicebatur Graece μοχλὸς, Latine *obex: ſera.* Sed deinde per μοχλὸν immittebatur ferrum breue, quod obicem affigeret poſtibus, prohiberetque, ne poſſet amoueri. vocabatur a Graecis βάλανος, a Latinis *peſſulus.* Vid. omnino Caſaubonus ad Aeneae Poliorcet. p. 1742 ſ. To. 3 Polybii Gronou. Vnde verba ἀπίςω, εἰ ὁ μοχλὸς εἰς τὴν θύραν τὴν αὐλείαν ἐμβέβληται, redde, *An fores veſtibuli clauſae ſint obice.*

Μυεῖσθαι *Initiari: ſacris dei alicuius imbui* 25, 1.

Μυῖαι *Muſcae* 25, 4.

Μύρον *Vnguentum* 4, 1.

Μυροπώλιον *Taberna vnguentaria* 11, 3.

Μῦς *Mus* 16, 2.

Μυςήρια *Myſteria* 3, 2. 3. Intelleguntur *Myſteria maiora*, quae celebrata ſunt in honorem Cereris, et quidem Eleuſine, menſe Boëdromione, vt Theophraſtus ipſe oſtendit. Agebantur per dies nouem. quintus dies dicebatur ἡ τῶν λαμπάδων ἡμέρα. eo die et a feminis et a viris geſtabantur faces ardentes, etiam ponebantur ante fores. Ceres enim fertur quaeſiuiſſe Proſerpinam in Aetna geſtans facem ardentem. Scripſit de hoc Myſteriorum genere peculiarem libellum Ioh. Meurſius Lugd. Bat. a. CIↃIↃCXVIIII. quaternis.

N

Ναυμαχία *Pugna naualis* 8, 4.

Νεκρός· ἐπὶ νεκρὸν ἐλθεῖν *Ad cadauer accedere* 16, 2. * πόσους οἴει ἐξενηνέχθαι νεκροὺς *Quot putas elatos eſſe mortuos* 14, 3.

Νεόττια proprie *pulli:* deinde ita vocantur *liberi* 2, 3: ita tamen vt Deminutiuum ibi non tam aetatem teneram reſpiciat, quam blanditias potius Adulatoris augeat. Phrynichus p. 88 Νοσσὸς, νοσσίον, ἀμφοῖν λείπει τὸ ε. διὰ τοῦτο ἀδόκιμα. λέγε οὖν νεοττὸς, νεοττίον, ἵνα ἀρχαῖος φαίνῃ. Cf. Albertus ad Matth. 23, 37.

εἰς Νέωτα *Anno inſequente: anno proximo* 3, 2. Thomas Magiſter: ἐς νέωτα Ἀττικὸν — ἐς τοὐπιὸν δὲ κοινόν. Moeris: νέωτα, Ἀττικῶς· τὸ μέλλον ἔτος, Ἑλληνικῶς. Heſychius: νέωτα· εἰς τὸ ἐπιὸν ἢ μέλλον ἔτος.

Νήφειν *Sobrium eſſe* 6, 1.

Νικᾷν· πεζομαχίᾳ καὶ ναυμαχίᾳ νικῶντες *Quum narrant victorias terreſtres et nauales* 8, 4. Eleganter enim feciſſe aliquis dicitur ipſe id, quod narrat ab aliis factum eſſe. Quam formam loquendi, praeter Caſaubonum, illuſtrarunt Kuſterus ad Suidon p. 2 To. 2 inprimiſque Hemſterhuſius ad Tho. Mag. p. 188 ſ. * ὡς — ὁ βασιλεὺς μάχῃ νενίκηκε *Regem victorem e pugna diſceſſiſſe* 8, 2: vbi vid. notas. * νικήσας τραγῳδοῖς *Quum victor diſceſſit e certamine tragico* 22, 1. Sic enim legendum eſſe, non τραγῳδοὺς, infra docebitur in h. v. * νίκην νικήσας *Quum victor diſceſſit e iudicio* 17, 2. Neque enim opus eſt corrigi δίκην νικήσας. vid. notas.

Νίκη *Victoria:* de victoria in iudicio 17, 2.

Νομίζειν *Putare* 14, 4: vbi vid. notas.

Νουμηνία *Nouilunium* 4, 4: vbi vid. notas.

Νῦν· οἱ νῦν ἄνθρωποι Huius aetatis homines 3, 2. * Pro νῦν τῷ 23, 5 legi debet αὐτῷ.

Νύξ· τῆς νυκτὸς *Noctu* 3, 1. 4, 3. 14, 2.

Νυστάξαι *Dormitare* 7, 4.

Ξ

Ξενίζειν *Hoſpitio excipere: hoſpites habere domi* 20, 3.

Ξένια *Munera:* quae dabantur legatis ab eo ad quem miſſi erant 11, 4. Vid. ſupra vocab. μέρος.

Ξενοδοχία· διὰ τὸ ἐλάττω εἶναι πρὸς τὰς ξενοδοχίας *Quod ſit anguſtior ad hoſpites excipiendos* 23, 4.

Ξένοι *Peregrini* 3, 2. 23, 1. 26, 4: vbi opponuntur τοῖς πολίταις. Idem fit 5, 2: vbi in notis animaduertimus, τοὺς ξένους εἰπεῖν ὡς δικαιότερα λέγουσι τῶν πολιτῶν dictum eſſe pro εἰπεῖν ὡς οἱ ξένοι —. Plura huius rationis exempla collegit Sommerus Miſcell. p. 54, loco Theophraſti non omiſſo. * *hoſpites* 5, 3. 9, 2. Erant enim hoſpites vel priuati,

priuati, vel publici. hos Athenis fere ciues opulenti excipere ſuiſque ſumtibus alere debebant. nam etiam ξενοδοχία erat in λειτουργίαις.

ξυλίνη ταινία *Lignea taenia* 22, 1.

ξύλα *Ligna: materies* 23, 2. Intellegitur materies apta et idonea ad fabricandas naues, quod genus abies, pinus etc. Liu. 45, 29 et epit. 47 vocat *naualem materiam.*

O

ὁ, ἡ, τό· οἱ μὲν — οἱ δὲ — οἱ δὲ *Alii — alii — alii* 6, 3. add. ibid. 4. 5, 2. 8, 4: vbi eſt οἱ μὲν — οἱ δὲ — εἰσὶ δ' οἳ —. * fere certam rem, certam perſonam, indicat, vt 8, 1. 25, 4 etc. * Facit ſaepe periphraſin. vt τὰ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας *In concione ſ. publice acta et decreta* 4, 2: τὰ ἀπὸ τῆς τραπέζης *Fercula:* 2, 4: τὰ ἐκ γυναικείας ἀγορᾶς *Obſonia et vtenſilia* ibid. οἱ ἐν τῇ πόλει 2, 1. 5, 3. 8, 3 ſunt *qui in vrbe commorantur et habitant* h. e. non tantum πολῖται, ſed etiam ξένοι. 3, 2 τὰ ἐν τῇ γῇ *Sata.* 8, 2 οἱ ἐν τοῖς πράγμασιν *Magiſtratus.* 23, 2 οἱ τεχνῖται οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ — οἱ ἐν τῇ Εὐρώπῃ *Vaſcularii Aſiatici — Europaei.* add. 9, 3. Sic 7, 2 οἱ καθ' ἕνα *Singuli* vt 3, 1 τὰ καθέκαστα *Singula.* 8, 3 τὸ τῆς τύχης *Poteſtas et imperium fortunae:* alii accipiunt de *leuitate, inconſtantia, crudelitate, impotentia fortunae.* per ſe non male. Sed ſequentia verba videntur magis confirmare alteram interpretationem. 25, 2 τὰ τοῦ θεοῦ *Caelum:* aut *mare.* Nam Articulus Genitiuis Nominum praemiſſus vel *rem ipſam et perſonam* indicat, vt τὰ τῶν ἠθῶν *Mores* 1, 4: vel *ea quae ad rem perſonamue pertinent quocunque modo.* ea quae ſint, reperiri debet indicio ſeriei orationis. vt τὰ τῆς θεοῦ apud Aeſchinem c. Timarch. p. 50 To. 2 eſt *aerarium:* et de f. legat. p. 279 τὰ τοῦ θεοῦ eſt *templum* Apollinis, ſicut Luc. 2, 49 τὰ τοῦ πατρός μου *templum* dei. * τὸ ἐκ τῆς πόλεως ἐφόδιον *Viaticum publicum* 11, 3. * τὰ κατ' ἀγροὺς Διονύσια *Dionyſia ruſtica* 3, 3. * Nonnunquam Neutrum additur Infinitiuis, ad exprimenda vel nomina vel Gerundia. vt τὸ προοιμιάζεσθαι *Praefatio* prooem. 4: τὸ ζῆν *Vita* 3, 2: ἐν τῷ περιπατεῖν *Inter ambulandum* 24, 1. Add. 23, 5 διὰ τὸ ἐλάττω εἶναι *Quod anguſtior ſit.* * του pro τινος, 4, 3. * τὰ δὲ δὴ τοιαῦτα *Etiam haec ſunt eiuſdem generis: quo pertinent etiam haec* 11, 5 Atque ſic accipienda arbitror verba 19, 3 καὶ τὰ τοιαῦτα. Quae quidem ab Theophraſto propterea adiecta videntur, quoniam ea quae ſequuntur, non reſpondent deſcriptioni δυσχερείας propoſitae. Intercedit tamen

iis

ils cum ſuperioribus ſimilitudo quaedam hactenus, quia et ipſis offendi reperiuntur oculi, aures, animus.

Ὅδε· περὶ τοῦδε *De iſta re* 8, 1.

Ὁδὸς *Via* 4, 4. 16, 1. 17, 2. 18, 2. 22, 2. 23, 2. 24, 1. 2. * *iter* 12, 1. * ὁδοὶ *Viae* 4, 2. 11, 4.

Ὀδούς· ὀδόντες λευκοὶ *Dentes candiduli* 5, 3. * ὀδόντες μέλανες καὶ ἐσθιόμενοι *Dentes nigri et exeſi* 19, 2.

Ὄζειν *Olere* 4, 1.

Οἴκαδε *Domum* 21, 2. 4. 22, 2.

Οἰκεῖοι *Neceſſarii: familiares* 4, 1. 20, 2. 28, 3. Primo vltimoque loco coniunguntur cum φίλοις.

Οἰκέτης *Seruus* 10, 2. 12, 3. * οἰκέται *Serui* 4, 1. 11, 4.

Οἰκεῖν *Habitare* 6, 2. 23, 5. 26, 5: vbi verba δεῖ αὐτοὺς κἀμὲ τὴν πόλιν οἰκεῖν; verte *Eos vero et me oporteat vrbem incolere?* Conſtruitur vbique cum Accuſatiuo. Qua ipſa re confirmatur lectio ἐν μισθῷ τὴν οἰκίαν 26, 5.

Οὐκ οἰκητέον ἐστὶ τὴν πόλιν *Non eſt quod me cogat habitare in vrbe: poſſum hinc migrare alio* 26, 2.

Οἰκία *Domus* 2, 5. 4, 3. 6, 2. 7, 3. 8, 3. 9, 3. 10, 1. 16, 1. 2. 20, 3. 22, 3. 23, 5.

Οἶκοι *Domi* 11, 3.

Οἰκονομία· ὃν τρόπον οἰκονομίᾳ χρῶνται *Quomodo virtutes quiſque vitiaue oſtendat et proferat* prooem. 2. Nimirum οἰκονομία ſaepe ſignificat ſimpliciter *adminiſtrationem, diſpenſationem, moderationem, exercitationem*: vt οἰκονομεῖν non raro valet *moderari, regere*. Sic Xenoph. Memorr. 4, 3. 13 de deo mundum moderante, τόδε οἰκονομῶν· et Iſocrates ad Demonio. p. 5 Bat. πῶς τὸν ἑαυτῶν βίον οἰκονομεῖν· ſed p. 7 dicit, διῴκει τὸν ἑαυτοῦ βίον. Et illo quidem Theophraſti loco contextus ſatis docet intellegi *exercitationem virtutum et vitiorum*. Iam οἰκονομίᾳ χρῆσθαι idem eſt quod οἰκονομεῖν. Itaque οἰκονομίᾳ χρῆσθαι apud Theophraſtum apparet eſſe *oſtendere, proferre, virtutes vel vitia.* Oratio enim ſic cohoeret. Theophraſtus ait, ſe velle exponere de ſingulis virtutibus et vitiis, et quidem ita, vt primo vim et naturam virtutis cuiuſque ac vitii declaret: deinde etiam oſtendat, quibus modis, qua ratione, virtus quaeque et vitium declaretur et prodatur.

Οἰκόσιτος *Mercenarius qui ſe ipſe alit, qui ſuo miniſtrat cibo* 22, 1. Heſychius: οἰκόσιτος· μισθωτὸς ἑαυτὸν τρέφων.

Οἰνάριον *Villum* 17, 1.

Οἰνοπωλεῖν *Vinum vendere* 11, 3.

Οἶνος *Vinum* 2, 4. 11, 3. 13, 2.

Οἰνοχόος *Pocillator*: puer qui pocula temperat et miniſtrat 19, 4.

οἴομαι *Puto* 14, 4. 8, 3: vbi vid. notas. Nam verba πῶς οἴεσθε; videntur ἐν παρενθέσει poſita, ſicut formula πῶς δοκεῖς; apud Ariſtoph. Plut. 742: vbi vid Berglerus, etiam ad v. 879.

οἷος poſitum occurrit hoc in libello, vel ſimpliciter, vt 10, 2. vel praemiſſis Pronominibus τοιοῦτός τις, vt 1, 1. 2, 1. 4, 1. 5, 1. 6, 1. 7, 1. 8, 1. 10, 1. 12, 1. 13, 1. 14, 1. 15, 1. 16, 1. 18, 1. 19, 1. 20, 1. 21, 1. 22, 1. 23, 1. 25, 1. 27, 1: item verbis τοιόσδέ τις, vt 17, 1. 24, 1: et, addito Verbo Subſtantiuo, τοιόσδέ τις ἐστὶν, vt 28, 1. Sed 3, 1 eſt τοιοῦτός ἐστιν οἷος· et 9, 1. 11, 1. 26, 1 τοιοῦτος οἷος. Vbique Pronomen iſtud ſequitur Infinitiuus, ita vt οἷος reddi poſſit *qui ſolet:* ſed poteſt in vertendis formulis illis etiam Praeſens abſolute adhiberi. v. c. 1, 1 ὁ δὲ εἴρων τοιοῦτός τις οἷος προσελθὼν τοῖς ἐχθροῖς ἐθέλειν λαλεῖν, οὐ μισεῖν *Iron conuenit inimicos colloquiturque cum iis, diſſimulans odium* 10, 2 οἷος μεταφέρειν τὰ σκεύη *Loco mouet vaſa.*

ὀλιγαρχία *Oligarchia:* quum ciues pauci, non virtute praeſtantes caeteris, verum nobilitate generis diuitiiſque excellentes, hoc agunt, vt arripiant imperium ciuitatis, ea inuita, ſuiſque rationibus, non ciuium ſaluti, conſulant 26, 1. Vid. Vuolfius ad Iſocrat. Nicoclem p. 273 Baſil. mai.

ὀλιγαρχικὸς *Oligarchicus:* qui, praeſtans generis nobilitate et diuitiis, non virtute, affectat, cum aliis paucis ſui ſimilibus, imperium ciuitatis 26, 1. Pauus tueri conatus lectionem ὀλίγαρχος, quod etiam μόναρχος diceretur. recte. At μόναρχος eſt qui ſolus *imperat:* Theophraſtus autem loquitur de eo qui imperium *affectat.* hic non poteſt dici ὀλίγαρχος. Caeterum ὀλιγαρχικοῖς opponuntur apud ſcriptores Atticos paſſim δημοτικοί· v. c. apud Aeſchinem c. Cteſiph. p. 445 To. 2.

τὸ ὅλον *Omnino* 1, 3. 10, 4.

Ὅμηρος *Homerus* 26, 1.

ὁμιλεῖν *Verſari* prooem. 2. 3. Declaratur eo fere aſſidua et familiaris conſuetudo. Conſtruitur cum tertio Caſu, et poſteriori loco iunctum ſibi habet verbum συνεῖναι.

ὁμιλία *Conſuetudo* 2, 1. 15, 1. Vid. Albertus Obſeruatt. N. F. p. 356.

ὀμνῦναι μέλλων — ὅτι καὶ πρότερον πολλάκις ὀμώμοκα *Iuraturus — ſe etiam antea ſaepe iuraſſe* 13, 3. Oſtendere vult περιέργος, ſe iam multis profuiſſe iureiurando. Moeris: ὀμνῦναι, Ἀττικῶς· ὀμνύειν, Ἑλληνικῶς. Phrynichus p. 12 ὤμοκε, τελέως ἀηθες· χρὴ γὰρ ὀμώμοκε λέγειν. * ὀμόσαι ταχὺ *Iurare facile et temere* 6, 1.

ὅμοιος· τὴν εἰκόνα ὁμοίαν εἶναι *Imaginem eſſe ſimilem* 2, 5. * ἡ δὲ πονηρία οὐδὲν ὅμοιον *Improbitas*

bitas eiuſdem nil babet ſimile, h. e. *ſumma, ſingularis, eſt* 28, 2. * καὶ εἰσιόντα, φῆσαι σύκω ὁμοιότερα εἶναι τῷ πατρὶ *Qui* [liberi] *vbi acceſſerint, eos ait adeo ſimiles eſſe parenti, vt ficus ſimilior eſſe fico non poſſit* 5, 2. Eſt enim forma loquendi contracta, pro ὁμοιότερα εἶναι τῷ πατρὶ ἢ σῦκον σύκῳ. Cf. infra σῦκον.

ὁμοίως *Eodem modo* prooem. 1.

ὁμολογεῖν· μηδὲν ὧν πράττει ὁμολογῆσαι *Nibil eorum quae agit, prodit et profitetur* 1, 2. * *paciſci; conuenire cum aliquo de re aliqua:* aut omnino *promittere, polliceri* 1, 2. * ὁμολογουμένου τοῦ πράγματος δικαίου εἶναι *Quum res aperte et manifeſte vera ſit* 13, 1.

ὁμοτρόπος· καὶ τοιαῦτα ἕτερα πρὸς τοὺς ξένους καὶ τῶν πολιτῶν τοὺς ὁμοτρόπους *Et eiuſmodi vocibus aliis vtitur apud hoſpites et apud ciues ipſius ſimiles* 26, 4: vbi vid. notas.

ὀνειροκρίται *Coniectores* [Cic. de diu. 2, 63] h. e. *ſomniorum interpretes* 16, 2.

ὄνομα *Nomen* 2, 1. 22, 1. * τοὔνομα 13, 3. * ὀνόματα *Nomina* 23, 4.

ὀνομαστὶ *Nominatim* 11, 2.

ὄνος *Aſinus* 4, 2.

ὄνυχες *Vngues* 19, 1.

ὄπισθεν *Pone* 18, 2: vbi opponitur τῷ ἔμπροσθεν.

ὁπλόμαχοι *Hoplomachi:* qui certant inter ſe et pugnant armis 5, 4.

ὄπτεσθαι· πότε αὐτὸν ὄψεται; *Quando ipſum viſurus ſit?* 5, 1.

ὅπως *Vt*: cum Indicatiuo, vt 10, 4. 21, 1: cum Coniunctiuo, 21, 2. 4. 23, 3. * ὅπως μὴ *Ne*: cum Optatiuo 18, 2: cum Coniunctiuo prooem. 3. 2: cum Indicatiuo 13, 2: 24, 3: vbi ante ὅπως intellegi debet ὅρα. qui Imperatiuus additus eſt 1, 4. * ὅπως ἂν *Vt* 7, 5. * ὅπως δέ σοι ἀπιστήσω ἢ ἐκείνου καταγνῶ, ἀποροῦμαι *Neſcio quomodo tibi non babeam fidem aut quomodo dubitem de eius fide*, h. e. *neque de tua fide dubito neque de illius grauitate* 1, 3.

ὁρᾶν *Videre: cauere* 1, 2. 4. 2, 2. 3. 8, 2. 11, 2. 25, 3. 4.

ὄρεξις *Cupiditas: auiditas* 21, 1.

ὀρθῶς· σὸν δὲ — εἰδῆσαι, εἰ ὀρθῶς λέγω *Tuum eſt — videre, an recte diſſeram* prooem. 4. * ἐπισημήνασθαι — ὀρθῶς *Acclamat — Recte* 2, 3.

ὀρίγανον *Origanum: cunila* 10, 3. Erat apud veteres in condimentis. Columel. 12, 8: quem locum Suartius laudauit.

ὁρίζεσθαι *Deſcribere* prooem. 4. 7, 1.

ὁρμαθοὶ γραμματιδίων *Faſces magni litterarum* 6, 4. ὁρμαθὸς enim proprie eſt *ſerta e caepis ſimilibuſue rebus contexta*, vt Caſaubonus animaduertit. Sed deinde dicitur de *numero et multitudine aliarum rerum, eaque fere magna et continente.* vt ὁρμαθοὶ ἐρώτων *Magnus numerus,*

numerus, magna ſeries, Amorum, apud Anacreont. Odar. 32, 11.

ὀρνιθοσκόπος *Auſpex: augur* 16, 2. 19, 3.

ὅρος in libris philoſophorum valet fere *definitionem*, et diſtinguitur a τύπῳ h. e. *deſcriptione*. Theophraſtus H. PP. 1, 6 οὐκ ἀκριβολογητέον τῷ ὅρῳ, ἀλλὰ τῷ τύπῳ ληπτέον τοὺς ἀφορισμούς. Sed hoc in libello ὅρος et τύπος declarant vnum idemque h. e. *deſcriptionem*. Nam formulae 5, 1. 20, 1 ὅρῳ περιλαβεῖν· 9, 1 ὅρῳ λαβεῖν· et 14, 1 ὅρῳ εἰπεῖν idem ſignificant quod 11, 1 διορίσασθαι et 7, 1 ὁρίζεσθαι *Deſcribere*. * ὅροι 10, 2 ab Caſaubono accipiuntur de *finibus* et *terminis agrorum*, qui etiam apud veteres ſignabantur *cippis* ſ. *columellis* Demoſth. de cor. p. 528 To. 2 στήλαις διαλαβεῖν τοὺς ὅρους. Caſaubono, praeter alios, aſſentiri video Iungermanum ad Polluc. 3, 85. Salmaſius vero in de Modo Vſurr. c. 15 p. 638, cum quo facit etiam Meurſius Animaduerſſ miſcc. 3, 21, contendit. ὅρους ibi eſſe *cippos qui ſoliti fuerint poni in agris oppigneratis:* quales agri dicti ſunt ἐστιγμένοι, etiam ὑπόβολοι et ὡρισμένοι. Et *cippi* ipſi in quibus eſſent tituli [γράμματα], nominabantur ὅροι. Pollux 3, 85 ὅρους ἐφεστάναι χωρίῳ· λίθος δ' ἦν ἢ στήλη τις δηλοῦσα, ὡς ἐστιν ὑπόχρεων τὸ χωρίον. add. locus Demoſthenis ab Salmaſio p. 639 allatus, et Harpocration in vocabb. ὅρος et ἄστικτος. Mihi ita videtur. Per ſe vtramque rationem puto probari poſſe: ſed, habita ſeriei orationis linguaeque ratione, Salmaſianam praeferendam Caſaubonianae cenſeo. Nam primo ſic magis extat et apparet μικρολογία. Μικρολόγος cotidie ipſe viſit, an cippi ſint in agris oppigneratis ſalui, h. e. an cippi ſint in agris, et an tituli cipporum ſalui ſint et immutati; quum tamen plura habeantur et certiora iſtius rei argumenta. Deinde neſcio an cippi terminales dicti ſint ὅροι. Saepius etiam ſublati videntur lapides ex agris oppigneratis, quam lapides terminales. Caeterum ordo verborum apud Theophraſtum proprie hic eſt, καὶ ἐπισκοπεῖσθαι ὁσημέραι εἰ οἱ ὅροι διαμένουσιν οἱ αὐτοί.

ὀρφεοτελεσταὶ *Orpheoteleſtae:* qui Initia ſ. ſacra arcana, quorum auctor Orpheus perhibetur, et quae τελεταὶ ὀρφικαὶ, etiam ὀρφικά, dicuntur, alios docent iiſque imbuunt 16, 3. Vid. Spanhemius ad Ariſtoph. Rann. 1061.

ὀρχεῖσθαι *Sultare* 6, 1. 12, 3. 15, 3.

ὅς, ἥ, ὅ *Qui, quae, quod* prooem. 2. 8, 3. Caeterum etiam Albertus Obſeruatt. N. F. p. 148 legit 18, 2 οὐχ ὧ —.

ὁσημέ-

ὁσημέραι *Cotidie* 10, 2. 21, 3. Moeris: ὁσημέραι, Ἀττικῶς· καθημέραν, Ἑλληνικῶς.

ὅσοι ἐμοὶ καὶ σοὶ γένοιντο *Quot velim mihi ſint et tibi* 14, 4. Vid. ſupra γίνεσθαι. * ὅσα τυγχάνει γένη τρόπων τούτοις προσκείμενα *Quae vitia virtuteſue inſint in quoque* prooem. 2. add. 9, 3. 10, 1. 13, 1. 23, 1. 2. 4.

ὅτις *Qui: quicunque* 3, 3. * ὁτιοῦν *Quicquid etiam* 7, 1.

ὅτουν εἰς τὸν ζωμὸν *Os quo adiuvetur ius* 9, 2.

ὅταν *Quando: quum: vbi* 4, 2. 5, 3. 6, 3. 7, 2. 5. 11, 1. 16, 2. 18, 2. 22, 2. 24, 2. 26, 2.

ὅτι *Quod: quia* 2, 2. 3, 2 etc. * ſaepe redundat, vt ὡς, nec Latine reddi poteſt, quum referuntur alicuius verba, vt 2, 4. 17, 2. 24, 3. 26, 1. * 17, 3 Caſaubonus perperam volebat reponi ὅτε δεῖ κ. λ. pro ὅτι δεῖ —. Nam ὅτε dicitur quidem vt conſtat, de tempore, [vid. Albertus Obſeruatt. N. F. p. 339 ſ.] ſed cauſſam, quod ſciam, non reddit. Senſus loci eſt, *Quomodo vero, inquit? quod pecunia cuique ſua reddenda ſit?* —.

Οὐ· οὐκ· οὐχ' *Non* prooem. 1. 1, 3. 2, 2 etc.

Οὐδὲ *Neque* prooem. 1. 6, 4. 7, 5. 23, 4.

Οὐδεὶς — ἓν *Nullus — nihil* 1, 4. 2, 1. 4, 1. 8, 1. 15, 3. 24, 1. 28, 2. Phrynichus p. 76 οὐθεὶς, διὰ τοῦ θ, εἰ καὶ Χρύσιππος καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν οὕτω λέγουσι, σὺ δὲ ἀποτρέπου λέγειν. οἱ γὰρ ἀρχαῖοι, διὰ τοῦ δ, λέγουσιν οὐδείς. Thomas Magiſter: οὐδεὶς, Ἀττικοί· οὐθεὶς, Ἕλληνες —. Atque ex his velim corrigant lectores ea quae diximus ad c. 2, 1 p. 20, hunc in modum, *formam Atticam — ſit communis et* Ἑλληνική. * οὐδεμία σοὶ χάρις *Ego vero gratiam tibi habeo nullam* 9, 3. Quae verba redolent vrbanitatem et elegantiam Atticam. Ἀναίσχυντοι vernaculi dicerent; ſit venia verbis; *thue du mir was anders.* * οὐδὲν λέγειν, quae formula occurrit 7, 1, vſurpatur de iis qui dicunt vana et falſa, vel certe ſuperuacanea neque ad rem pertinentia.

Οὐδέποτε *Nunquam* 17, 2.

Οὔτε — οὔτε *Neque — neque* 24, 2. Sed ter repetitur 10, 2. 15, 2. 3. 16, 2.

Οὗ *Vbi* 5, 3. * *quo* 13, 1.

Οὐλαὶ *Mola ſalſa* h. e. *far toſtum et ſale miſtum* 10, 3.

Οὖν *Igitur* prooem. 4. 1, 1. 8, 2. 12, 1. * ἀλλ' οὖν *At ſane* 8, 3.

Οὖς *Auris* 2, 5.

Οὐσία *Res: facultates* 17, 2. Vid. Albertus Obſeruatt. N. F. p. 51.

Οὗτος, αὕτη, τοῦτο *Hic, haec, hoc* 2, 1. 4, 3. 14, 1 etc. * τουτὶ, pro τοῦτο, 2, 4. * καὶ τοῦτο *Quin etiam: atque adeo* 6, 3: vbi vid. notas.

Οὕτω

Οὕτω *Sic: eodem modo: tam: adeo* 1, 3. 12, 3. 16, 1. 17, 2. 18, 1. * ὥτως *Eodem modo: ſic* prooem 4. 8, 5.

ὀφείλειν· χάριν ὀφείλειν *Gratiam debere* 17, 3. * τὰς ὀφείλοντας αὐτῷ ἀργύριον — ἀπαιτεῖν τὰς τόκους *Ab debitoribus — exigit vſuram* 18, 2. * ἀργύριον ὀφειλόμενον *Pecunia debita* 14, 3. * ἐρήμας δίκας ὠφλήκασιν *Ob deſertum vadimonium multantur* 8, 4. Solebat autem apud Athenienſes multari mille drachmis, qui vadimonium deſeruiſſet. Sic 12, 1 δίκην ὠφληκὼς ἐγγύης dicitur *is qui ſpopondit pro aliquo, et, quoniam is pro quo ſpopondit, non eſt ſolvendo, damnatus eſt vt ipſe creditori ſatisfaciat pecuniamque reddat.* Eſt formula fori Attici. Moeris: ὦφειλε δίκην λέγουσιν ἀντὶ τῶ ἡττήθη δίκην. vbi vid. Pierſonus. Timaeus Gloſſ. Platonn. ὄφλειν· ἡττᾶσθαι ἐπὶ δικαστηρίῳ· ad quem locum vid. notas Ruhnquenii.

Ὄφις *Serpens* 16, 1: vbi vid. notas. Nam capta a veteribus eſſe auſpicia ex ſerpentibus in domo viſis, intellegitur ex iis quae habet Suidas in vocab. οἰωνιστική· Vocabatur pars iſta diuinationis οἰκοσκοπικὸν οἰώνισμα, de quo ſcripſerat Xenocrates. vid. Suidas in Ξενοκράτης.

Ὀχεῖσθαι ἐφ᾽ ἵππω *Vehi equo* 27, 2.

Ὄχλος *Turba: multitudo* 26, 2. * περιίστασθαι τὰς ὄχλας *Colligere circa ſe turbam* 6, 3.

Ὀψὲ γενέσθαι αὐτὸν *Se veſperi domum reueniſſe* 1, 2. Thomas Magiſter: πρωΐ, καὶ ὀψέ· ὁ πρωΐας καὶ ὀψίας.

Ὀψιμαθὴς *Sero diſcens* 27, 1. In Gloſſ. vett. explicatur per *cunctator.* non inepte.

Ὀψιμαθία *Sera eruditio* [Gellius N. A. 11, 7] 27, 1. Comprehendit autem Theophraſtus hoc vocabulo non tantum ipſam eruditionem ſeram, ſed etiam vitia ſerae eruditionis. id quod, et deſcriptio declarat, et exempla ſubiecta docent.

Ὄψον *Obſonium:* h. e. quicquid cum pane comeditur, quod genus carnes, olera 11, 5. 28, 3.

Ὀψωνεῖν *Obſonare* 9, 2. 10, 3. 11, 2. 18, 2. 22, 2. * τὰ ὠψωνημένα *Obſonia emta* 11, 2.

Π

Παθήματα *Vitia* prooem. 4.

Παιδαγωγὸς *Paedagogus:* cuſtos atque comes puerorum ingenuorum aſſiduus 9, 2.

Παιδάριον *Puerulus: ſeruulus* 11, 4.

Παιδεύεσθαι *Inſtitui* prooem. 1. Pertinet ad omnem *diſciplinam,* et *publicam* et *priuatam.*

Παιδιὰ 11, 1 pertinet cum ad verba, *Iocus,* tum ad facta, *Ludus.*

Παιδίον *Infans* 20, 1. * τὰ παιδία *Liberi* 2, 3. 5, 2. 7, 5. 14, 3. 16, 3.

Παιδοτρίβαι *Paedotribae:* qui adoleſcentes docebant artem luctandi aliaſque ſimiles 7, 3.

Παίζειν μακρὸν ἀνδριάντα 27, 2 eſt aut omnino *ſe exercere ad ſtatuam magnam*, tanquam gladio; aut ſingulatim *tranſilire ſtatuam magnam.* nam qui hoc faciunt, ii videntur ſtatuam quaſi illudere. Iam quum dicatur παίζειν τινὰ *Illudere* ſ. *ludere aliquem:* quidni dici recte poſſit παίζειν ἀνδριάντα?

Παῖς *Puer* h. e *ſeruus* 2, 5. 8, 1. 11, 5. 12, 3. 13, 1. 14, 3. 18, 1. 2. 21, 2. 23, 5. 24, 3. 25, 2. 3. * παῖδες *Pueri* ingenui 7, 3.

Πάλαι *Dudum* 7, 2.

Παλαιϛρα *Palaeſtra:* locus in quo veteres ſe exercebant luctando 5, 4. 7, 3.

Παλαιϛρικὸς κόνις *Palaeſtricus: puluis* 5, 4. Vid. ſupra κόνις. Phrynichus: p. 102 παλαιϛρικὸς Ἄλεξιν φασὶν εἰρηκέναι. ὁ δὲ ἀρχαῖος παλαιϛικὸν λέγει. Thomas Magiſter: παλαιϛρικὸς Ἄλεξις εἶπε· σὺ δὲ, παλαιϛικὸς —. vbi vid. Sallierius.

Παλαίω. παλαίειν *Luctari* 14, 3. * καὶ παλαίων ἐν τῷ βαλανείῳ πυκνὰ τὴν ἕδραν ϛρέφειν *Et, veluti luctans, in balneo crebrius nates agitat* 27, 3. Vid. ſupra vocab. ἕδρα.

Παλιλλογίαι *Dicta ante dictis contraria* 1, 4. Nam πάλιν in multis verbis compoſitis valet *contra.* Vid. Caſaubonus et Duportus ad h l.

Πανδοκεῖον *Deuerſorium:* publicum recipiendis viatoribus et hoſpitibus, in quo omnia quae ad victum pertinent, habentur promercalia [Salmaſius de Vſurr. p. 350] 20, 2. Reiſquius putabat, verba ὅτι ψυχρὸν — τοὺς παρόντας pertinere ad Caput ſequens ponendaque eſſe poſt verbum εὐημερεῖ. temere, credo. Nam quae commemorantur ibi ab ἀηδεῖ, ſunt ſane eiuſmodi, vt non libenter audiantur [ἔντευξις λύπης ποιητική] partim quia nota ſunt et tralatitia, vt κῆπος ἔχων λάχανα· partim ob foeditatem ineptam, vt ἡ οἰκία — πανδοκεῖον. Quo etiam pertinet, quum quis paraſitum iubet oblectare hoſpites, qui nequeant ferre paraſitorum ineptias. Deinde verba illa non poſſunt referri ad Characterem μικροφιλοτιμίας. nam πανδοκεῖα, verbi cauſſa, apud Athenienſes ponebantur in infamia [vid. 6, 2], vt nemo, niſi inſanus, videatur eo illuſtrari voluiſſe ſeque iactare, quod domus ſua eſſet πανδοκεῖον.

Πανδοκεύειν *Cauponem eſſe* 6, 2. Habita autem fuiſſe πανδοκεῖα cum ipſis cauponibus infamia, adeo vt ne ſerui quidem paullo liberaliores
illuc

illuc intrarint, apparet abvnde e locis Platonis atque Iſocratis,* quae laudarunt Caſaubonus et Suarſius.

Πανήγυρις *Coetus hominum magnus quiuis.* vnde 6, 3 οὐκ ἄλλως θεωρεῖσθαι ἀξιῶν τὴν ἀπόνοιαν αὐτοῦ ἢ ὅταν ᾖ πανήγυρις *Neque aliter inſaniam vult ſpectari ſuam, quam circumfuſa magna hominum multitudine.*

Παντοδαπαὶ φύσεις *Varia ingenia: varii homines ingenii* prooem. 2. Heſychius vocabulum παντοδαπὸς interpretatur per παντοῖος et διάφορος.

* Παντοποιὸς *Audax: promtus et paratus ad audendum quiduis* 6, 1. In Theſauro Stephaniano non extat hoc vocabulum.

Πάνυ· πάνυ ταλαίπωρον αὐτῶν ἐστι τὸ ἐπιτήδευμα *Omnino miſera eſt eorum vita* 8, 5. * ληκύθια μικρὰ πάνυ *Lecythi male paruae* 10, 4: vbi non reperio cur Geſnerus edere maluerit ἐκ ληκυθίων πάνυ μικρῶν, quum etiam apud Xenoph. Memorr. 1, 3. 6 legatur τοῦτο ῥαδίως πάνυ ἐφυλάττετο. Numeri quoque fauent magis alteri ordini verborum.

Πάππος *Auus* 19, 1.

Παρά· 1) cum Genitiuo. vt γράμματα ὡς πάρεστι παρ' Ἀντιπάτρου *Litteras allatas eſſe ab Antipatro* 23, 2. * κομίσασθαι παρ' Ἀρχίου τοὺς ταρίχους *Emit ab Archia ſalſamenta eaque domum refert ipſe* 4, 4. add. ibid. 3. 11, 3. 18, 3. * παρὰ τοῦ υἱοῦ μανθάνειν *Ab filio diſcit* 27, 1. add. ibid. 2. * ἐράνου εἰσενεχθέντος παρὰ τῶν φίλων *Si pecunia collata fuerit ab amicis* 17, 3. * συνδιοικήσασθαι παρὰ τῶν πρυτάνεων ὅπως — *Mandari ſibi iubet a Prytanibus vt* — 21, 2. 2) Cum Datiuo. vt παρ' αὐτῷ *Domi ſuae* 20, 2. * δειπνεῖν παρ' ἑτέρῳ *Coenat apud alium* 9, 1. * Sed 4, 1 τοῖς παρ' αὐτῷ ἐργαζομένοις — ἐν ἀγρῷ, verba ἐν ἀγρῷ ſunt interpretamentum verborum παρ' αὐτῷ· vt 8, 3 παρὰ τούτοις explicatur per ἐν οἰκίᾳ. 3) Cum Accuſatiuo. vt παρ' αὐτὸν καθίσαι *Iuxta ſe collocat* 5, 2. add. 21, 1. * παρὰ τὸ προσῆκον *Temere et nullo iure* 17, 1. * παρὰ πότον *In conuiuio: inter pocula* 27, 1. Sic legitur etiam apud Aeſchin. de f. legat p. 296 To. 2: qui c. Timarch. p. 72 pro eo habet ἐν τῷ πότῳ.

Παραγγέλλειν *Imperare* 13, 2. Eſt enim verbum proprium quod de imperatoribus atque ducibus adhibetur. Exempla apud Xenophontem, Polyaenum, alioſque, inueniuntur paſſim.

Παραγίνεσθαι· ἄρτι παραγεγονέναι *Se modo domum reueniſſe* 1, 2. * παραγεγονὼς ἐξ αὐτῆς τῆς μάχης *Qui redierit ex ipſa pugna* 8, 1. * παραγενέσθαι

 αὐτὸν

αὐτὸν εἰς Μακεδονίαν *Veniſſe eum in Macedoniam* 23, 2. * ἵνα παραγένηται *Vt adſit* h. e. *vt funus curet* 14, 2. Vid. Kirchmanus Fun. Rom. 1, 7 ſſ. *Adeſſe* eodem ſenſu legitur apud Terent. Andr. 1, 1. 80.

Παραδείγματα *Exempla* prooem. 3.

Παραδειπνεῖσθαι *Coenam perdere: coena priuari: domicoenio affici: coena comeſa venire* 8, 4. Vid. ad h. l. Caſaubonus et ad Athen. p. 717.

Παράδοξόν μοι τὸ πρᾶγμα *Mira narras: incredibilis mihi videtur res* 1, 3. Ita Pſ. 118, 22 in reliquiis Aquilae eſt παράδοξος· ſed οἱ ὁ et Sym. habent θαυμαστός. Et apud Cebetem alicubi [p. n. 194] coniuncta extant παράδοξον et ἄπιστον.

Παραθεᾶσθαι *Contendere: conferre: comparare* prooem. 2. Eodem ſenſu reperitur παραθεωρεῖν apud Xenoph. Memorr. 4, 8. 7: vbi ſ. 11 pro eo extat παραβάλλειν.

Παρακαθέζεσθαι *Aſſidere* 3, 1.

Παρακαθῆσθαι *Aſſidere* 14, 1. 23, 2. 25, 2. 26, 3.

Παρακαλεῖν *Inuitare: vocare* 11, 2: vbi conſtruitur cum Praepoſitione ἐπί. * ἐκ μακρᾶς ὁδοῦ ἥκοντας ἄρτι παρακαλεῖν εἰς περίπατον *Qui modo venerint e longinquo itinere, eos iubet ſecum deambulare* 12, 1. * παρακαλῶν ἐπὶ τῷ ποτηρίῳ, ὅτι τέρψον τοὺς παρόντας *In coena eum* [paraſitum] *iubet oblectare conuiuas* 20, 2. Intell. ante ὅτι Infinitivus εἰπεῖν, qui latet quodammodo in Participio παρακαλῶν· vt c. 4, 3 ἀποδοκιμάζων, λίαν μὲν λυπρὸν εἶναι —. * παρακληθεὶς πρὸς δίαιταν *Captus arbiter* 5, 2.

Παρακείμενος ζωμὸς *Appoſitum ius* 20, 2. * 2, 4. pro παραμένων legi debet haud dubie παρακειμένῳ *iuxta accumbenti.* Nam etſi in notis oſtendimus, magis probari nobis lectionem παρακειμένων· tamen, re diligentius conſiderata, praeoptandam putamus coniecturam Gronouii, quia non meminimus, παρακεῖσθαι eſſe ſimpliciter *accumbere*, quod κατακεῖσθαι dicitur. Et ex παρακειμένῳ librarii aeque facile facere potuerunt παραμένων, atque ex παρακειμένων.

Παρακολουθεῖν proprie *aſſequi pone ſequi, perſequi, proſequi*, vt παρέπεσθαι apud Xenoph. Apol. 27: opponiturque τῷ παραλείπεσθαι Non aſſequi, relinqui a tergo. vid. Albertus ad Heſychium p. 1519 To. 1. Sed prooem. 4 παρακολουθῆσαι valet *diligenter, ſtudioſe, legere et conſiderare.* vt apud Platon. Phaedon. 38 παρέπεσθαι καὶ ξυσκοπεῖν τὸν λόγον. De qua aliiſque ſimilibus notionibus verbi παρακολουθεῖν accurate diſputant. Raphelius et Kypkius ad Luc. 1, 3, et

Gataquetus ad Antonin. 5, 5 p. 144.

Παρακύειν *Clam ſublegendo ſermones aliorum cognoſcere* 8, 3.

παραλαβεῖν μάρτυρας *Adhibere teſtes* 14, 3.

Παραλείπειν *Praeterire: praetermittere* 7, 2. 17, 3.

Παραμένων 2, 4: vbi vid. notas, et verbum παρακεῖσθαι.

* Παραῤῥήγνυμι· φωνὴ παρεῤῥωγυῖα *Vox fracta* h. e. *quae ſupra modum intenta, iterum atque iterum abrumpitur* 6, 3. De quo vſu verbi Stephanus in Theſauro nil praecipit.

Παρασείειν proprie eſt manus *iactare manus*, vt ſolent ii qui properant. intell. τὰς χεῖρας. vid. Ariſtoteles de inc. animal. c. 3 quem locum illuſtrat Victorius Varr. Lectr. 22, 2. Sed 3, 3 valet *iactatis et demiſſis manibus fugere:* vt iam in notis oſtendimus. Nam genus hoc verborum, quae duplicem notionem continent, *praegnantia* Grammatici vocant, vt omnino frequens eſt, ita nec hoc in libello rarum reperitur, vt ἀνίστασθαι, ἀπαιτεῖν, σοβεῖν. vid. ſupra ἀνίστασθαι, et διαίρεσθαι.

Παράσιτος *Paraſitus:* qui, vt aſſentatur, ita dictis factiſque ridiculis oblectat alios, certe conatur oblectare, vt adhibeatur coenae et paſcatur 20, 3. Vid. omnino Athenaeus 6, 6 ſſ.

Παρασκευασάμενος λαμπρὸν ἱμάτιον *Amictus candido pallio* 21, 3.

Παρασκευαστικός· ἔντευξις τῆς ἡδονῆς παρασκευαστική *Conſuetudo voluptatem afferre ſtudens* 5, 1. * ἀθεραπευσία σώματος λύπης παρασκευαστικὴ *Incuria et neglegentia corporis moleſta* 19, 1. Pro quo 20, 1 eſt λύπης ποιητική.

Παραστρέψαι τὸν τρίβωνα *Pallium detritum ſuſtollere et in ſinum contrahere:* ne terram vel pauimentum contingat, eoque inquinetur deteraturue ſcilicet 22, 4. Aliter interpretatus locum eſt Caſaubonus et cum eo Albertus Obſeruatt. N. F. p. 413.

Παρατηρεῖν *Obſeruare:* animo non malo 7, 2.

Παρατίθημι· μικρὰ τὰ κρέα κόψας παραθεῖναι *Carnes in particulas minutas conciſas apponit* 10, 3.

Παρατρέχειν· ἐὰν παραδράμῃ γαλῆ τὴν ὁδὸν *Si tranſcurrerit muſtela viam* 16, 1: vbi vid. notas. Ariſtophanes Eccleſſ. 787 dicit διαΐσσειν.

Πάρειμι· μὴ μόνον ᾧ πάρεστι βούλεσθαι ἀρέσκειν, ἀλλὰ καὶ τῷ ἀντιδίκῳ *Non ſolum ei cui adeſt, vult placere, ſed etiam aduerſario* 5, 2. * γράμματα — ὡς πάρεστι παρ' Ἀντιπάτρου *Litteras — allatas eſſe ab Antipatro* 23, 2. * [δίκαις] παρεῖναι *Diem obire* 6, 4. * μαρτυρήσων παρεῖναι τοῦ πράγματος ἤδη κεκριμένου *Quum teſtis futurus eſt, venit, re iam iudicata* 12, 1.* παρὼν διαίτῃ *Captus arbiter* 12, 3. Du-

portus quidem negat παρεῖναι διαίτῃ ſignificare *captum eſſe arbitrum*, ſed *intereſſe arbitrio, praeſentem eſſe quum cauſſa apud arbitros auditur et agitur.* At ſi παρακληθῆναι πρὸς δίαιταν 5, 2 eſt *arbitrum eſſe*; non video, quidni παρεῖναι διαίτῃ idem declaret, quum παρακληθῆναι certe nil ſit niſi παρεῖναι? Accedit quod maior ſit ἀκαιρία, ſi verba capiantur de ipſo arbitro. * οἱ παρόντες *Conuiuae* 13, 1. 20, 3. * ἐπαινεῖν παρόντας *Laudare praeſentes* 1, 1.

Πάρειμι *Praetereo* 4, 4. 6, 2. 11, 2. 16, 2. 28, 2.

Παρεμβαλεῖν κατηγορίαν κατὰ τῶν πληθῶν *Obiurgat multitudinem: inuehitur in multitudinem* 7, 4.

Παρέρχεσθαι *Praeterire* 2, 3. * *prodire in concionem: procedere* 21, 3. 26, 1.

Παρέχειν· πράγματά μοι μὴ πάρεχε *Noli mihi negotium faceſſere* 15, 1.

Παρεστάναι· παρεστὼς *Adſtans* 12, 3. * οἱ παρεστηκότες *Adſtantes* 25, 3.

Πᾶς· πάντες *Omnes* prooem. 1. 8, 2. 13, 3 etc. * πᾶσαι *Omnes* 17, 3. * πάντα *Omnia* 8, 2. 3 etc. * πᾶν μᾶλλον ἢ μάχεσθαι *Alia potius omnia curat et cogitat, quam pugnam* 25, 4. Intell. ποιεῖν.

Πάσσειν· τὰ δὲ κρέα ἀποτιθέναι ἁλσὶ πάσας *Et reliquias carnium victimae ſale adſperſas condit* 9, 1.

Πάσχειν δεινὰ ὑπὸ τῶν δικαζομένων *Valde vexari ab litigantibus* 26, 3. Loquitur enim ibi ὀλιγαρχικὸς iudex.

Πατὴρ *Pater* 2, 3. 5, 2. 13, 2. 3. 19, 1. 28, 1.

Πατρὶς *Patria* 28, 2.

Πατρῷα οἰκία *Paterna domus* 23, 4.

Παύεσθαι *Deſinere* prooem. 1. 2, 2. 11, 1. 19, 4. * παύσασθαι ἀρχαῖς πλησιάζειν *Non amplius conuenire magiſtratus* 26, 2. Caſaubonus vertit, *aditum — praecludamus*. At παύεσθαι eſt *deſiſtere*, non *arcere*. Neque opus eſt, vt verba illa cum ſuperioribus cohaerere putemus: quae erat Paui opinio.

Πεζομαχία *Pugna terreſtris* 8, 4: vbi πεζομαχίᾳ νικᾶν eſt *narrare victorias terreſtres.*

Πειρᾶν λαθεῖν τὴν σιτοποιὸν *Cauet et videt, ne conſpiciatur nec deprehendatur a piſtrice* 4, 2. * πειράσομαι — φανερὰ καταστῆσαι *Conabor — notare et deſcribere* prooem. 4.

Πέλεκυς *Securicula* 5, 2. Eſt ibi haud dubie vocabulum crepundiorum, vt ἀσκὸς, quae habuerint figuram formamque ſecuriculae.

Πέμπειν *Mittere* 18, 1. 2. * οἱ τιμῶντες καὶ πέμποντες εἰς τὰς ἑορτὰς *Amici qui mittunt diebus feſtis, honoris cauſſa, fercula dono* 15, 1.

Πέμπτος· ἤδη πέμπτην ἡμέραν ἥκοντα ἐκ Μακεδονίας *Qui iam ante quinque dies venerit e Macedonia* 8, 3.

Πέντε

Πέντε *Quinque* 23, 2.

Περὶ *De* prooem. 4. 4, 1. 8, 1. 2. 23, 1. 2. 28, 3.

Περιδέειν *Redimire* 21, 2.

Περιεργία *Curioſitas: nimia et ambitioſa induſtria:* quum quis ea facit, quae ab eo poſtulari nec poſſint a quoquam nec ſoleant, modo vt amare alterum et fauere ei videatur 13, 1.

Περίεργος *Curioſus: inepte et ambitioſe induſtrius* 13, 1.

Περιϊδεῖν *Circumſpicere* 25, 2.

Περιϊςάναι· οἱ περιεςηκότες *Circumſtantes* 13, 3. * οἱ περιϊςάμενοι τοὺς ὄχλους *Qui collegunt circa ſe turbam:* vt praeſtigiatores et alii 7, 3. C. 8, 4 eſt περιςάσεις ποιεῖσθαι.

Περιϊέναι *Circumire* 5, 4.

Περικαθᾶραι κελεῦσαι αὑτὸν σκίλλῃ ἢ σκύλακι *Luſtrare ſe iubet ſquilla aut catulo* 16, 4. Squilla enim et catulus ferebantur circa corpus eius qui luſtrandus erat.

Περιλαμβάνειν· ὡς ὅρῳ περιλαβεῖν *Si quis velit deſcribere* 5, 1. 20, 1.

Περιμεῖναι *Exſpectare* 11, 2.

Περιουσία τις ἀποφιλοτιμίας *Inſignis, ſingularis, quaedam contemtio honoris* 22, 1: vbi vid. notas.

Περιπατεῖν *Ambulare: deambulare* 16, 1. 19, 1. 20, 1. 24, 1. * *ire: pergere* 21, 2.

Περίπατος· παρακαλεῖν εἰς περίπατον *Eos iubet ſecum deambulare* 12, 2.

Περιῤῥαίνεσθαι *Se adſpergere ſ. corpus ſpargere aqua luſtrali* 17, 1. Quae aqua fiebat titione ex ara rapto et in aqua extincto.

Περισπογγίζειν *Cruorem ſpongia detergere* 25, 4.

Περιςάσεις ποιεῖσθαι *Collegere circa ſe turbam: circulos facere* 8, 4. Conf. Salmaſius de Foen. trapez. p. 252, et Hemſterhuſius ad Ariſtoph. Plut. p. 333.

Περιςέλλειν· περιςεῖλαι αὐτὸν *Contegit pallio corpus eius* 2, 4.

περιςεραὶ Σικελικαὶ *Columbae Siculae* 5, 4.

περιτρέχειν· ταῦτα πάντα περιδραμὼν ἐπισκέψασθαι *Obit et inſpicit iſthacc omnia* 18, 1. * 16, 1 pro περιδράμῃ recepimus παραδράμῃ.

πέρσης· αὐλαίαν ἔχουσαν Πέρσας ἐνυφασμένους *Aulaeum cui intexti ſunt Perſae* 5, 4.

πιθανὰ ὀνόματα *Probabilia nomina* 23, 3.

πιθανῶς σχετλιάζει *Vt fidem dictis ſ. orationi faciat, lamentatur* 8, 3.

πίθηκος *Simia* 5, 4.

πικρῶς σκώπτειν *Vti ſcommatis ſ. iacere ſcommata quae pergant ad amaritudinem, neque dulcia ſint iis, in quos iaciuntur* [Macrob. Saturn. 7, 3] 2, 3. Lectio ψυχρῶς redolet gloſſema et interpretamentum. nam ψυχρῶς σκώπτειν eſt *inepte cauillari, cauillationibus vti ineptis.*

R 4 Hae

Hae autem cauillationes ſunt eaedem πικραί.

Πίνειν· ζωρότερον πιεῖν *Meracius bibit* 4, 2. * ἀριθμεῖν κύλικας ὅσας ἕκαστος πέπωκε *Numerat quot quiſque duxerit pocula* 10, 1. * κυκεῶνα πιεῖν *Cinnum bibiſſe* 4, 1. add. 20, 2. * ἅμα πιεῖν, πρεσερυγγάνειν *Quum bibit, ſimul ructat* 19, 3.

Πιπράσκειν *Vendere* 12, 2.

Πίπτειν· φοίνικες χαμαὶ πεπτωκότες *Palmulae cadiuae* 10, 2. * ἐπὶ γόνατα πεσὼν καὶ προσκυνήσας *Vbi pronis*, vel *poſitis, genibus veneratus fuerit* 16, 2. * ὁρῶν πίπτοντας *Quum videt cadentes* 25, 2. * πεσὼν τὴν κεφαλὴν καταισχῦναι *Cadit de equo et deturpat caput* 27, 2.

Πίσσα *Pix* 14, 4: vbi vid. notas. Verto et intellego locum, vt eum Pauus conſtituendum docuit, ſic: *Suaue vero! ſiderum pix eſt, quicquid etiam alii dicant.* Nam homo ſtupidus primo pluuiam ait iucundam eſſe et gratam, quam alii moleſtam ſibi dicant: deinde humores illos arbitratur eſſe particulas picis aſtrorum, quo quidem nihil inſulſius cogitari poteſt.

Πιςεύειν *Credere: verum putare: ſidem habere* 1, 3. 4. 8, 2.

Πλειςάκις *Saepiſſime* 5, 3.

Πλευραὶ *Latera* 19, 2.

Πλέω *Nauigo* 25, 1.

Πληγὰς λαμβάνειν *Caedi flagellis: flagellari* 12, 3.

Πλήθη *Turba: multitudo: vulgus* 7, 4.

Πληθούσης ἀγορᾶς *Qua tempore forum frequens eſt* 11, 2. Vid. ſupra ἀγορά.

Πλὴν *Praeter:* ſequente Genitiuo 22, 1. 24, 1. * πλὴν ἢ σοὶ *Praeterquam tibi* 2, 1.

Πλησιάζειν ἀρχαῖς *Verſari cum magiſtratibus: conſuetudine magiſtratuum vti* 26, 2.

Πλησίον *Prope: iuxta* 3, 1. 5, 3. Conſtruitur cum Genitiuo.

Πλοκαὶ *Voces, ſermones perplexi*, vt Liuius 40, 5 vocat, h. e. dubii, incerti ambigui 1, 4. Ab Homero Odyſ. ν', 295 dicuntur μῦθοι πλοκίοι. certe et Euſtathius ibi legit πλοκίων et Heſychius. nam ſumta eſt e loco illo Homeri gloſſa, πλοκίων· πεπλεγμένων. Cicero Orat. 2, 86 appellat *integumenta diſſimulationis*, vt iam Caſaubonus animaduertit.

Πλώϊμον τὴν θάλατταν εἶναι *Mare eſſe nauigabile* 3, 2.

Πνεῦμα *Ventus* 2, 2.

Πόθεν *Vnde* 8, 1.

Ποιεῖν *Facere* 5, 3. 16, 2. 19, 3. * φυγεῖν ποιῆσαι μεταξὺ χρηματίζοντας *Facit vt dum garrit, diffugiant, caeteri agentes inter ſe de rebus ſeriis et negotiis* 7, 2. add. 8, 5. 11, 1. * εἰ ποιήσειεν ὁ Ζεὺς ὕδωρ *Si Iupiter fecerit pluuiam* 3, 2. Eſt forma loquendi Atticis propria. vid. Kuſterus ad Ariſtoph. Auu. 1501 et Victorius Lectt. Varr. 18, 14. * φακῆν — ἄβρωτον ποιῆσαι *Lenti-*

Lenticulas — facit vt edi nequeant 14, 3. * ἀποδὺς μνᾶν ἀργυρίυ, καινὸν ποιῆσαι ἀποδῦνα *Quum ſoluit minam argenti, curat eam ſolui in aſpero* 21, 1. * μνῆμα ποιῆσαι *Monumentum facit* 21, 2: vbi etiam eſt ςηλίδιον ποιῆσαι *Columellam* ſ. *cippum imponere.* * κέφάλαιον ποιῆσαι *Summam facere* 14, 1. 24, 2. * ποιῆσαι δέκα τάλαντα *Efficit ſummam decem talentorum* 23, 3. * Med. περιςάσεις ποεῖϑαι *Colligere turbam circa ſe* 8, 4. * ποιήσομαι τὸν λόγον *Dicam: diſſeram* prooem. 4.

Ποιητικὴ λύπης ἔντευξις *Conſuetudo moleſtiam afferens* 20, 1.

Ποῖός τις *Qualiſnam* prooem. 4. 20, 3. * ποίᾳ γὰρ ὑ ςοᾷ, πόιῳ δὲ ἐργαςηρίῳ, ποίῳ δὲ μέρει τῆς ἀγορᾶς, ὐ διημερεύυσιν *Qua enim in porticu, qua in officina, qua in parte fori, non tranſigunt dies* 8, 5. * ποίᾳ ἡμέρᾳ με ἔτικτες; *Qua die me peperiſti?* 20, 2.

Πολεμικὸν σημαίνειν *Claſſicum canere* 25, 5.

Πολέμιοι *Hoſtes* 25, 2. 3. 4.

Πολιαὶ *Cani* 2, 2. Intell. τρίχες.

Πολλάκις *Saepe* prooem. 1. 8, 4. 13, 3.

Πόλις *Vrbs: ciuitas* 2, 1. 5, 3. 2. 3. 11, 3. 26, 2. 3. * *ciuitas Athenienſis* 26, 4.

Πολῖται *Ciues* 5, 2. 23, 2. 26, 3.

Πολυκλῆς *Polycles:* cui Theophraſtus inſcripſit Characteras prooem. 2. 3.

Πολυκοιρανίη *Multorum imperium* 27, 1. Heſychius: πολυκοιρανίη· πολυαρχία.

πολὺς, πολλὴ, πολύ· ἐκ πολλῦ χρόνυ *Inde a longo tempore* prooem. 2: vbi vid. notas. * πολὺν τὸν ζωμὸν γεγονέναι *Magnam, cruentam, caedem fuiſſe* 8, 2. * πολὺν χρόνον *Diu* 15, 3. add. 25, 3. * πολλοὶ *Multi* 3, 2. 6, 4. * ἐξ ἀκριβείας πολλῆς *Magna cura* prooem. 2. * πολλὴ γῆ *Multum cretae* 10, 4. * πολλαὶ φύσεις *Multa ingenia* prooem. 1. * πολὺ πονηρότεροι *Multo peiores* 3, 2. * ἄχρις ἐπὶ πολὺ τῶν πλευρῶν *Ad magnam vſque laterum partem* 19, 2. * ὅτι τὰ μικρὰ ταῦτα πολλά ἐςι τῦ ἐνιαυτῦ *Haec quamuis parua, tamen magnam efficere ſummam per annum* 10, 3. * πολλὰ χρήματα *Magnae pecuniae* 23, 1. λάχανα πολλὰ *Olera multa* 20, 2. * πολλὰ περὶ τῦ πράγματος λέγειν *Multa de re ipſa dicere* prooem. 4. add. 14, 2. 17, 3. * πολλὰ δεηθεὶς *Multum precatus* 17, 2. * Comparat. πλέιω χρόνον *Diutius* 6, 2. * πλειόνων ἢ τριάκοντα ἀνθρώπων καθημένων *Quum enim plus quam triginta ibi ſederent* 2, 1. add. 23, 2. * πλείω διδόντα *Qui plus licitetur* 12, 2. add. 13, 1. * Superlat. πλεῖςα *Plurima* 28, 3.

πολυσπέρχων *Polyſperchon:* amicus Alexandri M., qui, Antipatro mortuo, ſummam imperii accepit et tutor li-

berorum Alexandri factus eſt 8, 2.

πομπεύειν *Tranſuehi* 21, 2.

πομπὴ *Pompa* 26, 1. Vid. ſupra ἐπιμελεῖσθαι.

πονηρία *Improbitas* 28, 2.

πονηρός· ὡς πολὺ πονηρότεροί εἰσιν *Multo peiores eſſe* 3, 2.

ποππύζειν proprie dicitur de iis qui equos vel infantes voce et ſono aliquo blando demulcere conantur. quales ſoni et voces nominantur ποππύσματα, etiam ποππυσμόι. Suidas: ποππύσματα· κολακεῖαι εἰς τοὺς ἀδαμάστους ἵππους. Sed quia equi tum et infantes ſolent ſimul mulceri et palpari: ποππύζειν valet etiam *mulcere, palpare* vt 20, 1. Conf. Vueſſelingius ad Diod. Sic. p. 93 To. 1.

πορεύεσθαι *Proficiſci: ire: abire* 2, 1. 4. 4, 1. 7, 2. 10, 2. 11, 3. 13, 2. 14, 1. 16, 1. 2. 22, 3. 24, 2.

πορίζεσθαι· καὶ ἑτέρας ἀφορμὰς τοιαύτας πορίσασθαι *Aliaſque eiuſmodi occaſiones garriendi captat* 7, 2.

πορνοβοσκῆσαι *Lenonem eſſe: lenocinium facere* 6, 2. Fuiſſe autem lenones Athenis infames, cum ex eo patet, quod πορνοβοσκὸς dicitur de homine *ſceleſto* et *improbo*, vt apud Aeſchinem c. Timarch. p. 56. 79: tum ex hoc, quod non modo πονηρὸς et πορνοβοσκὸς coniunguntur ab ſcriptoribus Atticis, ſed etiam πονηρία et πορνοβοσκία. vid. Aeſchines c. Cteſiph. p. 448 et p. 459 To. 2.

πόῤῥωθεν *Eminus: e longinquo* 5, 1.

ποσειδεὼν *Poſideon*: menſium auctumnalium tertius 3, 3. * Sed 28, 2 τοῦ Ποσειδῶνος ἡμέρα ſunt *Kalendae Poſideonis*, Neptuno ſacrae.

πόσος· πόσοι εἰσὶ κίονες τοῦ Ὠιδείου *Quot ſint columnae Odei* 3, 2. add. 14, 4. * ἀριθμεῖν πόσον ἐστὶ *Numerat quantum ſit* 18, 1. * πόσου ἦσαν αἱ διφθέραι *Quanti venierint pelles* 4, 4. add. 15, 1. 18, 1.

ποσοῦν· κελεῦσαι θεῖναι τὰς ψήφους καὶ ποσοῦν αὐτὰς καθ' ἑξακοσίους κατὰ μίαν *Iubet eos ponere calculos, et quidem vt ſexcentis reſpondeant ſinguli homines et ſummae ſingulae caeque diuerſae* 23, 3. * Sed πόσου 18, 2 quomodo intellegendum videatur, oſtendi ſupra in verbo κατατίθεσθαι. Caeterum verbo ποσοῦν locupletari poteſt Theſaurus Stephanianus.

ποταπὴ *Cuias* 13, 3. Sed corrigi haud dubie debet ποδαπή. Nam, ex obſeruatione Grammaticorum veterum, ποταπὸς de moribus, ſed ποδαπὸς de gente et ciuitate, dicitur. Thomas Magiſter: ποδαπὸς ἐπὶ γένους λέγων, ὀρθῶς ἐρεῖς· οἷον, ποδαπός ἐστι, Θηβαῖος ἢ Ἀθηναῖος; — περὶ δὲ τρόπου ἐρωτῶν, οὕτως ἐρεῖς· ποταπὸς τὸν τρόπον

τρόπον Σωκράτης; —. add. Phrynichus p. 16 ſ. Librarii autem non raro permutarunt inter ſe duo haec vocabula. vt ap. Iulian. Caeſſ. p. 38 pro ποδαπὸς Heuſingerus in Cod. Aug. reperit ποταπός. Sic malim exiſtimare, quam omne eorum diſcrimen tollere cum Dorvillio ad Chariton. p. 337. add. Audendorpius ad Tho. Mag. p. 725 ſ.

πότε *Quando* 5, 1. 13, 2.

ποτὲ *Olim: pridem* 1, 3. * *nuper* 7, 4. * *aliquando* 7, 4. 12, 3. * τί ποτὲ *Quid tandem* 8, 4: add. prooem. 1. * ποτὲ δὲ *Nonnunquam: interdum* 9, 3. Apud Platonem Phaedon. 2 eſt ποτὲ μὲν — ἐνίοτε δέ.

πότερον *Num* 25, 2.

ποτήριον *Poculum* 19, 3. * ἐπὶ τῦ ποτηρίυ *Inter pocula* 20, 3. * λιθοκόλλητα ποτήρια *Gemmata potoria* 23, 1.

πότος· παρὰ πότον *Inter pocula* 27, 1: vbi vid. notas.

πῦ *Vbi* 15, 1. 25, 3.

πυ *Interdum* 7, 2. * *aliquo* 11, 2.

πῦς *Pes* 2, 4. 4, 1.

πρᾶγμα *Res*: quae quaenam ſit, debet e ſerie orationis cognoſci. vt prooem. 4 τὸ πρᾶγμα eſt *natura virtutum vitiorumque, et vtilitas atque neceſſitas inſtituti diſſerendi de virtutibus et vitiis.* 3, 2 προχωρῦντος τῦ πράγματος *Quum garrulus videt, ſe audiri patienter et libenter, garrulitatem ſuam non diſplicere audientibus.* add. 1, 3. 6, 3. 7, 2. 8, 2. 12, 1. 13, 1. * πράγματά μοι μὴ πάρεχε *Noli mihi moleſtus eſſe* 15, 1.

πράξεις *Facta* 1, 1. 8, 1. 13, 1. 14, 1.

πράττειν *Facere* 1, 2. 2, 5. * ὑπερημερίαν πρᾶξαι *Vſuram pecuniae ad diem non ſolutae exigere* 10, 2: vbi etiam eſt πρᾶξαι τόκον τόκυ *Exigere vſuram vſurae ad diem non ſolutae.* Ita Aeſchines c. Cteſiph. p. 410 To. 2 dixit τέλη πεπραχότας. Neque alio ſenſu eſt apud Thucyd. 7, 107 ἀναπρᾶξαι χρήματα, et apud Xenoph. Cyri exp. p. 420 συναναπρᾶξαι μιϑόν. * Med πράττεϑαι *Exigere* 6, 4. Quo ſenſu legitur paſſim apud ſcriptores Atticos. vid. Ariſtoph. Nubb. 244 ibique Berglerus: Plato Apol. 4: Xenoph. Memorr. 1, 2. 5.

πρᾴως διαλέγεϑαι πρὸς τὺς ἀδικυμένυς *Cum iis quos affeceris iniuria, loqui ore comi et humano*, h. e. ita vt videare eſſe is qui neminem laedat, qui omnibus concedat, qui non iraſcatur, qui iniurias ferat aequo animo, qui moneat alios vt ipſi iniurias aequo ferant animo, qui ipſe commoueatur 1, 1: vbi εἴρων etiam dicitur πρᾴως διαλέγεϑαι ἐπὶ τοῖς

καϑ'

καθ' ἑαυτȣ̃ λεγομένοις h. e. *diſ-ſerere, loqui, de vocibus et maledictis in ipſum iactis ore aequo* h. e. *ita vt non appareat, ipſum iis commoveri.*

πρίαϑαι *Emere* 2, 3. 10, 1. 2. 3. 11, 4. 17, 2. 18, 1. 22, 3.

πρὶν *Ante quam* 6, 3: ſequente Infinitiuo.

προαιρῶν τι ἐκ τȣ̃ ταμείȣ *Promens aliquid e cella penaria* 4, 2. Sic occurrit verbum hoc apud Thucyd. 8, 90, et apud Ariſtoph. Theſmophorr. 426: vbi Kuſterus laudat locum Theophraſti.

προαποςέλλειν *Praemittere* 24, 2.

προειδέϑαι *Conſpicere prius* 22, 3.

πρόϑυμος ἐπιμεληϑῆναι *Paratus eſt curare* 12, 2.

προῖκα *Gratis* 6, 2. 11, 3.

προϊςάναι· προςὰς 11, 3 eſt, vt iam in notis oſtendimus, aut ſimpliciter *ſtans*, aut *ſtans multis praeſentibus.*

προκόλπιον *Sinus:* plicae, ea pars pallii quae eſt in ſinu h. e. in ea pectoris parte quae eſt inter brachia 6, 4. 22, 2. Heſychius: προκόλπιον· τὸ πρὸ τȣ̃ κόλπȣ. Gloſſ. vett. προκόλπιον *Praeſinum.*

προμανϑάνειν 7, 3 eſt aut ſimpliciter *diſcere*, aut *pergere diſcere.* Vid. notas.

προμετωπίδιον *Pellis* ſ. *pellicula frontis* 21, 2.

προοιμιάζεϑαι *Praefari* prooem. 4.

προπέμπειν *Proſequi:* comitari abeuntem honoris cauſſa 5, 1. 7, 3.

πρός· 1) Cum Datiuo, vt ἑςηκὼς πρὸς τῷ ςαϑμῷ *Stans ad lancem* 9, 2. 2) Cum Accuſatiuo, *ad:* ita tamen vt ſaepe reddi poſſit per Datiuum ſimpliciter. vid. 1, 2. 3. 2, 2. 4. 5. 5, 2. 3. 4. 6, 5. 7, 1. 9, 1. 3. 11, 2. 12, 1. 13, 3. 14, 4. 16, 2. 3. 17, 1. 2. 23, 4. 5. 24, 1. 3. 25, 2. 3. 26, 4. Sed 9, 3 et 24, 1. πρὸς αὑτὸν eſt *domum ſuam.* * *cum* 1, 1. 4, 1. 6, 3. 10, 4. 24, 3. 27, 2. * *ad, iuxta* 11, 3. * δειλία πρὸς τὸ δαιμόνιον *Metus numinis diuini* 16, 1. * ἔχεις πρὸς τὰ ἔτη μέλαιναν τὴν τρίχα *Habes, pro aetate, capillos nigros* 2, 2.

προσαγγέλλειν *Nuntiare* 2, 4: vbi vid. notas. Legi debet procul dubio προήγγελκα *Praenuntiaui.*

προσάγειν ὠνητὴν πλείω διδόντα ἤδη πεπρακότι *Adducit ei qui iam vendidit, emtorem qui plus licitetur* 12, 2. * δεῖϑαι πρὸς τὴν γῆν προσάγειν αὐτὸν *Iubet ſe exponi in terram* 25, 2. * Med. προσάγεϑαι *Ad ſe allicere* 5, 2.

προσαγορεύειν *Salutare: appellare* 5, 1. * προσαγορευϑεὶς μὴ ἀντιπροσειπεῖν *Salutatus non reſalutat* 15, 1.

προσδιηγήσαϑαι *Narrare: referre* 7, 4.

προσδοκία *Excitatio opinionis,* vel, vt Caſaubonus interpretatur,

pretatur, *excitatio exſpectationis:* et προσδοκία τινῶν ἀγαθῶν ὐκ ὄντων 23, 1 eſt *quum quis aliis opinionem facit bonorum quorundam, quae tamen ipſe non habeat.* Aliter explicat locum hunc Salmaſius in Commentar. ad Simplic. p. 62: cuius auctoritatem ſequutus eſt Menagius ad Laërt. p. 302. Reddit eum ſic, *opinio bonorum quorundam quae non adſunt illi qui ſic de ſe ipſo opinatur.* At repugnat, opinor, res ipſa. Nam ἀλαζὼν non opinatur ſibi ea ineſſe quae gloriatur, ſed iactat tantum et ſimulat ſibi ea ineſſe. id quod exempla ab Theophraſto ſubiecta ſatis docent. Poteſt quis, verbi cauſſa, gloriari, ſe ſtipendia feciſſe et meruiſſe ſub Alexandro, licet non meruerit, ſed nemo adeo ſtultus eſt, vt id ſibi perſuaſum habeat ipſe.

πρόσειμι *Adeo: accedo: venio* 6, 3.

προσεπιγράψαι *Addere* 13, 3.

προσερυγγάνειν *Ructare* 19, 3. Vid. Sallierius et Audendorpius ad Tho. Mag. p. 367 ſ.

προσέρχεσθαι *Accedere: adire: conuenire* 1, 1. 9, 3. 11, 2. 12, 1. 13, 2. 20, 1. 23, 4. 24, 1. Conſtruitur cum Datiuo.

προσεύχεσθαι *Vota facere* 16, 2.

προσέχειν *Rationem habere: parere* 16, 2.

προσῆκον· ἐπιτίμησις παρὰ τὸ προσῆκον δεδομένη *Querela indigna ſ. inepta et temeraria, quae fit et editur audientibus aliis* 17. 1.

προσκαλεῖν *Aduocare: arceſſere* 6, 3. 25, 2. * Med. προσκαλεῖσθαι 4, 3. 9, 1.

προσκεῖσθαι· ὅσα τυγχάνει γένη τρόπων τύτοις προσκείμενα *Quae vitia virtuteſue inſint cuique* prooem. 2.

προσκεφάλαιον *Ceruical: puluinus qui ſupponitur capiti* 25, 3. * τὰ προσκεφάλαια *Puluini:* qui ſupponuntur ſedenti 2, 5. Vid. Heinſius ad Ouid. A. A. 1, 160.

* προσκοπεῖσθαι *Videre: ſpeculari: proſpeculari* [Liu. 33, 1] 25, 3. Cuius notionis exemplum non eſt in Theſauro Stephaniano. Heſychius et ex eo Phauorinus: προσκόπτειν· ἁμαρτάνειν, προβλέπειν. leg. προσκόπτειν· ἁμαρτάνειν· προσκοπεῖν· προβλέπειν.

προσκυνεῖν *Venerari* 16, 2.

προσλαλεῖν *Colloqui: loqui:* ſequente Datiuo 7, 3. 11, 2. 19, 3.

προσπατταλεῦσαι *Paxillis affigere: paxillis ſuſpendere* 21, 2.

προσπι-

προσπίπτειν πρὸς τὸ οὖς *Inclinare ſe ad aurem Regis* 2, 5. Coniectura Valquenarii, quem pro προσπίπτων in notis oſtendimus reſcribendum cenſuiſſe προσκύπτων, diſplicet maxime propterea, quia verbo προσπίπτειν ſignificatur celeritas quaedam, digna Adulatoris temeraria leuitate, non item verbo προσκύπτειν.

προσποιεῖσθαι *Attendere: animum aduertere: audire* 1, 2: vbi Nedhamus temere eiecit δόξει. nam φήσει, quod ſequitur, ſatis declarat, librarios, per incuriam, omiſiſſe δόξει. * *ſimulare* 1, 2. 23, 4.

προσποίησις πράξεων καὶ λόγων *Simulatio diſſimulatioue in factis et in dictis* 1, 1. * προσποίησίς τις λόγων καὶ πράξεων *Quum quis dicit aliquid et facit* 13, 1. Caſaubonus aliique interpretes reddunt per *ſimulatio*, repugnante re ipſa. Nam περίεργος non ſimulat ſe dicere vel facere quidquam, ſed vere dicit et facit omnia. Et enim vt verbum προσποιεῖσθαι dicitur omnino de iis qui ſibi aliquid ſumunt, tribuunt, vindicant, ſuſcipiunt [vid. Kuſterus V. M. 1, 24], ita etiam nomen προσποίησις vſurpatur de eo qui aggreditur et inſtituit dicere vel facere ea quae nemo ab eo poſtulare iure et recte poſſit, neque adeo poſtulet.

προσπταίειν *Offendere* 15, 3.

προσπταίσματα *Tubercula: vulnera quae exiſtunt quum quis digitos offendit, ita, vt cutis laceretur* 19, 2.

προσπτύειν *Conſpuere* 19, 4. Conſtruitur cum Datiuo.

προστρέχειν· πᾶσι τοῖς ἐν τῇ πόλει προσδεδράμηκε *Omnes adit in vrbe* 8, 3. * προσδραμεῖν *Accurrere: adire: conuenire* 25, 4.

προστάξαι ἐπανελθεῖν *Iubet redire* 1, 2.

προστιθέναι *Addere: adiicere: laudare* 17, 2. 23, 3.

προσφέρεσθαι *Afferri* 25, 4. * ἐάν τι πρὸς τὸ τρίχωμα τῆς κεφαλῆς ἀπὸ πνεύματος προσενεχθῇ ἄχυρον *Si paleae ad capillos delatae fuerint vento* 2, 2. Haec eſt vera ſcriptura, vt in notis monuimus. Altera lectio προσαχθῇ debetur Cratandro. nam in Norib. eſt προσεχθῇ, pro προσενεχθῇ. librarii enim non raro omiſerunt medias ſyllabas verborum. Ex eo igitur factum eſt in exemplo Cratandreo, προσαχθῇ, quod inde venit in libros editos reliquos.

* προσφοιτᾶν πρὸς τὰς τραπέζας *Verſari ad menſas numulariorum* 5, 3. In Theſauro Stephaniano non extat hoc verbum.

προσωπεῖον *Perſona* 6, 1. Thomas Magiſter: προσωπεῖα, τὰ ὑπὸ τῶν ὑποκριτῶν ἐπιτιθέμενα τοῖς προσώποις. λέγεται δὲ ταῦτα καὶ πρόσωπα. Moeris: πρόσωπα, τὰ τῶν ὑποκριτῶν, Ἀττικῶς· προσωπεῖα, Ἑλληνικῶς.

πρόσωπον *Vultus: os* 28, 2. * τὰ πρόσωπα *Vultus* 8, 2.

πρότερος *Primus* 24, 1. * πρότερον *Antea* prooem. 1. 13, 3. * πρότερον — ἕως *Prius — quam* 16, 1. Vid. ſupra ἕως.

προτρέχειν· προδραμὼν *Praecurrens* 2, 4.

προχωρεῖν· προχωροῦντος τοῦ πράγματος *Re e ſententia procedente* h. e. *quum videt, garrulitatem ſuam non diſplicere audientibus* 3, 1.

πρυτάνεις *Prytanes* 21, 3. Nam ſenatus Athenienſis conſtabat quingentis: ita vt ſumma rerum quotannis eſſet penes quinquagenos in orbem. hi nominabantur πρυτάνεις. vid. Harpocrat. h. v. Diſtributi autem erant in quinque decurias: et decuriae ſingulae imperabant ſingulis hebdomatibus. Caeterum ſolebant etiam ſacrificare publice, ſacrificioque peracto renuntiare populo, litatumne eſſet nec ne.

πρῶτος *Primus* 2, 4. * πρῶτον τῶν κακῶν *Primum malorum* 26, 3.

πρῶτον *Primo* prooem. 4. 25, 3. 28, 1. * ſequente particula εἶτα prooem. 4. 3, 1. 9, 1.

πτύσαι εἰς κόλπον *Spuere in ſinum* 16, 3. Plinius H. N. 28, 4 *Deſpuimus comitiales morbos, hoc eſt, contagia regerimus.* Spuebant autem veteres in ſinum fere ter. vid. Theocritus Idyl. 6, 39.

πυανεψιὼν *Pyanepſion*: menſium auctumnalium primus, quo celebrata ſunt Apaturia 3, 3.

πυκνὰ *Crebro: ſaepicule* 16, 2. 25, 4. 27, 3. Moeris: θαμινά, Ἀττικῶς· πυκνά, Ἑλληνικῶς.

πύλαι Ἠρίαι *Porta feralis* 14, 4.

πύνδαξ *Fundum* 11, 5. Idem quod πυθμήν. Vſi ſunt hoc vocabulo etiam Pherecrates et Ariſtophanes, auctore Polluce 10, 79.

πυνθάνεσθαι· πυθόμενος τὰς ἐκκλησίας *Vbi cognouerit quae in concione acta ſint et decreta* 7, 3. * ἕτερον παῖδα πέμπειν πευσόμενον *Alium ſeruum mittit qui percontetur* 18, 1.

πυρέττειν *Febri laborare: febricitare* 12, 1.

πυροὶ *Frumenta* 3, 2.

πώγων *Barba* 2, 2.

πωλεῖν *Vendere* 10, 2. 11, 2. 15, 1. 17, 2. 23, 4. 24, 2. * Verba ὡς οὐ πωλεῖ, καὶ μὴ πωλῶν, φήσει

πωλεῖν *Se non habere quod vendere poſſit velitue, et quum non habet quod vendat, ait ſe vendere velle* 1, 2 ita intellego, vt iam in notis quodammodo oſtendimus. Iron ſic reſpondere debebat, vt diceret, aut ſibi non eſſe paratam pecuniam, ſeque adeo neque ſtipem conferre poſſe neque pecuniam mutuam dare: aut ſe id nolle facere: ſed dicit, modo ſibi non eſſe quod vendere poſſit vnde pecuniam faciat: modo ſe velle vendere, quum tamen non habeat quod vendat; vt modo reiiciat τὺς δανειζομένυς et τὺς ἐρανίζοντας, vt neſciant, accepturine ſint ab eo quidquam, nec ne, et incerti diſcedant. Vnde Theophraſtus Ironi tribuit πλοκὰς et παλιλλογίας.

πῶς οἴεσθε; *Quid putatis?* 8, 3. Vid. ſupra οἴομαι. * καὶ πῶς; *Quomodo vero?* 17, 3.

P

ῥαφανὶς *Raphanus* 11, 5. Thomas Magiſter: ῥάφανον ἐπὶ τῆς ῥαφανίδος μὴ εἴπῃς· ῥάφανον γὰρ παρ᾽ Ἀττικοῖς ἡ κράμβη· ἀλλὰ ῥαφανὶς καὶ ῥαφάνη, λέγε —.

ῥῆσις *Locus e poëta aliquo paullo longior et inſignior.* vid. Cuperus Obſeruatt. 1, 7. Vnde 15, 3 ῥῆσιν εἰπεῖν *Recitare locum e poëta aliquo:* et 27, 1 ῥήσεις μανθάνειν *Locos poëtarum ediſcere.* Solebant enim veteres ῥήσεις recitare inter pocula, fere ad citharam. Quam in rem inſignis locus eſt apud Aeſchinem c. Timarch. p. 72 To. 2.

ῥήτωρ *Rhetor: orator* 7, 4: vbi vid. notas.

ῥιγῶν *Frigere* 2, 4.

ῥόδος *Rhodus:* vrbs, in inſula maris mediterranei, eiuſdem nominis 5, 3. De iſta inſula peculiarem libellum edidit Ioh. Meurſius Amſtelod. a. CIↃIↃCLXXV quaternis.

ῥύγχος *Roſtrum* canis 4, 3. Proprie dicitur de roſtro porci. Thomas Magiſter: ῥύγχος ἐπὶ χοίρων —. Sed legitur etiam apud Theocritum Idyl. 6, 30 de roſtro canino. Vid. Trillerus et Audendorpins ad Tho. Mag. p. 787 ſ.

ῥυπαίνεσθαι *Sordes contrahere: ſordidum fieri*: de pallio 10, 4.

Σ

Σαλπιςὴς *Tubicen: claſſicarius* 25, 4. Phrynichus p. 80 σαλπικτὴς, τὸ δόκιμον διὰ τῦ κ, ὐχὶ δὲ διὰ τῦ σ —. Thomas Magiſter: — σαλπιγκτὴς, ὐ σαλπιςὴς —. Conf. Doruillius ad Chariton. p. 660.

Σαπρὸν ἔλαιον *Rancidum oleum* 11, 4. 19, 3.

Σημαίνειν πολεμικὸν *Canere claſ-ſicum* 25, 4: pro quo paullo poſt eſt σημαίνειν ſimpliciter. Nam tuba dabatur ſignum ad capienda arma et ad ineundam pugnam. vid. 1 Cor. 14, 8 et Polyaen. 2, 36. * εἰ σεσήμανται τὸ κοιλιάχιον *An obſignata ſit arca pecuniaria* 18, 1.

Σημεῖον *Signum: argumentum: indicium* 8, 2. 28, 3.

Σήμερον *Hodie* 3, 2. 4, 4.

Σικελικαὶ περιστεραὶ *Siculae columbae* 5, 4.

Σίκυοι *Cucumeres:* integri et virentes, non conditi 14, 3.

Σιτίζειν *Cibum manſum ingerere in os infanti* 20, 1.

Σιτοδεία *Annonae caritas* 23, 2: vbi vid. notas.

Σιτοποιὸς, ἡ, *Piſtrix* Gloſſ. vett. 4, 2. Apud veteres enim feminae debebant fruges pinſere, panem coquere etc. Praeerant etiam cellae penariae. id quod locus Theophraſti ſatis docet. Etiam apud Thucydidem 2, 78 commemorantur γυναῖκες σιτοποιοὶ, et σιτοποιὸς apud Xenoph. Oecon. 10, 10. Vnde exiſtimari licet, quo iure reiiciat Thomas Magiſter vocabulum σιτοποιὸς, pro quo ait dicendum eſſe ἀρτοπόπος aut ἀρτοποιός.

Σιωπᾶν *Tacere: ſilere* 2, 3. 7, 5. 11, 1. 22, 1.

Σκέπτεσθαι *Viſere* 25, 5. Nam videtur legendum σκεψομένους, non σκεψόμενος. * τὰ μὲν ἐσκέφθαι φάσκειν *De aliis ait ſe quaeſiuiſſe* 1, 3.

Σκεύη *Vaſa: ſupellex* 10, 2.

Σκηνὴ *Tentorium* 25, 3. 4. * Etiam 23, 4 pro ἐπὶ τὰς κλίνας legi debet ἐπὶ τὰς σκηνάς. Σκηναὶ autem ſunt tabernae in quibus expoſitae erant Athenis res venales: a quibus mercatores ipſi appellati ſunt σκηνῆται. Vid. omnino Harpocration in γέῤῥα et σκηνήτης.

Σκίλλα *Squilla* 16, 3: vbi vid. Caſaubonus.

Σκολιαὶ βακτηρίαι *Baculi praui et tortuoſi* 5, 4.

Σκυθρωπάσας καὶ δακρύσας *Moeſtus et lacrymans* 14, 2. Sic apud Aeſchinem ep. 2 eſt πρόσωπον σκυθρωπὸν καὶ ὅμοιον δεδακρυμένῳ.

Σκύλαξ *Catulus* 16, 3: vbi vid. Caſaubonus.

Σκυτοδέψης *Coriarius:* qui coria ſubigit et parat 16, 2.

Σκώπτειν *Voces, dicteria, iacere et dicere: iacere ſcommata* 2, 3. * κκώπτεσθαι *Illudi: ludi* 7, 5.

Σοβεῖν μύιας *Abigere muſcas* 25, 4. * σοβεῖν τοὺς τοιούτους λόγους *Incedentem iactare voces has* 26, 2. Eſt enim h. l. verbum praegnans, h. e. eiuſ-

modi quod contineat notionem duplicem, et *incedendi* et *iactandi:* vt 3, 3 παρασείειν et alia nonnulla hoc in libello.

Σὸν *Tuum eſt* prooem. 4.

Σοφιςαὶ *Sophiſtae* 5, 4. Inde ab aetate Gorgiae Leontini σοφιςαὶ diſtincti fuerunt a philoſophis, dictique *qui argutias ſectarentur in diſſerendo, qui in conuentu poſcerent quaeſtionem*, h. e. iuberent dicere qua de re quis vellet audire [Cic. Fin. 2, 1], *qui docerent quanam verborum induſtria cauſſa infirmior fieret fortior.* Ab Xenophonte Memorr. 1, 2. 19 dicuntur οἱ φάσκοντες φιλοσοφεῖν. Solitos autem fuiſſe Sophiſtas in in Gymnaſiis diſſerere, diſci poteſt ex Aeſchin. dial. 2, 16, vbi Prodicus traditur diſſeruiſſe in Lyceo.

Σπάθη *Spatha:* gladior maior 25, 3. Vegetius 2, 15 *gladios maiores quos* ſpathas *vocant.* Heſychius: σπάθη· μάχαιρα, ξίφος.

Σπένδειν *Libare* 19, 3.

Σπεύδειν *Feſtinare* 11, 2. * ὁ σπεύδων 24, 1 eſt aut omnino *feſtinans*, aut *is qui vult ſtatim conuenire alterum.* vt intell. ἐντυγχάνειν αὐτῷ.

Σπυδάζειν *Aliquid agere* 21, 1: vbi τοιῦτός τις οἷος σπυδάσαι — παρ᾽ αὐτὸν τὸν καλέσαντα κατακείμενος δειπνῆσαι *Hoc agit, vt — iuxta ipſum conuiuatorem accumbat.*

Σπυδή· ὑπὸ τῆς σπυδῆς *Prae feſtinatione* 25, 3. * κατὰ σπυδὴν *Confeſtim* 1, 2. * *negotium*, ἀσχολία 3, 3: vbi opponitur τῇ σχολῇ.

Στάδιον *Stadium:* ſpatium et interuallum paſſuum fere CXXV. 18, 1.

Σταθμὸς *Libra: lanx* 9, 2.

Στέμματα *Coronae* 10, 3. 21, 2.

Στεφανῦν *Coronis ornare* 21, 2. * ἐςεφανωμένος *Coronatus* 21, 3.

Στηλίδιον *Columella: cippus* 21, 2.

Στοὰ *Porticus* 2, 1. 8, 4. 5.

Στόμα *Os* 2, 3. 6, 5. 16, 1. 19, 2.

Στρατηγεῖν πολλῶν ἀγοραίων *Ducem eſſe multorum cocionum,* h. e. cum iis verſari eoſque adiuuare pecunia 6, 4.

Στρατηγὸς *Praetor: imperator* 13, 2. * οἱ ςρατηγοὶ *Praetores* 5, 3. Gauiſos autem eſſe Athenis iure προεδρίας praetores, ita vt poſſent, vt in ſenatu et in concione, ita etiam in theatris praeſidere, oſtendit pluribus Caſaubonus. In titulo quodam apud Gruterum p. 460, 1 nominatur προεδρίον ἐν τοῖς ἀγῶσι.

Στρατεύεσθαι *Militare: ſtipendia facere* 23, 1. 25, 2.

Στρατιώτης *Miles* 8, 2. 28, 1.

Στρέφειν πυκνὰ τὴν ἕδραν *Agitare crebrius nates* 27, 3.

Στρογγύλαι λήκυθοι *Rotundae lecythi* 5, 4. Genitiuus τῶν στρογγύλων inde pendet quia ſignificatur partitio, vt deinde βακτηρίας τῶν σκολιῶν ἐκ Λακεδαίμονος. Hemſterhuſius tamen ad Lucian p. 370 To. 1 dictum putat pro στρογγύλας — σκολιὰς, vt apud Lucian. dial. mortt. 10, 9 λαβὼν πελεκὺν τῶν ναυπηγικῶν, pro ναυπηγικήν.

Στρώματα *Stragula* 18, 2. 22, 2.

Σὺ *Tu* 1, 3. 4. 7, 1 etc.

Συγγενῆ ἀῤῥωστήματα *Gentiles morbi* 19, 1.

Συγγνώμην ἔχειν *Ignoſcere* 1, 1. 15, 2.

Συγγράφειν· ὑπέλαβον δεῖν συγγράψαι ἃ ἑκάτεροι αὐτῶν ἐπιτηδεύουσιν ἐν τῷ βίῳ *Putaui, me oportere ſcribere de ratione et inſtitutis vitae vtrorumque* prooem. 2.

Συγκαθῆσθαι *Sedere inter alios* 28, 3.

Συγκρούειν *Concitare:* commemorando iura vtriuſque partis 12, 3.

Σῦκον· εἰσιόντα φῆσαι σύκου ὁμοιότερα εἶναι τῷ πατρὶ *Qui vbi venerint, eos ait adeo ſimiles eſſe patri, vt ficus ſimilior fico eſſe non poſſit* 5, 2. Eſt enim forma loquendi contracta, pro ὁμοιότερα εἶναι τῷ πατρὶ ἢ σῦκον σύκῳ· cuius generis exempla alia ex Ariſtotele collegit ad h. l. Caſaubonus. De ipſo proverbio σῦκον σύκῳ οὐδὲ ἓν οὕτω ὅμοιον γέγονε, quo vſus eſt poëta quidam vetus apud Cic ad Att. 4 ep. 8, vid. Victorius Varr. Lect. 37, 5.

Συκοτραγῆσαι *Ficos guſtare ſ. edere* 10, 2.

Συκοφαντεῖσθαι· ὅπως μηδ᾽ ὑφ᾽ ἑνὸς συκοφαντηθῇ *Ne ab vllo, nec falſo, accuſaretur* 23, 2.

Συλλαβὴ *Syllaba* 6, 3.

Συλλέγειν ἔρανον *Collegere ſtipem* 22, 3.

Συλλυπεῖσθαι *In ſocietatem doloris venire* 1, 1. Apud Charitonem 5 p. 92 opponitur verbo συγχαίρειν *In ſocietatem gaudii venire.*

Συμβαίνει· τί γὰρ δήποτε — συμβέβηκεν ἡμῖν οὐ τὴν αὐτὴν τάξιν τῶν τρόπων ἔχειν *Cur tandem — nos non iiſdem moribus vtamur* prooem. 1.

Σύμβολον *Teſſera* 6, 2.

Συμπαίζειν *Colludere* 5, 2. Conſtruitur cum Datiuo.

Συμπρεσβευταὶ *Socii legationis: reliqui legati* 11, 3. Ab Aeſchine de f. legat. p. 246 To 2 et alibi vocantur συμπρεσβεῖς.

Συμφέρει· ὁμιλία αἰσχρὰ, συμφέρουσα δὲ τῷ κολακεύοντι *Conſuetudo turpis, ſed vtilis adulanti* 2, 1.

Συμφωνεῖν *Concinere: conuenire* 8, 2.

* Συναρκεῖσθαι· ἔργον συναρκεῖσθαι τοῖς μήτε σχολὴν μήτε σπȣδὴν διαγινώσκȣσιν *Difficile eſt ferre homines qui neque otii rationem habent neque negotii* 3, 3. Stephanus omiſit in Theſauro hoc verbum.

Συνδειπνεῖν *Vna coenare* 7, 5. 24, 2. * οἱ συνδειπνȣ͂ντες *Concoenae: conuiuae* 10, 1.

Συνδικάζειν *Iudicem ſedere cum aliis* 7, 5.

Συνδιοικήσασθαι παρὰ τῶν πρυτάνεων 21, 3 eſt aut *comparare cum Prytanibus et ab iis impetrare*, vt interpretatur Geſnerus: aut *ſibi a Prytanibus mandari iubere.* Nam quum συνδιοικεῖν ſit, vt διοικεῖν, *adminiſtrare*: quidni συνδιοικεῖσθαι ſignificare poſſit *ſibi aliquid committi et mandari iubere?*

Συνεῖναι *Verſari* prooem. 3.

Συνεπιλαμβάνεσθαι *Adiuuare:* vna obtrectare, vna male dicere 28, 2.

Συνέρχεσθαι *Coire* 26, 2.

Συνήθης *Familiaris* 11, 2.

Συνησθῆναι *Gratulari* 11, 2. Apud Longum Paſtor. 4 p. 142 Mol. συνήδεσθαι et συγχαίρειν leguntur vt ſynonyma: et apud Caeſarem B. G. 1, 30 pro *gratulari* Metaphraſtes habet συνήδεσθαι.

Συνηχεῖν· ὥςε συνηχεῖν αὐτοῖς τὴν ἀγορὰν καὶ τὰ ἐργαςήρια *Ita vt reſonent eorum vocibus forum et officinae* 6, 5.

Σύνθεσις *Confictio* 8, 1.

Συνθεωρεῖν *Vna ſpectare* 7, 5. * *ſtudioſe diligenterque conſiderare et contemplari* prooem. 2.

Συνιέναι *Intellegere* 7, 2.

Συνιςάναι· δεινὸς καὶ ἐπὶ τȣ̀ς ἀθρόȣς καὶ συνεςηκότας πορευθῆναι *Adit etiam coetus et circulos* 7, 2.

Συνοδοιπόρος *Comes* 23, 1.

Συντάξαι *Iubere:* ſequente Infinitiuo 24, 2. 3.

Συντερετίζειν *Vna canere: vna cantillare: quum tibicina canit, quum tibiae canunt, vna canere: cantum tibiae ſubſequi et imitari voce* 19, 4.

Συνωνεῖσθαι *Vna emere: ementi adeſſe* 2, 4.

Συρίττειν *Exſibilare* 11, 1.

Συσσιτεῖν *Vna coenare: vna epulari* 10, 1. Nam συσσίτια ſunt *ſodalitates et collegia eorum qui vna cibum capiunt et epulantur, communi ſumtu.*

Σφαιριςήριον *Sphaeriſterium:* locus vbi veteres ſe exercebant ludenda pila 5, 4.

Σφόδρα *Valde: male* 11, 5.

Σχετλιάζειν *Lamentari: quiritare* 8, 3.

Σχολά-

Σχολάζειν· ȣ̓ γὰρ σχολάζω πέμπειν *Neque enim vacet mittere* 18, 2. * ἐὰν δὲ μὴ σχολάζῃ γυνὴ *Sed ſi vxori non vacet* 16, 3. Thomas Magiſter: σχολὴν ἄγω, καὶ εὖ σχολῆς ἔχω· ȣ̓ σχολάζω —. Sed vid. ad h. l. interpretes, maxime Audendorpius; p. 829 ſ.

Σχολὴ *Otium* 3, 3: vbi opponitur τῇ σπȣδῇ.

Σώζειν *Seruare* 25, 5.

Σῶμα *Corpus* 19, 1.

Σωσίας *Soſias:* et Σωσίστρατος *Soſiſtratus* 28, 1. *Soſias* erat nomen ſerui: ſed ſerui, qui paullo liberaliores eſſent, nominibus liberorum hominum ſeſe appellari iubebant [vid. Lucian. Timon. c. 22], fere propterea vt fraude iſta conſequerentur ciuitatem. vid. Caſaubonus ad Athen. p. 370. Atque ex hac quidem conſuetudine locus Theophraſti intellegi debet, ita, *Pater iſtius*, inquit κακολόγος, *fuit ſeruus: ſed ne ſeruus eſſe videretur, nominari voluit Soſiſtratus.*

T

Ταινίαν ξυλίνην ἀναθεῖναι τῷ Διονύσῳ *Taeniam*, coronam, *ligneam ſuſpendere Baccho* 22, 1. Heſychius: ταινίαι — ςέφανοι. Vid. de hoc vocabulo eiuſque poteſtate multiplici Paſchalius in de Coronis 4, 8.

Ταλαίπωρος *Miſer* 8, 3. * πάνυ δὲ ταλαίπωρον αὐτῶν ἐςὶ τὸ ἐπιτήδευμα *Omnino miſera eſt eorum vita* 8, 5.

Τάλαντον *Talentum* 23, 2. 3. 4. Talentum Atticum aequavit minas LX. et drachmas VI. M.

Ταμεῖον *Cella penaria* 4, 2. Sunt qui ταμεῖον praecipiant differre ab ταμιεῖῳ ſic, vt ταμεῖον ſit *cella*, *promtuarium*, *penuarium*, ſed ταμιεῖον *aerarium.* Gloſſ. vett. ταμιεῖον τὸ δημόσιον *Fiſcus*, *Erarium*. Ταμεῖον τὸ ἰδιωτικὸν *Cellarium*, *Cella* —. Librarii tamen ſaepiſſime permutarunt inter ſe vtramque formam. Vid. Duquerus ad Thucyd. p. 63 ſ.

Τάξις *Formula*, *modus*, *ratio:* ſed ἡ αὐτὴ τάξις τῶν τρόπων prooem. 1 ſunt *eiuſdem modi mores.*

Ταριχοπωλεῖα *Tabernae in quibus venduntur ſalſamenta* 6, 4.

Τάριχος, τὸ, *Salſamenta* 4, 4. Thomas Magiſter: τὸ τάριχος δεῖ λέγειν, ȣ̓χ ὁ τάριχος. Moeris: τάριχος, ȣ̓δετέρως, Ἀττικῶς· ἀρσενικῶς, Ἕλληνες. * οἱ τάριχοι *Salſamenta* 4, 4. Pollux 6, 48 καὶ ȣ̓δετέρως μὲν τὸ τάριχος οἱ Ἀττικοί. Ἴωνες δὲ καὶ Δωριεῖς, καί τινες τῶν Ἀττικῶν, ἀρσενικῶς. Vid. Audendorpius ad Tho. Mag. p. 834. Caeterum ſalſamenta erat apud Athenienſes cibus ruſticorum viliſſimorumque

rumque hominum, ita vt τάριχος dictum reperiatur de *homine nequam et ſceleſto.* vid. Caſaubonus ad Athen. p. 229.

ταχὺ *Cito: ſtatim* 6, 1. 7, 2. 10, 4. 19, 4. * ὅρα μὴ σὺ θᾶττον πιστεύσῃς *Vide ne temere credas* 1, 4. Phrynichus p. 26 τάχιον οἱ Ἕλληνες οὐ λέγουσι, θᾶττον δέ· μᾶλλον μὲν οὖν Ἕλληνες τὸ τάχιον, θᾶττον, δὲ Ἀττικοί. Poſteriora tamen verba aliena eſſe videntur. Moeris: τάχιον οὐ λέγεται παρ' Ἀττικοῖς, ἀλλὰ θᾶττον. * τὴν ταχίστην *Quam primum* 24, 3.

τε, ſequente καὶ, *Et* prooem. 2. 3. 13, 3. * abſolute 2, 3. 16, 3.

τελεῖσθαι *Initiari: imbui myſteriis Orphicis* 16, 3.

τελευτᾶν *Mori* 13, 3. 14, 2. 21, 2. 28, 3.

τελωνῆσαι *Portitorem eſſe* 6, 2. Erant autem portitores valde iniqui et improbi, ita vt etiam apud Graecos eſſent odioſiſſimi omnibus: vt intellegitur e conuiciis quae collegit Pollux 9, 32. Conf. Salmaſius de foen. trapez. p. 243 ſ.

τεράστιος· ὡς τεράστιόν τι πεποιηκὼς *Quaſi oſtentoſi*, vel potius *magni, quid fecerit: quaſi neſcio quid fecerit* 19, 2.

τέρπειν· ὅτι τέρψον τοὺς παρόντας *Oblecta conuiuas* 20, 3.

τέτρασι δραχμαῖς ἔλαττον ἀποδιδόναι *Ita reddit vt deſint quatuor drachmae* 11, 5.

τεχνῖται *Vaſcularii* 23, 2.

τιθέναι· θεῖναι τὰς ψήφους *Ponere calculos* 23, 3. * *numerare: referre in rationes* 23, 4. Vid. Hemſterhuſius ad Lucian. 340 To. 1.

τίκτειν *Parere* 20, 2.

τιμᾶν· τοῖς τιμῶσι καὶ πέμπουσιν εἰς τὰς ἑορτὰς *Quum ei dono mittunt amici diebus feſtis fercula, honoris cauſſa* 15, 1. Ita Lycius iam et Politianus verbum τιμᾶν interpretati ſunt. Lycius vertit, *Et ſi qui honoris gratia fercula mittunt amico, diebus feſtis apponenda.* Politianus, *Et iis qui honoris gratia res vllas ad celebritates mittunt.*

τιμὴ *Honor* 21, 1.

τίμιος· εὐωχοῦ τίμια *Epulare cariſſime rerum* 9, 1: vbi vid. notas.

τίς *Quis* 2, 1. add. 16, 2. 26, 1. * τίς ἐστιν ἡμέρα σήμερον *Quotus ſit hic menſis dies* 3, 2. * εἰς τίνα τρόπον κατενήνεκται *Quales ſint eius mores: quibus moribus, quo ingenio, ſit praeditus* prooem. 4. * τί γίνεται; *Quid exiſtat?* 14, 1. * τί δοκεῖ αὐτῷ τὰ τοῦ θεοῦ; *Quid ipſi videatur de coelo?* 25, 2. * ὁ δεῖνα τί ἐστι *Qualis hic*

hic vel ille ſit 28, 1. Sic legi debet, non τίς ἐϛι. hac enim lectione admiſſa, nec κακολογία extaret ſatis, nec verba πρῶτον ἀπὸ τῦ γένυς — eſſent recte adiecta. Κακολόγος enim interrogatus qualis hic vel ille ſit, debebat reſpondere breuiter, aut probum illum eſſe aut improbum. At maledicentia eum iubet etiam in parentes hominis inuehi. Latini ſic vtuntur τῷ *quid.* Vid. Heinſius ad Ouid. her. 12, 31. * τί λέγεις; *Quid audiſti? habeſne quod mihi narres?* 8, 1. * τί χρὴ ποιεῖν *Quid oporteat facere* 16, 2. * τί ποτε βύλονται *Quid tandem ſibi velint* 8, 4. * τί γὰρ δήποτε *Quidnam tandem cauſſae ſit* prooem. 1. Heſychius: τί δήποτε· διατί.

τις *Aliquis: quidam* 2, 1. 2. 3, 2. 7, 1. 25, 1 etc. * ποῖός τις ἐϛὶ *Qualiſnam ſit* prooem. 4. add. 20, 3. * Saepe comes additur Pronominibus τοιῦτος et τοιόςδε, ita vt ſignificet *fere* 1, 1. 4, 1. 5, 1. 17, 1. 24, 1, 28, 1 etc.: et nominibus Subſtantiuis 13, 1. 18, 1. 22, 1. 24, 1. 26, 1. * μὴ λέγεταί τι καινότερον *Numquid fertur noui?* 8, 1. * ἔν τινι ϛὰς *In aliqua eius parte conſiſtens* 13, 1.

τίτθη *Nutrix: femina quae mammas dat infanti* 16, 3. 20, 1. Moſchopulus in vocab. τιτθίς — τίτθη μὲν ἡ μαζὸν παρέχυσα —.

τίτυρος *Satyrus* 5, 4. Fuit *genus ſimiarum mitiorum, facie admodum grata, et geſticulatis motibus inquietarum* [Plinius H. N. 8, 54 et Solinus c. 30 extr.]. Habuerunt caudas minutas, auctore ſcholiaſta Theocriti ad Idyl. 3, 2: alioque vocabulo σάτυροι dictae ſunt. Vid., praeter Caſaubonum, Perizonius ad Aelian. V. H. 3, 40.

τοι· ἤτοι — ἢ *Aut — aut* 7, 4. * *vero* 28, 1.

τοιόςδε *Talis: is* 17, 1. 24, 1. 28, 1.

τοιῦτος *Talis: is: huiuſmodi* 1, 1. 3. 4, 1. 8, 4. 26, 1. 2 etc. * καὶ τὰ τοιαῦτα *Quo pertinent etiam haec: etiam haec ſunt eiuſdem generis* 19, 3: vt 11, 5 τὰ δὲ δὴ τοιαῦτα. Atque priore quidem loco verba illa videntur propterea addita eſſe a Theophraſto, quoniam ea quae ſequuntur, non reſpondent deſcriptioni δυσχερείας propoſitae. Sed intercedit tamen iis cum ſuperioribus hactenus ſimilitudo quaedam, quia et ipſis offenduntur aures, oculi, animus.

τόκος *Vſura* 6, 4. * τόκος τόκυ *Vſura vſurae* 10, 3: vt τόκοι τόκων apud Ariſtophanem Nubb. 1155: vbi vid. Spanhemius. * οἱ τόκοι *Vſurae* 18, 2: ſed 6, 4 οἱ τόκοι ſunt *oboli, nummuli, pecunia quam facit*

προσπίπτειν πρὸς τὸ οὖς *Inclinare ſe ad aurem Regis* 2, 5. Coniectura Valquenarii, quem pro προσπίπτων in notis oſtendimus reſcribendum cenſuiſſe προσκύπτων, diſplicet maxime propterea, quia verbo προσπίπτειν ſignificatur celeritas quaedam, digna Adulatoris temeraria leuitate, non item verbo προσκύπτειν.

προσποιεῖσθαι *Attendere: animum aduertere: audire* 1, 2: vbi Nedhamus temere eiecit δόξει. nam φήσει, quod ſequitur, ſatis declarat, librarios, per incuriam, omiſiſſe δόξει. * *ſimulare* 1, 2. 23, 4.

προσποίησις πράξεων καὶ λόγων *Simulatio diſſimulatione in factis et in dictis* 1, 1. * προσποίησίς τις λόγων καὶ πράξεων *Quum quis dicit aliquid et facit* 13, 1. Caſaubonus aliique interpretes reddunt per *ſimulatio*, repugnante re ipſa. Nam περίεργος non ſimulat ſe dicere vel facere quidquam, ſed vere dicit et facit omnia. Et enim vt verbum προσποιεῖσθαι dicitur omnino de iis qui ſibi aliquid ſumunt, tribuunt, vindicant, ſuſcipiunt [vid. Kuſterus V. M. 1, 24], ita etiam nomen προσποίησις vſurpatur de eo qui aggreditur et inſtituit dicere vel facere ea quae nemo ab eo poſtulare iure et recte poſſit, neque adeo poſtulet.

προσπταίειν *Offendere* 15, 3.

προσπταίσματα *Tubercula: vulnera quae exiſtunt quum quis digitos offendit, ita, vt cutis laceretur* 19, 2.

προσπτύειν *Conſpuere* 19, 4. Conſtruitur cum Datiuo.

aliquas mecum ſit agniturus. Atque illud quidem in primis: quod et haec et illa cum legas, ſcias facile ab Ariſtotelis diſcipulo vtraque eſſe profecta. Sed nimirum doctos homines qui aliter exiſtimarunt, mouit locus ille in epiſtola προσφωνητικῇ, vbi ait auctor, ſe haec ſcripſiſſe, cum annum aetatis iam abſoluiſſet vndecenteſimum: id enim Ereſio Theophraſto conueuire non poſſe: quippe cuius vitae terminum ſtatuat diligentiſſimus auctor, Diogenes Laërtius, annum octuageſimum quintum. Nos quoque olim impulit haec ratio, vt de menda ſuſpectum Theophraſti locum haberemus. nam vt propter hoc vnum argumentum negaremus Ariſtotelei Theophraſti librum hunc eſſe, adduci nunquam potuimus. Putabamus igitur ſcribendum eſſe in libelli huius initio, non ἐννενήκοντα ἐννέα, vt omnes libri habent: ſed, vt ait Laërtius, ἑβδομήκοντα ἐννέα. Neque enim veriſimile nobis videbatur, aut Laërtii codices hic falſos eſſe, aut ipſum. Nam ſi ita eſſet, aiebamus, et ad centeſimum vſque annum Theophraſtus vitam produxiſſet, non videtur M. Tullius [Tuſc. 3, 28] quo loco querelam Theophraſti morientis de breuitate vitae humanae refert, taciturus fuiſſe, quam longam nactus ille vitam, de natura tamen quereretur. videtur etiam Cenſorinus vir vndecunque doctiſſimus, cum pleroſque veteres philoſophos longaeuos in libro de die natali, cap. xv. nominaret, Theophraſtum non fuiſſe omiſſurus. Multo vero minus Lucianus, qui ex profeſſo omnes pene μακροβίους philoſophos libro ſingulari collegit, hunc tanti praeſertim nominis virum omiſiſſet. Haec igitur nos olim, vt arbitramur etiam nunc, non ſine aliqua ratione. etſi de emendatione verborum Theophraſti, propter eas cauſſas, quae ibi exponentur, ſententiam mutauimus. Atque ex iis, quae eo loco ſcripſimus, ſatis patet illorum error, qui aut Theophraſtum aliquem alium a diſcipulo Ariſtotelis comminiſcuntur, aut omnino Theophraſtum fuiſſe huius libri patrem negant. Verum de auctore quidem ſatis ſuperque.

Argumentum autem et ſubiectum ſcripti iſtius philoſophicum plane eſt: de moribus enim hominum hic agitur, et ad bene honeſteque vitam degendam nobis hoc ſcripto praeire Theophraſtus voluit: quo nihil eſt φιλοσοφικώτερον, nihil philoſopho dignius. Enimuero morum conformandorum, quod ethicus philoſophus praerogatiuae iure quodam, quaſi proprium ſibi aſſumit, non vna eſt a veteribus ſapientibus inuenta et exculta ratio. Nam idem hic, ſi proprius attendimus, et ethici philoſophi, et hiſtorici, et poëtae finis eſt: verum illius quidem ἁπλῶς horum non ἁπλῶς habent enim hoc amplius et hiſtoricus et poëta ſuos peculiares fines: ille, vt rerum geſtarum memoriam conſeruet: et vt lectorem ſuum iis maxime praeceptis quae ad remp. bene gerendam neceſſaria ſunt, inſtruat: hic, vt τὸν ἀκροατὴν iuuando ſimul etiam delectet. Quare tendunt quidem eodem omnes quodammodo: ſed diuerſis tamen itineribus. Philoſophi ratio ſimplex eſt, et, vt ſic dicam, recta directaque via: de virtute enim et vitio diſputans, illam ſequendam, hoc fugiendum, nos docet: et ad eam rem praecepta nobis ſuggerit. Hiſtoricus et poëta, non virtutes nec vitia in abſtracto (vt loquuntur) nec eorum cauſſas naturamue, quod philoſophorum eſt: ſed his praeditos homines conſiderant: factaque nobis et mores vtrorumque explicantes, imitandorum atque fugiendorum exempla ſuppeditant: et tacite quodammodo nos inſpicere in vitas hominum iubent, atque ex aliis ſumere exemplum nobis. Rurſus autem magna eſt lataque inter hiſtoricum et poëtam differentia: ille res geſtas, vti geſtae ſunt, ſimpliciter narrat: hic et geſtas, (non enim omnia fingunt, ſed multa affingunt tantum poëtae, ait veriſſime ſcriptor eruditiſſimus Strabo) et quae geri potuerunt, cum decenti imitatione exequitur: vnde illi ποιητὴς, vt Plato [in Sympoſ.] docet, nomen inditum: quia rerum, quas refert, non narrator ſolum vt hiſtoricus: ſed quaſi fabricator eſt et auctor: quod ille

ille imitandi artificio praeſtat. Omnis enim poëta *μιμητὴς*, ait idem Plato. Ipſorum quinetiam poëtarum, multiplex eſt inter ipſos diſcrimen: differunt enim, vt docet Ariſtoteles [lib. de Poëtica cap. 1] *τῷ ἑτέρους, τῷ ἑτέρως, τῷ ἑτέροις μιμεῖσθαι.* Quorſum haec? vt appareret, libellum hunc, medii cuiusdam eſſe inter philoſophorum et poëtarum ſcripta generis. Subiectum quidem eſt de moribus: quos emendare, vnicus eſt auctori in hoc opere finis propoſitus: atque hoc ſaltem illi cum ethico philoſopho commune eſt, et ambobus proprium. Caeterum tractatur hoc ſubiectum, non more philoſophorum: ſed nouo quodam docendi genere, quod deſcriptione conſtat eorum quae homines aut hac aut illa virtute vitioue praediti, facere *ἢ τοιοῦτοί εἰσι* conſueuerunt: *διαφέρει δ' οὐδὲν* (inquit philoſophus, quarto Nicomacheorum) *τὴν ἕξιν ἢ τὸν κατὰ τὴν ἕξιν σκοπόν.* Fit autem hoc a Theophraſto magna ex parte *μιμητικῶς* quod poëtarum eſſe, ſupra poſuimus. Itaque plurima inuenias in his breuibus reliquiis, quae veluti tabulae e naufragio ſuperſtites vtcunque remanſerunt, ex quibus huius operis cum poëtis, ſcenicis maxime et comicis, quos eſſe optimos exprimendorum morum artifices ſcimus, affinitas percipi queat: vt ſuis locis cum cura eſt a nobis indicatum. Mores igitur hominum ita hic olim erant deſcripti, vt liceret tanquam in ſpeculo hinc virtutis ſplendorem et pulcherrimam intueri faciem: illinc vero vitiorum turpitudinem et dedecus animaduertere. Nunc, melior eius pars, proh dolor! intercidit. nam et ea pars, quae erat de virtutibus, tota hodie deſideratur: et illius quae de vitiis, haud ſcio an portio ſaltem *ἀξιόλογος* fuerit, quantumcunque eſt, quod ad nos peruenit. Quota enim eſt obſecro vitiorum pars quae hic continetur?

Nomen porro *χαρακτῆρες* quo ſuum hoc opus Theophraſtus appellauit, a re impoſitum eſt, itaque argumento libri conuenit vt nihil ſupra. Erat namque

hoc tanquam exemplar et ſpeculum quoddam morum, vbi virtutis et vitii cuiuſque expreſſae notae cernebantur. Propterea fuere Critici, qui ita libri huius titulum conciperent, Θεοφράστου χαρακτῆρες περὶ ἰδιωμάτων· vt in libris nonnullis recentioribus ipſi inuenimus: ſed hoc ineptum et ab hominibus indoctis profectum. Verus eſt titulus Ἠθικοὶ χαρακτῆρες, qui tantundem ferme valet, ac ſi dixiſſet, Εἰκόνες ἠθῶν (ſiue εἰκονισμοὶ, vt appellat Seneca ep. xcv) hoc eſt, *Imagines morum:* ſicut Cicero comicos appellat *imaginem vitae quotidianae:* et magnus Baſilius [ep. 1 ad 5. Gregorium] vitas ſanctorum virorum, εἰκόνας ἐμψύχους τῆς κατὰ θεὸν πολιτείας. Εἰκὼν et χαρακτὴρ atque ἔσοπτρον ſaepe eandem vim habent. Quare etiam, quod D. Paulus ad Coloſſ. 1, 15 dixit, Chriſtum eſſe εἰκόνα τοῦ ἀοράτου θεοῦ, in ea ad Hebraeos [cap. 1, 3] voce χαρακτὴρ eſt expreſſum. In libro autem Sapientiae in eadem ſententia vtitur auctor vocibus ἔσοπτρον et εἰκών. Porro is verus eſt cuiuſque rei χαρακτὴρ, ea vera imago, quae illius naturam optime exprimit. Ideo Hebraei ſapientes naturam vocant טבע, quaſi dicas χαρακτῆρα, aut σφραγῖδα. nam illis טבעת *ſigillum* ſignificat. Veteres vero quidam, qui poſt Theophraſtum idem argumentum tractarunt, μικρὸν παρεγκλίνοντες, vt diceret Ariſtoteles [vid. lib. II. Nicomach. c. 1] χαρακτηρισμοὺς vocarunt, quos ille χαρακτῆρας· quidam longius abierunt, et ſimilium ſcriptorum titulos diſſimiles (vti fere fieri videas) ſunt commenti. Seneca ad Lucilium, epiſtola xcvi. *Ait vtilem futuram eſſe deſcriptionem cuiuſque virtutis. Hanc Poſidonius Aetiologiam* (male *Ethologiam.* vide Quintilianum) *vocat: quidam χαρακτηρισμὸν appellant, ſigna cuiuſque virtutis et vitii ac notas reddentem, quibus inter ſe ſimilia diſcriminentur. Haec res eandem vim habet quam praecipere. Nam qui praecipit, dicit, Illa facies, ſi voles temperans eſſe. Qui deſcribit, ait, Temperans eſt, qui facit illa, qui illis abſtinet. Quaeris quid interſit? Alter praece-*

praecepta virtutis dat : alter exemplar. Deſcriptiones has, et vt publicanorum vtar verbo, εἰκονισμοὺς, *ex vſu eſſe confiteor.* Pulcherrime iſta Senecae explicant noſtri huiuſce libri ἐπιγραφήν· quam poſſis cum Seneca vertere *De ſignis ac notis morum.* Simplicius tamen nos, et vt in inſcriptione, breuius, *Morum deſcriptiones,* auctore Cicerone: qui in Topicis [c. 22] deſcriptiones Latine dicit, quos Graeci, inquit, χαρακτῆρας alii rhetores χαρακτηρισμοὺς dixerunt, vt Rutilius Lupus. nam peſſime hodie in eius libris *chreſteriſmus* editum eſt, pro *characteriſmus.* eius locum infra deſcribemus. Poteramus et *Notationes morum:* idque fortaſſe rectius: niſi M. Tullium ſequi libitum fuiſſet. Auctor ad Herennium. [lib. 4, 50] *Notatio eſt, cum alicuius natura certis deſcribitur ſignis, quae ſicuti notae quaedam, naturae ſunt attributa.* quo loco extat ſane quam elegans et graphica oſtentatoris pecunioſi deſcriptio. Huius item generis ſunt illae deſcriptiones morum, quas Libanius et alii ſophiſtae appellarunt ἠθοποιΐας ἠθικὰς, διὰ τὸ μόνον ἦθος εἰσφέρειν. in his olim dicendi magiſtri ſuos diſcipulos magno cum fructu ſoliti exercere. De genere orationis huiuſmodi deſcriptionibus accommodatae ita ſcribit Theon ſophiſta, ſiue Libanius: ἐργάσῃ τὴν ἠθοποιΐαν χαρακτῆρι σαφεῖ, συντόμῳ, ἀνθηρῷ, ἀπολύτῳ, ἀπηλλαγμένῳ πάσης πλοκῆς τε καὶ σχήματος. *Vteris*, ait, *in deſcriptionibus morum charactere perſpicuo, breui, florido, ſoluto*, (is eſt, quem Sophronius apud Photium [Cod. 5] ἀφοριστικὸν vocat) a quo abſit omne inuolucrum ſiue artificium curioſius et figura. Non longe abit ab hac forma Theophraſti in hoc libello character. Atque haec quidem ita. nunc illud vice corollarii adiiciemus. Et apud Graecos Satyrus antiquiſſimus Peripateticus, et apud Romanos doctiſſimus Varro, libros, non diſſimilis, vt videtur, argumenti ediderunt: quos tamen non χαρακτῆρας, ſed περὶ χαρακτήρων inſcripſerant. Varronis librum laudatum aliquoties apud

Latinos grammaticos reperimus: verum ita, vt de eius argumento pro certo quicquam pronuntiare non poſſimus. ac fieri poteſt, vt ſit ipſe quem Nonius *De proprietate ſcriptorum* vocat. quod ſi eſt, nihil huc ſcilicet facit. Satyri vero librum affinem huic Theophraſteo fuiſſe argumenti ſimilitudine, ferme mihi perſuaſit aliquando hic ex illo locus, ab Athenaeo [lib. 4, 19] prolatus, quem apponam: dignum profecto vbique, non ibi tantum, legi. Eſt autem character hominis aſoti: Οἱ πολέμιοι τῆς οὐσίας ὑπάρχοντες, κατατρέχοντες τὸν ἀγρὸν, διαρπάζοντες τὴν οἰκίαν, λαφυροπωλοῦντες τὰ ὑπάρχοντα, σκοποῦντες, οὐ τί δεδαπάνηται, ἀλλὰ τί δαπανηθήσεται· οὐδὲ τί περιέσται, ἀλλὰ τί οὐ περιέσται· ἐν τῇ νεότητι τὰ τοῦ γήρως ἐφόδια προκαταναλίσκοντες· χαίροντες τῇ ἑταίρᾳ, οὐ τοῖς ἑταίροις· καὶ τῷ οἴνῳ, οὐ τοῖς συμπόταις. Poſtremo ne illud quidem praetermittam quod eſt a veteribus criticis probe, vt mea ſententia fert, obſeruatum. Aiunt illi, Homerum fontem illum ingeniorum, huiuſmodi deſcriptionum primum auctorem eſſe: eundemque ſuo exemplo cum aliis praeiuiſſe, tum etiam noſtro huic auctori, quando iſti operi manum admoueret. Nam ſimilem eſſe fortis et ignaui characterem hunc apud poëtam Iliad. lib. XIII. Ἔνθ᾽ ὅ, τε δειλὸς ἀνὴρ ὅστ᾽ ἄλκιμος ἐξεφαάνθη. Τοῦ μὲν γάρ τε κακοῦ τρέπεται χρὼς ἄλλυδις ἄλλη, Οὐδέ οἱ ἀτρέμας ἧσθαι ἐρητύετ᾽ ἐν φρεσὶ θυμός· Ἀλλὰ μετοκλάζει, καὶ ἐπ᾽ ἀμφοτέρους πόδας ἵζει. Ἐν δέ τε οἱ κραδίη, μεγάλα στέρνοισι πατάσσει κῆρας ὀϊομένῳ· πάταγος δέ τε γίγνετ᾽ ὀδόντων. Τοῦ δ᾽ ἀγαθοῦ, οὔτ᾽ ἂρ τρέπεται χρὼς, οὔτέ τι λίην ταρβεῖ, ἐπειδὰν πρῶτον ἐσίζηται λόχον ἀνδρῶν· ἀρᾶται δὲ τάχιστα μιγήμεναι ἐν δαῒ λυγρῇ. Haec veterum eſt obſeruatio. Sunt et apud alios vtriuſque linguae optimos ſcriptores ſimilem in modum accuratae deſcriptiones: quas diligenter obſeruaſſe, non ad eloquentiae ſolum ſtudia, ſed (quod antiquius eſſe debet) ad naturam virtutum et vitiorum penitus cognoſcendam, vtile fuerit et conducibile.

ISAACI

ISAACI CASAVBONI
AD
THEOPHRASTI CHARA CTERES ETHICOS
LIBER COMMENTARIVS

PRAEFATIO

Ἤδη μὲν καὶ πρότερον πολλάκις] Oſtendit Theophraſtus, non imparatum ſe ad huius operis ſcriptionem accedere: ſed re ſaepius ſecum conſiderata, expenſaque. Ideo ait ἐπιϛήσας τὴν διάνοιαν· familiari Ariſtoteli, et aliis philoſophis loquendi genere. ſimplicius Xenophon initio Παιδείας, Ἔννοιά ποτε ἡμῖν ἐγένετο. et initio Commentariorum, Πολλάκις ἐθαύμασα. At noſter mox quoque verbis ſignificantiſſimis vtitur, συνθεωρήσας, et παρατεθεαμένος· quae dictiones, θεᾶσθαι, inquam, et θεωρεῖν, a rebus diuinis originem habentes, de quibus dum attentius meditamur, ſimus ipſi quodammodo diuini, et vt philoſophus ait in decimo Nicomacheorum [cap. 7], nos ipſos ἀπαθανατίζομεν· poſtea ad eas res ſunt translatae, quas cum magna voluptate, vel magna cum attentione contemplamur. Eodem ſpectat et quod ait, ſe ὡμιληκέναι παντοδαπαῖς ἀνθρώπων φύσεσιν· fuit enim neceſſe vt qui deſcribere hominum mores cogitaret, cum diuerſae naturae et ingenii hominibus verſaretur. Sic Plato III. de Republica dicebat, eum qui futurus ſit bonus iudex, debere παντοδαπαῖς φύσεσιν ὡμιληκέναι. Horatius ad Piſones [v.317 f.] *Reſpicere exemplar vitae morumque iubebo doctum imitatorem, et viuas hinc ducere voces.* Ita locum

cum habet hic quoque familiaris ille naturae rerum circulus. Nam ex diligenti vitae hominum obſeruatione confecta eſt haec morum depictio: ex huius veluti tabulae contemplatione non otioſa, vitae et morum naſcetur emendatio.

τί γὰρ δή ποτε τῆς Ἑλλάδος] Legi malim, τί δή ποτε πάσης τῆς Ἑλλάδος· ſicut mox, πάντων τῶν Ἑλλήνων. Duas hic notat cauſas varietatis illius, quae in hominum moribus atque inſtitutis cernitur: locorum poſitionem, et inſtitutionem a pueris. Illud quam magnum ad eam momentum ſit, et experientia arguit, et philoſophi, geographi, aſtronomique vel docent, vel docere conantur: tangit etiam Hippocrates in libro de aëre, aquis, et locis: et Galenus multis locis. mitto quae Polybius, Seneca, Cicero, aliique multi ſuper hoc non vno loco. *Ingenia hominum*, ait Curtius lib. VIII, *vbique locorum ſitus format.* In inſtitutione autem puerili, non dicam multum momenti: ſed pene dixerim, τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν eſſe poſitum. Quod ait, Graeciam totam eidem ſubiectam eſſe caeli regioni, Graecoſque omnes eadem diſciplina ſolitos imbui, accipiendum eſt vt dictum παχυμερέστερον, ac minus ἀκριβῶς. Nam vt demus in eadem inclinatione caeli Graeciam totam (non enim hic loquimur de magna Graecia, aut Graecis Aſiaticis, ſed de ea tantum Graecia (quae velut matrix omnium Graecarum coloniarum erat) fuiſſe: tamen ſi eiuſdem partes inter ſe compares, reperies differentiam fuiſſe et in aëribus regionum et in habitantium ingeniis mirum quantam. Ne longe abierim, quis neſcit in Boeotia alium longe caeli hauſtum fuiſſe, alium in continenti Attica? longeque craſſiore aëre vſos quam ipſorum vicinos Athenienſes? Notum illud [Horat. 2. ep. 1, 244] *Boeotum in craſſo iurares aëre natum.* Itaque etiam ingenia longe diuerſa, vt ex Graeca hiſtoria cuiuis notum. Idem de reliquis terrae Graeciae regionibus dici poteſt. Quid autem de inſtitutione? An putamus ſimiliter ſuos liberos

roſ inſtituiſſe Athenienſes et Lacedaemonios? Imo vero ita diuerſa erat educatio, vt difficilius ſit reperire in quo conuenirent, quam in quo differrent. Quare, vt modo diximus, commoda interpretatione iuuandum hoc Theophraſti dictum: deque iis tantum accipiendum, quae Graecis ſolis propria, iiſque omnibus communia erant: Barbaris autem, aut eorum pleriſque, non item. Putauimus aliquando locum totum ſic eſſe legendum: *τί δή ποτε τῆς πόλεως ἁπάσης, ὑπὸ τὸν αὐτὸν ἀέρα κειμένης καὶ πάντων τῶν πολιτῶν ὁμοίως παιδευ.* Mouebat hoc etiam, quod Theophraſtus toto hoc libello de Athenienſibus tantum videtur agere. omnia enim ad mores Athenienſium et ea, quae fieri in ea vrbe ſolebant, referuntur. Veruntamen nunc placet magis, vt nihil mutemus: ſed locum ita vt ſupra expoſui accipiamus. Nam quod de Athenis ita, quaſi de tota Graecia loquitur, haec quoque cauſſa eſſe poteſt: quod illa vrbs dum floruit, ocellus Graeciae, et Ἑλλάδος Ἑλλὰς fuit: vt non ſine ratione, ſicuti Roma *ἐπιτομὴ τῆς οἰκȣμένης*, et populus Rom. *δῆμος τῆς οἰκουμένης* a Polemone oratore, vt referunt Galenus et Athenaeus, vocatus eſt: ita Athenae *Ἑλλάδος ἐπιτομή*, et populus Athenienſis *δῆμος τῶν Ἑλλήνων* dici potuerit. Propterea ait Menander apud Alciphronem in epiſtola ad Glyceram, videre ſe *ἐν ταῖς Ἀθήναις τὴν Ἑλλάδα ὅλην, τὴν Ἰωνίαν, τὰς Κυκλάδας πάσας.* Recteque meo iudicio et vere Philo Iudaeus, in diſputatione, *ὅτι πᾶς σπȣδαῖος ἐλεύθ. ὅπερ ἐν ὀφθαλμῷ κόρη ἢ ἐν ψυχῇ λογισμὸς, τȣτ' ἐν Ἑλλάδι Ἀθῆναι.* Caeterum *περὶ τῆς τῶν τρόπων γενέσεως* egregius eſt Theophraſti noſtri locus, quem deſcripſit et nobis conſeruauit Porphyrius in libro III. *περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων.* Diligens lector ibi requirat: nobis enim is liber nunc ad manum non eſt: qui iſta recenſemus non per otium in muſeo, ſed *οὐδȣ πάρεργον ἐν ἀποδημίᾳ*, omnibus ſtudiorum praeſidiis deſtituti.

[2] *καὶ βεβιωκως*] Malim, ἄτε βεϐ. vel ἄτε καί. Locum ſubobſcurum dedimus operam vt planum verſio redderet.

ἔτη ἐννενήκοντα ἐννέα] Ita legitur etiam in antiquis quatuor codicibus Palatinae bibliothecae et aliis quos vidimus omnibus. Memini etiam in Ioannis Tzetzae Chiliadibus hunc locum ita deſcriptum reperiri, et ſimiliter annos centum vno dempto attribui Theophraſto hunc librum ſcribenti. Quod etſi mirum eſt, propter tot auctorum ſilentium, qui longaeuos philoſophos recenſuerunt: poteſt tamen vnius ſaltem teſtis, eiuſque admodum ἀξιοπίστου, auctoritate defendi. Ait enim Hieronymus in epiſtola ad Nepotianum, *Vnde et ſapiens vir Graeciae Theophraſtus* (ita omnino ſcribendum, non *Themiſtocles*) *cum expletis centum et ſeptem annis ſe mori cerneret, dixiſſe fertur, ſe dolere, quod tum egrederetur e vita, quando ſapere coepiſſet.* Quare, niſi diuerſe traditum fuit ab antiquiſſimis ſcriptoribus tempus quo vixit hic philoſophus, dubium non eſt, mendum eſſe in Diogenis Laërtii codicibus. Error fortaſſe ex notis ortus: et οθ' perperam ſcriptum, cum ſcribi deberet ρζ', vel ρθ'. Nuſquam non iſto modo in bonis vtriuſque linguae ſcriptoribus eſt peccatum. Ac commodum mihi nunc in mentem venit locorum quorundam Plinii ſimiliter deprauatorum: quos obiter hic emendare non pigebit: praeſertim quum de Theophraſto ibi agatur. Lib. XXIII. cap. VII. de minio loquens, ita ſcribit Plinius, *Theophraſtus* CX. *annis ante Praxibulum Athenienſium magiſtratum, quod tempus exit in vrbis noſtrae* CCXL. *annum, tradit inuentum.* ſic habent omnes quos licuit videre codices: neque aliter in nouiſſima editione Lugdunenſi: quae editio, ſi verum dicere licet, tanto nil dignum praeſtat hiatu. Legendum aio, *quod tempus exit in vrbis noſtrae* CCCCXXXIX. *annum.* Praxibulus, cuius meminit Theophraſtus in libello περὶ λίθων, vnde haec tranſcribit Plinius, archon Athenis fuit, anno ſecundo olym-

olympiadis centeſimae decimae ſextae: quo anno eum librum ſcribebat Theophraſtus, vt ex eius lectione apparet. eum autem annum incidere in annum V. C. CCCCXXXIX. non alio teſte probare melius poſſumus, quam ipſo Plinio. Is igitur alio loco annum tertium eiuſdem olympiadis, quo archonta (ſiue vt Cicero aliquando [de diu. 1, 54] vertit, *praetorem;* vt Plinius ſaepe, *magiſtratum*) habuere Athenae Nicodorum, vrbis Romae quadringenteſimum quadrageſimum ait fuiſſe: vt neceſſe ſit annum ei proximum qui habuit archonta Praxibulum, eſſe annum V. C. quadringenteſimum trigeſimum nonum. Sic autem Plinius libro tertio, *Theophraſtus qui primus externorum aliqua de Romanis diligentius ſcripſit, Circeiorum inſulae et menſuram poſuit, ſtadia LXXX. in eo volumine quod ſcripſit Nicodoro Athenienſium magiſtratu: qui fuit vrbis noſtrae* CCCCXL *annus.* Ita ſcribi debuit hic locus, foede in omnibus quas hactenus vidi editionibus corruptus. *magiſtratu*, inquam, legendum, non *magiſtratui.* non enim ἄρχοντι Νικοδώρῳ, ſed ἄρχοντος Νικοδώρου, Plinius dicere voluit. Iam diximus Plinium ſaepe illud ἄρχοντος Graecorum in hiſtoria Attica, vertere *magiſtratu.* Sic et Seneca epiſtola XVIII. *Hoc certe in his epiſtolis ait, quas ſcripſit Charino magiſtratu ad Polyaenum.* At in vulgatis Senecae editionibus ſcriptum inuenias *Charino de magiſtratu:* falſo. nam Χαρίνου ἄρχοντος dicere auctor voluit: et in meo ſcripto codice non extat illud *de.* Fuit Charinus hic archon anno primo Olympiadis CXVIII. auctor Diodorus libro XX. Agebat Epicurus tunc temporis annum XXXV. ſiquidem natus eſt ille tertio anno Olympiadis centeſimae nonae: denatus autem anno altero Olympiadis CXXVII. quod noto, vt obiter Laërtii vulgatas editiones emendem, in quibus male ſcribitur obiiſſe Epicurum κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος ἑβδόμης καὶ ἑκατοστῆς ὀλυμπιάδος. vera lectio eſt, τῆς εἰκοστῆς ἑβδόμης καὶ ἑκατοστῆς ὀλ. Sed vt ad Plinium redeam, falſiſſime ſane legunt

legunt vulgo CCCCLX. in ſuperiore loco. legendum enim, vt nos emendauimus, et quidam etiam veteres codd. habent, CCCCXL. Mitto rationes chronologicas, quas de facili poſſim afferre. Plinium ipſum malo: cuius haec ſunt libro XIII. cap. XVI. *Theophraſtus qui primus a Magni Alexandri aetate ſcribit quae circa vrbis Romae quadringenteſimum quadrageſimum geſta ſunt annum.* Non alia iam confirmatione opus habent ſuperiores emendationes: et alioqui res eiuſmodi eſt, quae inſpectione magis faſtorum Graecorum Latinorumque indigeat, quam longiore probatione.

κατὰ γένος ὅσα τυγχάνει γένη] Ita accipe: exponam tibi: quid? *ὅσα γένη*. quomodo autem? *κατὰ γένος*. Illis declaratur ſubiectum: his modus et ratio eius tractandi. Legimus vero *προσκείμενα* non *προκείμενα*, vt vulgo. nam mores ſunt accidentia quaedam, quae nobis *πρόσκειται* et inhaerent, atque habitus per quos dicimur *ποιοί*. M. Tullius mores comparat vnguentis, quibus corpus extrinſecus oblinitur, cum ait in Bruto, *Ita peregrinata eloquentia tota Aſia eſt, vt ſe externis oblineret moribus.*

ὃν τρόπον τῇ οἰκονομίᾳ χρῶνται.] Verba ſonant, *quomodo rem adminiſtrent familiarem.* Maluimus tamen aliter vertere: quia in pleriſque capitibus de familiae adminiſtratione nihil legas. Caeterum quod generaliter his verbis dicitur, caute accipiendum, cum hac reſtrictione, quod ad illa attinet quae faciunt, *ἢ τοιοῦτοί εἰσιν ἢ τοιοῦτοι.*

³ *τοὺς υἱοὺς ἡμῶν*] Videtur Theophraſtus cum haec ſcribebat, vel natura vel adoptione liberos habuiſſe: quorum tamen neque Laërtius meminit: neque vlla eorum in teſtamento Theophraſti mentio. Mouerit hoc fortaſſe aliquem: ſed enim multi caſus interuenire potuerunt poſt ſcriptum hunc librum, qui liberis illum orbum facerent. Quid ſi vero *συλληπτικὸν σχῆμα* eſſe dicamus, et in ſcribendo et in loquendo valde vſitatam

tam figuram? Adde, quod olim ſenes a iuuentute patres ſalutari ſolebant.

4 πρῶτον μὲν ὖν] Pertinet hoc ad ordinem quem toto libro erat ſecutus: primum, inquit, de εἰρωνεία verba faciam: deinde reliqua animi παθήματα ſigillatim deſcribam. Quod ſequitur, καὶ ἄρξομαι πρῶτον ἀπὸ τῆς εἰρωνείας, non eodem referendum, ſed ad methodum quam in ſingulis capitibus eſt ſeruaturus: quae ea eſt, vt vitium ipſum rudi deſcriptione initio ſtatim adumbret: deinde vitioſum hominem ſuis coloribus depingat, iis commemorandis quae facere ſolet, quatenus talis eſt: puta, ὁ εἴρων, qua eſt εἴρων. Nonnunquam etiam breuem monitionem, velut ἐπιμύθιον quoddam, et epicithariſma poſt fabulam adiicit.

ὥσπερ ὑπερεθέμην] Quidam ὑπεθέμην. quod eſt vſitatius. ſed nihil fortaſſe mutandum. Sic in Rhetorica ad Alexandrum [cap. 18] συλλήβδην δὲ τὰς πάσας πίστεις καθάπερ ὑπερεθέμεθα, διεξεληλύθαμεν. Scripta lectio ἐπεθέμην. vitioſe, pro ὑπεθέμην.

AD CAPVT I

ΠΕΡΙ ΕΙΡΩΝΕΙΑΣ

Ἡ μὲν ὖν εἰρωνεία] Ante omnia ſciendum eſt, in vocibus εἴρων et εἰρωνεία latere homonymiam. Alias enim εἴρωνα eum vocant Graeci, qui ita ſit factus, vt de ſe ſemper intra modum loquens, potius ſibi ea bona demat quibus eſt praeditus, quam alieni quicquam tribuat. Talis olim Socrates fuit, et poſtea Africanus, teſte Fannio apud M. Tullium [lib. 2 de Orat. c. 67]: quos nemo propterea vituperauit, inquit ille. etſi, vt ex eodem Tullio diſcimus, reperti ſunt etiam philoſophi, quibus Socratis εἰρωνεία adeo non probaretur, vt non dubitarint eum ſcurram Atticum nominare, vt

eſt in primo de natura deorum [c. 36]. Haec εἰρωνεία et iocandi ratio admodum olim familiaris Athenienſibus fuit: ideo ait Anacharſis apud Lucianum [de Gymnaſiis p. 739 To. 1] τοῦτο ἐκεῖνο ἦν ἄρα, ὃ ἐγὼ περὶ ὑμῶν ἤκουον τῶν Ἀθηναίων, ὡς εἴητε εἴρωνες ἐν τοῖς λόγοις. et alibi [Prometh. p. 25 To 1] idem εἰρωνείαν καὶ μυκτῆρα Ἀττικὸν commemorat: Seneca [Suaſ. 1] *naſum Atticum.* Eandem ob cauſam Epicurus homo non aptiſſimus ad iocandum, Ciceroni dicitur *minime reſipiens patriam*, ſecundo de natura deorum [c. 17]. ſic enim omnino legendum non *reſpiciens.* Alias vero non cum laude haec vox dicitur; ſed ſummo potius cum probro: de eo enim vſurpatur, qui ſimulare et diſſimulare quiduis didicit, non per iocum nec modeſtia vlla, ſed ſui commodi cauſa, et vt alteri incommodet. Sic apud comicos εἴρων inter grauiſſima conuicia ponitur, vt apud Ariſtophanem [Nebb. 1, 5. 11]. In ſacris autem literis εἴρων hic, et εἰρωνεία nominari ſolent, ὑπόκρισις et ὑποκριτής, vocibus ſignificantiſſimis: quas Themiſtius ſua aetate ea notione ſolitas vſurpari in oratione quadam notat. Atque haec eſt ea εἰρωνεία, iſque εἴρων de quo Theophraſtus hoc toto capite. Ariſtoteles contra in Nicomacheis [lib. 4, 13] priorem illam intelligit, non hanc poſteriorem. quod moneo, quia video doctos viros aliter haec accepiſſe: in quo ſane eos ratio fugit, vt ex ſequentibus apparebit. Porro εἰρωνείαν de qua hic, non placuit *diſſimulationem* dicere: nimis enim anguſta eſt ea vox, vt etiam Quintiliano viſum: cum hic non de diſſimulatione agatur, qualis fuit illa Socratica: ſed longe vt diximus alia, cum diſſimulatione, tum etiam ſimulatione: eorum nimirum qui ob turpem aliquam cauſſam, tam ſimulant ſe habere aut agere, quod non habent, aut non agunt: quam de iis qui quod habent aguntue, diſſimulant. Cicero de hac ironia loquens, vtramque vocem ſolet coniungere. Officiorum libro tertio [cap. 15], *Quod ſi Aquiliana definitio eſt vera, ex omni vita ſimulatio diſſimulatioque tollenda*

lenda eſt. Et mox, *Ita nec vt emat melius, nec vt vendat, quicquam ſimulabit diſſimulabitue vir bonus.* Saluſtius Catilin. [cap. 5] *cuiuslibet rei ſimulator ac diſſimulator.* Idem auctor *falſum* vocat hominem εἴρωνα [Catilin. c. 10]: et re vera, εἰρωνεία hic deſcripta, *fallacia* eſt. Nos malumus tamen vel *ironiam* (quando eam vocem ciuitate Romana Tullius ipſe donauit) vel *cauillationem*, vitium hoc Latine dicere. vix enim aliam dictionem Latinam reperias quae Graecae ſit magis ἀντίστροφος. ſimilis enim in ea latet homonymia. Gloſſarium, *Cauillatio*, κακοήθεια, εἰρωνεία. Sic accipitur verbum *Cauillari* apud Liuium [lib. 39, 13 et 42] aliosque. Plutarchus hominem εἴρωνα, qualis hic deſcribitur, vocat πανοῦργον καὶ ἀναλήθη, in comparatione Alcibiadis cum Coriolano. ſic Syneſius in Dione εἰρωνείαν et ἀλήθειαν opponit. Poſſis etiam εἰρωνείαν Latine dicere *vernilitatem.* Seneca epiſtola xcv. *Interdum obnixe petimus, id quod recuſaremus, ſi quis offerret.* lib. II. de beneficiis cap. XI. *quidam verniliter reiiciunt, quae magis ad ſe volunt attrahere.*

¹ προσποίησις ἐπὶ χεῖρον πράξεων καὶ λόγων] Haec Theophraſti definitio, ſiue deſcriptio. Ariſtoteles vero ſic, προσποίησις ἐπὶ τὸ ἔλαττον ὁμοίως ἐν λόγοις καὶ ἐν πράξεσιν. Hanc definitionem hauſimus partim ex libro quarto [cap. 13], partim ex ſecundo [cap. 7] Nicomacheorum. Differentia in vnica voce poſita eſt. Ariſtoteles ait, ἐπὶ τὸ ἔλαττον, *in minus:* de eo enim irone intelligebat, qui omnia minora fingeret: Theophraſtus, ἐπὶ τὸ χεῖρον, *in peiorem partem:* quia de eo loquebatur qui non deteriora tantum ſua fingeret: ſed omnia etiam ad malum aliquem finem referret: quod perpetuo obſeruabis in omnibus notis quibus ſuum εἴρωνα inſignit. Tantum igitur commune eſt inter vtrumque, quod ſimulatione vterque vtitur, et a vero vterque diſcedit: finis vero longe diuerſus. Si quis dicat, etiam cum de quo Ariſtoteles ſentit et loquitur, qualis nempe fuit Socrates,

poſſe quiduis ἐπὶ τὸ χεῖρον fingere: reſpondemus ex Ariſtotele, οὐκ ἐν τῇ δυνάμει ἐςὶν ὁ εἴρων· ſed ἐν τῇ προαιρέσει. Non enim ſi quis ea facultate praeditus ſit, vt quiduis ſimulare, diſſimulareque ſui commodi cauſa queat, ſtatim εἴρων et hypocrita fuerit dicendus: ſed ſi ad facultatem eam voluntas acceſſerit. Solitus olim gloriari imperator Titus [Sueton. Tit. cap. 3], ſe vel maximum falſarium eſſe potuiſſe: imitari enim norat omnium manus et chirographa. nemo tamen propterea falſarium eum merito dixerit. Sic ſophiſtam non iure dixeris, eum qui omnia ſophiſtarum τερετίσματα, omnes τερθρείας et praeſtigias norit: ſed qui nouit ſimul et vtitur. Sic ſolo fine ſeparantur ἀρέσκεια et κολακεία. Sunt alia ſexcenta de genere hoc. Solet autem Theophraſtus ſuas deſcriptiones cum excuſatione quadam proferre, ne quis hic exquiſitas requirat definitiones. Ait igitur ὡς τύπῳ λαβεῖν· quod loquendi genus ex Ariſtotele aliiſque Theophraſti libris, et Platone ipſo notum eſt. Apud eundem in III. de republica, opponuntur ἐν τύπῳ et δι' ἀκριβείας. quin ipſae deſcriptiones huiuſcemodi minus accuratae, τύποι vocantur, et ὑπογραφαὶ in philoſophorum ſcholis.

οἷς ἐπέθετο λάθρα.] Non eſt ἐπιτίθεσθαι, *inuehi in aliquem:* ſed tanquam ex inſidiis et ſuperiore loco adoriri. ab ea notione eſt vox ἐπιθέτης, pro *plano* et *impoſtore:* vt in illo, Γραικὸς ἐπιθέτης. et apud Iohannem Chryſoſtomum in eam ad Philipp. hom. 1. Significat et ἐπιχειρεῖν, *accingere ſe ad aliquid faciendum.* Vnde eſt νωθρεπιθέτης apud philoſophum in Phyſiognomonicis [cap. 6] pro *cunctatore.* Hos homines de quibus hic Theophraſtus, Graeci λαιθάργυς et λαθροδῆκτας ſiue κρυφοδῆκτας vocant: quibus conuenit prouerbium Plautinum [Ciſtell. 1, 1. 36 ſ.] *Palam,* inquit, *blandiuntur: clam ſi occaſio vſquam eſt, Aquam frigidam ſubdole ſuffundunt.* item illud Sophocleum, Σαίνουσα δάκνεις, καὶ κύων λαίθαργος εἶ.

συλλυπεῖσθαι ἡττωμένοις] Puta, in iudicio, ſi litem perdiderint: aut ex aliquo certamine (qualia erant apud veteres multa) inferiores receſſerint: aut denique clade belli ſint affecti. Late patet Graecorum vox ἧττα, cui parem Latini non habent. Talis εἰρωνεία Polymeſtoris apud Euripidem. cum enim per ſummum nefas impurus ille filium Hecubae Polydorum occidiſſet, et domus Priamicae caſu totus exultaret, ita tamen ibi Hecubam alloquitur, [v. 953 ſ.] Ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν Πρίαμε, φιλτάτη δὲ σὺ, Ἑκάβη, δακρύω σ' εἰσορῶν.

καὶ ἐπὶ τοῖς καθ' ἑαυτοῦ λεγομένοις.] Eſt ἐπιμονὴ quaedam. bis enim idem dicit. Nam cum ſuperioribus iſta malo coniungere, et repetere συγγνώμην ἔχειν, quam cum ſequentibus, vt vulgo interpretes.

[2] πρὸς τοὺς δανειζομένους καὶ ἐρανίζοντας] Hoc eſt, ſiue quis δάνειον ab ipſo petat, ſiue ἔρανον. quid ſit δάνειον, nemo ignorat. ἔρανος vero quid eſſet in toto iſto libello, neſciuerunt priores interpretes. vide ad caput de arrogantia. Huc pertinent illa Horatii [lib. ep. 9, 9 ſ.] *Sed metui mea ne finxiſſe minora putarer, Diſſimulator opis propriae, mihi commodus vni.*

καὶ μὴ πωλῶν φήσει πωλεῖν] Quorſum hoc? nempe vt eo pacto manum illi adeat apud quem iſta loquitur: itaque pecunia illum emungat, aut aliam fraudem faciat. Noui ego non paucos qui has artes probe callerent: quos cum videas holoſericis indutos ambulare, aut cum audias magnifice ſe et ſuos quaeſtus praedicare, meros Craſſos Croeſoſue eſſe cenſeas. hac ratione homines ſimplices et parum cati inducuntur vt putent ſi quid habeant nummorum, non id melius vſquam collocari, quam apud iſtos poſſe, quos tantis opibus eſſe praeditos audiunt. *Vt enim fama eſt homini, exinde pecuniam ſolet inuenire.* Sic miſellis os ſublinitur.

καὶ ἀκούσας τι δόξει μὴ προσποιεῖσθαι] Plane miror cur hac lectione quiſquam offendatur. δόξει, hoc eſt, *videri volet.* eſt autem pro, μὴ δόξει προσπ. vt apud

 Plutar-

Plutarchum in re fere eadem, ὀ δοκῶν ἀκούειν. Euripides Medea, Ἤκουσά του λέγοντος ὀ δοκῶν κλύειν. Ariſtophanes Pluto [4, 2. 15] οὐκ ἐδόκουν μ' ὁρᾶν ἔτι, hoc eſt, *diſſimulabant ſe videre me.* Scribitur et δείξει. fortaſſe pro λέξει. ſed nihil mutandum.

καὶ ὁμολογήσας, μὴ μεμνῆσθαι] Ecce ait ſe εἴρωνα eum intelligere, qui pactus aliquid dicat ſe non meminiſſe: hoc eſt, pactis non ſtet. neque enim de quauis confeſſione verbum ὁμολογεῖν hoc loco accipimus: ſed pro *conſentire in rem aliquam*, aut *aliquid ſpondere.* Hoc vero plane alienum eſt ab eo quem Ariſtoteles εἴρωνα vocat. diſerte enim philoſophus admonet, ſe non tractare eo loco de ea veritate aut falſitate quae ſpectatur in contractibus et commerciis: ſed de ea quae in colloquiis ac familiari conſuetudine. οὐ γὰρ, περὶ τοῦ ἐν ταῖς ὁμολογίαις ἀληθεύοντος λέγομεν, οὐδ' ὅσα εἰς ἀδικίαν ἢ δικαιοσύνην συντείνει. ἄλλης γὰρ ἂν εἴη ταῦτ' ἀρετῆς. Sunt autem hoc hominum genere omnia referta; quibuſcum niſi e ſyngrapha ſemper agas, nihil agas. Talis ille leno Cappadox in Curculione Plautina [5, 3. 30] Mil. *Quando vir bonus es, reſponde quod rogo.* Ca. *roga quod lubet.* Mil. *Promiſiſtin' ſi liberali hanc quiſquam aſſereres manu, Te omne argentum redditurum?* Ca. *non commemini.*

3 καὶ τὰ μὲν σκέψασθαι.] Lego σκέψεσθαι. Hoc noſtri εἴρωνες dicere ſolent, *I'y penſerai.* Menander lepidis verſibus eos exagitat, qui rogati aliquid ab amico egeno, dicunt Σκέψομαι· quod hodie nimis multi faciunt amici nomine tenus, et, vt ille ait, *Factioſi lingua, inertes opera, ſubleſta fide.* Sic Menander, Οἱ τὰς ὀφρῦς αἴροντες ὡς ἀβέλτεροι Καὶ Σκέψομαι λέγοντες! ἄνθρωπος γὰρ ὢν Σκέψῃ σὺ περί τοῦ δυστυχῆς ὅταν τύχῃ; Poteſt et ἐσκέφθαι, quod quidam codices habent, ferri: optimeque cum ſequentibus conueniet. vertes, *ſe iam cogitaſſe.*

καὶ

καὶ λέγει ἑαυτὸν ἕτερον γεγονέναι] Senſus eſt, cum ipſemet fuerit qui id quo de quaeritur dixerit feceritue, non ſe tamen, ſed alium fuiſſe dicet, a quo id ſit dictum factumue. Noſtri homines hoc dixerint, *Vous me prenez pour vn autre.* Poſſis hoc et ad verbum ἐκπλήττομαι referre. nam qui ἐκπλήττονται (eſt autem ἔκπληξις ſiue ſtupor, aut horror, vehemens quaedam admiratio, id eſt, θαυμασιότης ὑπερβάλλουσα ait philoſophus Topicorum quarto) ii quodammodo de ſtatu mentis deiiciuntur, eaque ecſtaſi alii a ſe ipſis fiunt. Saepe etiam accidit, vt quis opinioni ſuaę et expectationi contrarium quid audiens, in ſtuporem ſimul detur, et ſententiam mutare cogatur: et ita quoque alius a ſe ipſo fiat: ſicut Megaronides ille Plautinus in Trinummo [1, 2. 123]: qui cum Calliclem eo conſilio adiſſet vt eum concaſtigaret pro commerita noxia, vbi tamen eum loquentem audit, repente mutat animum, et exclamans, ait: *Proh di immortales verbis paucis quam cito Alium feciſti me! alius ad te veneram.* Sic apud Demoſthenem in ea πρὸς Φορμίωνα, de eo qui ſententiam mutauerat, ἕτερος ἤδη ἦν καὶ οὐχ ὁ αὐτός. Prima interpretatio magis mihi probatur, eſtque ſimplicior.

4 ἀλλ' ὅρα μὴ σὺ θᾶττον] Θᾶττον, hoc eſt, citius et nimis εὐήθως atque ἀβασανίστως, ſimplicium hominum more, qui fere ſubito credunt. Vel θᾶττον accipe pro ἀθρόως et repente: quod de iis vſurpatur qui impetu quodam animi magis quam conſilio aliquid faciunt. Sic apud philoſophum opponuntur θᾶττον et ἐκ προσαγωγῆς, *ſtatim* et *per quaſdam acceſſiones.* Seneca eleganter *impetu placere*, pro θᾶττον καὶ ἀβασανίστως, epiſtola c. 1. Notabis illud πιστεύειν φωνάς erat vſitatius φωναῖς, vt πιστεύειν λόγοις ſed φωνὰς omnes etiam ſcripti Palatini.

καὶ πλοκὰς καὶ παλιλλογίας] Vocat πλοκὰς quae Cicero [de Orat. 2, 86] *inuolucra et integumenta diſſimulationis:* ſiue ſubdolos et ad fallendum compoſitos ſermones,

mones, tanquam retia aut laqueos. Has poëta vetus apud M. Tullium [de Orat. 3, 38] *verſutiloquas malitias* dicit. Poſſis vertere *orationem intortam* cum Plauto in Ciſtellaria [4, 2. 63]: vbi feſtiuiſſimus poëta iſtiusmodi homines (*alterplices* veteribus Latinis dictos, Graecis στρεψιμάλλοις) inuoluulo ſimiles ait beſtiae damnificae, quae in pampini folio implicat ſe. Sic πλέκειν μηχανὰς ſaepe apud Graecos poëtas. Παλιλλογίας vertimus *dicta recantata.* Cantare enim eſt, idem ſaepius dicere, vt et ὑμνεῖν apud Graecos. Videtur autem Theophraſtus iſta voce ſermones ancipites, et qui diuerſo aut etiam contrario modo accipi queant, intelligere. πάλιν vtrumque ſignificat, et *iterum*, et *contra.* Hic igitur ſignificat non iterum, ſed contra. ſic apud poëtam πάλιν ἐρεῖν, non eſt *iterum dicere*, ſed *contrarium.* et παλινῳδία eſt, non tam *iterata cantio*, quam *priori contraria.* et ſic apud Horatium [1 od. 16] *recantata opprobria.* apud Pindarum [Iſthm. od. 6] παλίγλωσσος πόλις καὶ βάρβαρος, *Vrbs quae diuerſa lingua vtitur ab aliarum gentium linguis.* Idem poëta Nemeonicarum, oda prima, παλίγλωσσον δέ οἱ ἀθάνατοι ἀγγέλων ῥῆσιν θέσαν. hoc eſt, *contrariam.* Ita alia multa dicuntur.

οὗ χεῖρόν ἐστιν εὑρεῖν οὐδὲν] Praeclare maximus poëtarum [Il. θ', 312 ſ.] Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὅμως ἀΐδαο πύλῃσιν Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζει *Haud minus ille mihi exoſus quam ianua Ditis, Mens aliud cui tecta tegit, quam lingua loquatur.*

AD CAPVT II

ΠΕΡΙ ΚΟΛΑΚΕΙΑΣ

Τὴν δὲ κολακείαν] Inter virtutes quae ad ὁμιλίας et vitae quotidianae conſuetudinem proprie pertinent, ideoque ἕξεις ὁμιλητικαὶ a Platone vocantur, Ariſtoteles quarto Nicomacheorum [cap. 12] primam numerat

merat illam, qua qui fuerit praeditus, is et facta et dicta omnia ſua ita temperabit, vt eius conuictus omnibus ſit futurus gratus, ſuauis atque etiam iucundus: omni enim aſperitate morum, et moroſitate, quae eſt ἐρημίας ξύνοικος carebit: immo e contrario in eo elaborabit, vt, quantum honeſtas et virtutis amor permittent, voluptati ſit iis quibuſcum verſatur. Hanc virtutem quia proprio nomine carebat, Ariſtoteles in Nicomacheis φιλίαν nuncupauit, explicatione adiecta, quomodo eam vocem vellet hic intelligi: at in Eudemiis [lib. 3, 7] σεμνότητα vocauerat. et vt in nominibus virtutis variauit, ita etiam in vitiorum ei oppoſitorum, vt capite περὶ αὐθαδείας dicemus. Habet enim haec quoque virtus ſibi oppoſita vitia, hinc κατὰ ἔλλειψιν, illinc κατὰ ὑπεροχήν. Ac de iis quidem qui defectu humanitatis peccant hac in parte, eſt caput illud περὶ αὐθαδείας. de iis vero qui modum excedunt, et nimis ſuaues ac dulces eſſe volunt, ſunt haec duo capita: περὶ κολακείας alterum, alterum περὶ ἀρεσκείας. nulla enim re admodum haec duo vitia differunt, niſi fine qui diuerſus eſt. quo quidem ita diſcriminantur, vt cum vitium ſit vtrumque, tamen comparata blanditia ad adulationem, pene virtus videatur, non vitium: verum de blanditia infra ſuo loco. Adulationis autem finis eſt priuatum commodum. Eam definit Theophraſtus ὁμιλίαν αἰσχρὰν, συμφέρουσαν δὲ τῷ κολακεύοντι. In Theaeteto Platonis κολακεία definitur breuiter, τέχνη ἡδυντικὴ, *ars ſuauitatis conciliatrix.* In eiuſdem Definitionibus (non enim iis aſſentiri debemus, qui temere et contra auctoritatem vetuſtiſſimorum ſcriptorum illum librum a Platone abiudicant) ita definitur: Κολακεία, ὁμιλία ἡ πρὸς ἡδονὴν ἄνευ τοῦ βελτίςου. quam definitionem tribuit Theophraſtus blanditiae: meliori ſane conſilio, et conuenientius iis quae ante ex Ariſtotele diximus. addit vero Plato etiam aliam: ἕξις ὁμιλητικὴ πρὸς ἡδονὴν ὑπερβάλλουσαν τὸ μέτριον. quae etiam blanditiae melius conueniat. quare prudenter

 Theo-

Theophraſtus ex Ariſtotele illa adiecit, *συμφέρουσαν δὲ τῷ κολακεύοντι*, vt a blanditia ſepararet. Non multo aliter B. Chryſoſtomus, qui homilia v. in epiſtolam ad Philippenſes, ita hoc vitium deſcribit: Κολακεία ἐςὶ καὶ ἀνελευθερία ὅταν τίς θεραπεύῃ τινὰς ἐπὶ μηδενὶ τῶν δεόντων, ἀλλὰ θηρώμενός τι τῶν βιωτικῶν *adulatio, (quae eſt eadem illiberalitas) eſt quando aliquis, ob nullam rem honeſtam aliquem colit, ſed aliquid eorum captans, quae ad vitae commoda pertinent.* Quod autem ait *αἰσχρὰν*, mallem *ταπεινὴν* dixiſſet: aut potius ſimul vtrumque poſuiſſet. Nam et *indecora adulatio* eſt, vt vocatur Suetonio [Aug. 53], recteque Tacitus [hiſt. 1, 1] *adulationi foedum crimen ſeruitutis ineſſe* pronunciat: et proprium hoc eſt adulatoris, abiecte et demiſſe loqui, et in omnibus regi ſuo ſupparaſitari ac ſecundas agere: ideo dicebat philoſophus Politicorum libro quinto, *ἔργον κολακείας* eſſe, *ταπεινῶς ὁμιλεῖν.* et vere Clearchus Solenſis, Ariſtotelis diſcipulus, proprium hoc adulatoribus eſſe dixit, vt ſuos ſibi ipſi animos frangerent, et ſpiritum generoſum qui ingenuos decet, demerent, *ταπεινὰ ποιοῦντες τὰ ἤθη αὐτῶν·* eos vero quibus ſeruirent, tumore inflarent, et redderent vanos, et *χαύνους καὶ κενούς*, atque, vt loquitur Seneca, infatuarent. Vertimus autem *αἰχρὰν turpem*, non *indecoram:* nam *αἰχρὸν* opponitur *τῷ καλῷ*, id eſt *boneſto.* aliud vero eſt *τὸ πρέπον*, aliud *τὸ καλὸν*, ſi proprie loqui volumus. Porro vocis *κόλαξ* notationem varie explicant Graeci grammatici, ad quos te reiicio. Veteres Romani *graſſari, ἀντὶ τοῦ κολακεύειν* vſurpant, vt Feſtus docet: et ita dixit Horatius [lib. 2 ſat. 5, 93] *Obſequio graſſare.* inde *graſſator, ὁ κόλαξ.* quem etiam *ſtlatarium* a *ſtlata* quod fuit nauigii genus, vt puto *ὑπηρετικοῦ*, dixerunt. Gloſſarium, *Stlatarius, ἐργόμωκος.* quid autem ſit *ἐργόμωκος*, in altero Gloſſario declaratur: Ἐργόμωκος, *adulator, ambitioſus.* Ἐργομωκία, *adulatio.* Ἐργομωκεύειν, *ancillor, adſecto, adulor.* vbi etiam vides *ancillor*, idem eſſe cum adulor. quod probatur altero

tero

tero Gloſſario, vbi haec ſcribuntur, *Ancillor*, κολακεύω, *Ancillula* ἐϱγόμωκος, παιδίσκη. Adiiciam et haec ex eodem libro, *Adſentio*, ἐϱγομωκῶ. συγκατατίθεμαι. et alibi, *Fuco*, ἐϱγόμωκος. Puto autem ex eo dici ἐϱγόμωκον adulatorem, quia fere ſolent adſentatores eos quibus palam adulantur, a tergo pinſare, vt veriſſime Perſius [ſat. 1, 58] ait. Heſychius ſane aliter, ἐϱγομωκῶν, ἐμπαίζων.

ὑπολάβοι ἄν τις ὁμιλίαν] Late patet vox ὁμιλία, et ea omnia ferme complectitur quae in vitae quotidianae vſu ſolent accidere. Latini fere pluribus verbis huius Graeci vim exprimunt: ſicut et Graeci quoque interdum coniungunt ἡ ὁμιλία et τὸ σύζῆν, vt in quarto Nicomacheorum [cap. 12] Eruditiſſimus Apuleius τὰ ὁμιλεῖν voce *fabulari* expreſſit in apophthegmate quodam Ariſtippi: iterum dico, parum commode. Scio, erunt etiam hic qui exclament et temere nos de Apuleio pronunciare dictitent: ſed nos iſtos exclamatores alibi σὺν θεῷ καὶ μούσαις compeſcemus. Latiſſime ſane patet, vt diximus, vox Graeca. quare etiam Ariſtoteles ὁμιλίας ἀνθϱώπων et πϱαγμάτων dixit in ſeptimo Nicomacheorum, et ante eum Iſocrates in priore ad Nicoclem, et Hippocrates τῷ ψύχει καὶ τῳ θάλπει ὁμιλεῖν, in Prorrhetico maiore. et in lib. πεϱὶ ἰητϱοῦ, de inſtrumentis medicorum loquens, εἰ μέλλει ὁμιλέειν τῷ νοσῦντι μέϱεϊ. vide Erotianum. Apud Plutarchum leges ὁμιλεῖν ἡδοναῖς apud hiſtoricos ſaepe ὁμιλεῖν καιϱοῖς quod Plutarchus in Mario dixit ὁμιλεῖν τύχαις. quem locum deprauat Muretus in Variis ſuis [lib. 11, 20]: nam prorſus eſt ὕθλος καὶ φλήναφος, quod ille ſomniat de ὁμειλῆσαι cum ει diphtongo, per, inquam, hoc eſt ineptum. quum et in Sylla iterum ſic loquatur idem auctor: et quod Muretus non eſt ὀδ' ὄναϱ ſuſpicatus, Boeotus a Boeoto foenerarit loquendi id genus. Ita enim Pindarus Nemeonicarum ode prima, --- ὁ δέ οἱ φϱάζε καὶ παντὶ ϛϱατῷ Ποίαις ὁμιλήσει τύχαις. Sic vſurpatur vox πϱοσομιλεῖν

σομιλεῖν in Platonis Lachete. Sic etiam dixit Athenaeus καθομιλεῖν καιροὺς, libro XII. Porro eſt haec dictio militaris proprie, et in caſtris nata. vide Euſtathium [ad Iliad. p. 802 et 940]. Apud Latinos Cicerone inferiores, non minus late patet verbum *conuerſari.* maxime apud Senecam: vt *conuerſari triſtitiae*, ὁμιλεῖν λύπῃ, epiſtola c.

τὸν δὲ κόλακα τοιοῦτον] Habes perpulchram adulatoris deſcriptionem apud Plutarchum, de diſcrimine amici et adulatoris. ibi, Τοιοῦτος ὁ κόλαξ, οἷος ῥήτορος Φαύλου etc. Galenus in libro de dignoſcendis curandiſque animi affectibus, adulatorem tribus notis inſignit, τῷ προσαγορεύειν, τῷ παραπέμπειν, τῷ συνδειπνεῖν τοῖς πολὺ δυναμένοις ἢ πλουτοῦσι.

ἐνθυμῇ ὡς ἀποβλέπουσιν εἰς σε οἱ ἄνθρ.] Similia his Artotrogus regi ſuo apud Plautum initio Militis glorioſi [1, 1. 55 ſſ.].

ηὐδοκίμεις χθὲς ἐν τῇ στοᾷ] Non aſſentior interpretibus quibus videntur haec Latine efferenda, ***dignitatis tuae ſplendorem magno omnium aſſenſu obtinebas.*** Aliud enim eſt εὐδοκιμεῖν iſto loco, aliud apud M. Tullium, ***dignitatis ſplendorem obtinere:*** quod potius conuenit τοῖς ἐν τέλει. at εὐδοκιμεῖν, id eſt, ***bene audire***, ſiue ***bona fama***, etiam mediocris fortunae et pauperi, quorum eſt magna paſſim indignitas, conuenire poteſt. ex ſequentibus enim apparet ad laudem probitatis et integrae vitae eſſe hoc referendum, non ad dignitatis ſplendorem. Quare exiſtimo εὐδοκιμεῖν hic eſſe quod dixit Cicero, ***fructum virtutis ſuae capere***, in Miloniana. et alibi idem τὸ εὐδοκιμεῖν vocat ***fructum bonae exiſtimationis.*** Proprie εὐδοκιμεῖν ſiue εὐδόκιμον εἶναι, de eo dicitur, quem vulgo homines laude dignum iudicant. itaque Iſidorus Peluſiota, ſcriptor cum primis eruditus, τὸ εὐδόκιμος εἶναι et ἐγκωμιάζεσθαι ita diſtinguit, vt illud dicat eſſe tacitum iudicium hominum bene de aliquo iudicantium et inter ſe conſentientium; hoc, laudationem quae ſermone

mone tribuitur. ſic ille epiſtola cxxxi. libri quarti: *εὐδόκιμοι μὲν γὰρ* (forte *εὐδοκιμεῖν γὰρ*) *ἐςὶ κυρίως τὸ ἀποδοχῆς ἀξιοῦσθαι ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀκουόντων ταῖς ἄνευ ἀπάτης ἀδεκάςως τὰς ψήφους φερούσαις. ἐγκωμιάζεσθαι δὲ λόγῳ πολλάκις κολακείαν πνέοντι, καὶ μηδὲν ἀληθεύοντι.* Eſt vero in hoc Theophraſti loco mire emphatica translatio verbi *κατενεχθῆναι*, quod mox ſequitur. Nam voluit indicare, ſicuti ſua ſponte grauia deorſum feruntur, ita omnes qui aderant, non quod eius qui laudabatur, gratiam captarent, ſed tanquam *ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἐκβιασθέντας*, vt loquitur philoſophus, in eius nomen incidiſſe: quaſi videlicet ita ſit omnibus perſpecta eius probitas, vt iam illius nomen non hominis, ſed virtutis ipſius proprium videatur. Parem elegantiam obſeruabamus apud Plinium Secundum in ſententia non diſſimili: vbi *reddi nomina* tanquam debitum dicuntur, ſenſu quo hic *καταφέρεσθαι εἰς τὸ ὄνομα* epiſtola xxiii. libri viii. Vtitur hanc vocem Theophraſtus iterum *περὶ λαλιᾶς*.

2 *ἀπὸ τοῦ ἱματίου ἀφελεῖν κροκίδα*] Hippocrates dixit *ἀπὸ τῶν ἱματίων κροκίδας ἀποτίλλειν*. magis proprie: ſed et idem alibi *ἀφελεῖν κροκίδα*. dicitur et *λέγειν κροκίδα*, vt apud Celſum, *in veſte floccos legere*. Vocarunt autem Graeci *κροκύλεγμον* genus hoc adulationis. Heſychius, *Κροκόλεγμος, τὸ κολακευτικῶς τὰς κροκίδας ἀπολέγειν τῶν ἱματίων*. Adeo autem frequens fuit haec adulatio, vt inde natum ſit prouerbium, quod ita explicant Graeci. Suidas, *Ἀφαιρεῖν κροκίδας, ἐπὶ τῶν πάντα ποιούντων ἕνεκεν κολακείας ἄλλοι τε χρῶνται καὶ Ἀριςοφάνης εἴ τις κολακεύει παρὼν καὶ κροκίδας ἀφαιρῶν.* In Plutarchi Sylla, Valeria ſoror Hortenſii de veſte Syllae floccum vellens, lepidiſſime illi adulatur. Non ſolum autem floccos vel ſtratillos tollere olim adulatores ſolebant: ſed et alias omne genus ſordes abſtergere. neque omiſit hoc praeceptum nequitiarum magiſter in Arte. et in Amoribus [lib. 3 eleg. 2] ait idem poëta, *Dum loquor,*

quor, alba nigro ſparſa eſt tibi puluere veſtis: Sordide de nineo corpore puluis, abi. In Veſpis Ariſtophanis Euphemius κόλαξ dicitur ſpongia calceos mundare. τὸν σπόγγον ἔχων, ait, ἐκ τῆς λεκάνης τὰ 'μβάδι' ἡμῶν περικωνεῖ. Videntur et caudas leporum ſoliti ſecum geſtare, vt praeſto eſſet quo oculos ſenum lippientium κολακωτικῶς abſtergerent. Ariſtophanes in Equitibus [2, 4. 74] ἰδοὺ δέχου κέρκον λαγῶ τὼ 'φθαλμὼ περιψῆν. Similiter in Lyſiſtrata mulier nequam marito ſuo adulatur. Turpiſſimum vero illud apud eundem poëtam adulationis genus, Ἀπομυξάμενος, ὦ δῆμ', ἐμοῦ πρὸς τὴν κεφαλὴν ἀποψῶ. Spurcum hoc et foedum: ſed longe turpiora his apud Athenaeum [6, 13 et 14, 14] legas, et Suetonium in Vitellio, capite ſecundo.

προσενεχθῆ ἄχυρον] Secuti ſumus Palatina exemplaria. In quibuſdam editis olim eſt, προσαχθῆ.

ἔχεις πρὸς τὰ ἔτη μέλαιναν τὴν τρίχα] Sero caneſcere, vegetae ſenectutis et viridis argumentum: qualis eſt eorum quos Graeci ὠμογέροντας vocant: qualis etiam ille Plautinus Periplectomenes, qui negat ſe propter aetatem exaruiſſe ex amoenis rebus [Mil. glor. 2, 1. 46]. Ideo olim ſoliti homines molles, quos ne longa quidem aetas ad frugem bonam reuocarat, canitiem occultare, non ſecus ac mulieres. Teſtimonia de vtriſque paſſim ſunt obuia in Graecorum epigrammatis, Martiale, aliiſque poëtis. ſed et pharmaco vſos conſtat viros molles et effoeminatos, ad celandam capitis niuem. eius fuci compoſitionem docet elegans poëta Serenus Sammonicus, et meminere Tertullianus, Ioſephus, alii. Clemens Alex. χρίσματα πολιῶν vocat lib. III. Paedag. [cap. 3] Ariſtophanes Concionantibus, οὐδ' ἂν εἰ τὸ φάρμακον ἐψοῦσ' ἔτυχες ὦ Λυσικράτης μελαίνεται. Adulatores quoque moris habuiſſe ſuo regi canos vellere, teſtatur idem poëta Equitibus, vbi ſic loquitur adulator, [Act. 2, 4. 73 ſ.] Ἐγὼ δὲ τὰς πολιάς γέ σου 'κλέγων, νέον ποιήσω.

3 καὶ λέγοντος αὐτȣ̃ τι] Puta in declamationibus, aut recitationibus, quibus olim docti homines impenſe delectabantur. In iis igitur, aut ſimilibus συγγενήσεσιν, adulator, ei quem obſeruat, audientiam facit, ac reliquis ad laudandum recitatorem quamuis ineptum, et praeit exemplo, et celeuſmaſin hortatur. Variis autem modis ſolebant veteres in iſtiuſmodi coetibus (Graeci ἐπιδείξεις et ἀκροάσεις vocant; Cicero quoque *acroaſes*) approbationis ſignum dare: maxime vero his tribus: ſilentio attento, geſtu corporis aliquo (vel manibus plaudentes, vel aſſurgentes, exultanteſque, vel certo quodam modo vultum componentes) et ſecunda acclamatione. Plinius Secundus lib. quinto [ep. 3] de recitationibus loquens: *Multa enim a multis admonetur: et ſi non admoneatur, quid quiſque ſentiat, perſpicit ex vultu, oculis, nutu, manuum motu, murmure, ſilentio: quae ſatis apertis notis iudicium ab humanitate diſcernunt.* Idem libro ſexto, *Non labra diduxerunt, non mouerunt manum, non denique aſſurrexerunt ſaltem laſſitudine ſedendi.* Libanius in epiſtola ad magnum Baſilium, ȣ̃τω καλὴν καὶ ταύτην ἣν λέγεις κακῶς εἰργάσω τὴν ἐπιςολὴν, ὥςθ' οἱ παρόντες ἡμῖν ȣ̓κ εἶχον μὴ πηδᾷν ἀναγιγνωσκομένης. De ſilentio attento locus eſt egregius apud Platonem, tertio de Legibus, peſſime vulgo, vt alia ſexcenta, acceptus, quem veluti in tranſcurſu proferam atque interpretabor. Ibi igitur cum hoſpitis Athenienſis ſermonem exciperet Clinias Cretenſis, velletque illi ſignificare ſibi et ſodali ſuo Megillo vehementer probari quae modo dixiſſet, ſic ait: λόγῳ μὲν τοίνυν σὲ, ὦ ξένε, ἐπαινεῖν ἐπαχθέστερον· ἔργῳ δὲ σφόδρα ἐπαινεσόμεθα. προθύμως γὰρ τοῖς λεγομένοις ἐπακολȣθήσομεν. ἐν οἷς ὅγε ἐλεύθερος ἐπαινῶν καὶ μὴ, μάλιςά ἐςι καταφανής. hoc eſt, *verbis quidem te, hoſpes, laudare, graue et odioſum ſit: at nos re ipſa te vehementer laudabimus. Ad ſingula enim tua verba ſummo ſtudio animos menteſque noſtras admouebimus: quo maxime pacto homo liber laudetne, an non, declarare*

clarare ſolet. Plinius ſecundo epiſtolarum, *Imaginor qui concurſus, quae admiratio te, qui clamor, quod etiam ſilentium maneat. quo ego cum dico vel recito, non minus quam clamore delector. ſit modo ſilentium acre et intentum et cupidum vlteriora audiendi.* De acclamationibus dicemus mox: quae quam crebrae fieri ſolerent, apparet ex his Senecae, Controuerſiarum libro VIII. Loquitur de declamatoribus: *Quid*, ait, *quod laudationibus crebris ſuſtinentur, et memoria illorum aſſueuit certis interuallis quieſcere?*

καὶ ἐπαινέσαι δὲ ἄκοντος] Ambigo ſcripſeritne Theophraſtus ἄκοντα, vel ἀκούοντα, vt ſit is ſenſus quem expreſſimus, aſſentatori haud male conueniens: an potius ἀκούοντας, vt iubeat auditores aures ſuas commodare recitatori, et tacite eum laudare: quod quomodo fieri ſoleret, modo diximus. Sententia quam probauimus, ſic expreſſa eſt ab Eupolide in Adulatoribus, ἐπειδὰν κατίδω τιν' ἄνδρα ἠλίθιον, πλουτοῦντα δὲ, εὐθὺς πρὸς τοῦτον εἰμι· κἄν τι τύχῃ λέγων ὁ πλούταξ, πάνυ τοῦτ' ἐπαινῶ, καὶ καταπλήττομαι, δοκῶν τοῖσι λόγοισι χαίρειν.

καὶ ἐπισημήνασθαι δὲ, εἰ παύσεται, ὀρθῶς] Legimus, καὶ εἰ παύσεται. Interpretes non erant haec aſſecuti. notum quid ſit apud Graecos oratores ἐπισημασία. et ἐπισημαίνεσθαι ἀκούοντα. Illud autem ὀρθῶς, eſt vſitata in recitationibus acclamatio, ſicut et Εὖ, vel Ὑπέρευ. Horatius in arte [v. 428 ſ.]: --- *clamabit enim pulchre, bene, recte.* Cicero tertio de Oratore [cap. 26], *Quare Bene et Praeclare, quamuis nobis ſaepe dicatur. Belle et Feſtiue nimium ſaepe nolo. quanquam illa ipſa exclamatio, Non poteſt melius, ſit velim crebra.* Perſius [Sat. I, 49] *Euge tuum et Belle, nam belle hoc excute totum.* item [v. 84] --- *quin lepidum hoc optes audire Decenter.* Talis quoque illa in Actis [12, 22] exclamatio adulatorum, *Vox dei, non hominis.* Sic Plutarchus, De ſe ipſo ſine inuidia laudando, οἱ δὲ ῥητορικοὶ σοφισταὶ, τὸ Θείως καὶ τὸ Δαιμονίως, καὶ τὸ Μεγάλως, ἐν ταῖς ἐπιδείξεσι

πρωσ-

προσδεχόμενοι, καὶ τὸ Μετρίως καὶ τὸ Ἀνθρωπίνως προσαπολλύουσι. Frequentiſſima vero etiam Romae illa fuit acclamatio Σοφῶς. vnde eſt toties apud Martialem *grande ſophos*. Sidonius Apollinaris libro primo, *Ad ſophos meum non modo laticlaui, ſed tribulium quoque fragor concitaretur.* Idem libro primo, *Ob hoc illi maximum ſophos non eloquentia prius quam verecundia dedit.* Aetas Quintiliani *humanitatem* vocauit hunc morem. ipſe appellat vere *indecoram et theatralem licentiam, ſtudiorum pernicioſiſſimam hoſtem.* libro II. cap. 2. Nos alibi demonſtramus irrepſiſſe poſtea hanc conſuetudinem e ſcholis in veteris Eccleſiae ritus. Vide ſi lubet quae notamus ad Vulcatii Gallicani Auidium Caſſium.

καὶ σκώψαντι πικρῶς, ἐπιγελάσαι] Mutata diſtinctione ſenſum longe acutiorem reddidimus. Nam adulator vt indicet quam probet ſcomma amici magni ſui, quaſi parum ſit, ſi ridenti arrideat, in effuſiorem riſum et cachinnationem ſoluitur: ac quo magis rem videri ſibi ridiculam oſtendat, veſtem in os inſerit, et ſe riſu pene enectum dicit. Tale illud omnino apud Plutarchum, in elegantiſſimo libro de diſcrimine adulatoris et amici, Σὺ μὲν, inquit adulator, ἐγέλας· ἐγὼ δ' ἐξέθνησκον γέλωτι *Tu quidem ridebas, ego vero riſu penitus moriebar.* Iuuenalis de adulationibus Graeculorum [Sat. 3, 100] *Natio comoeda eſt: rides? maiore cachinno Concutitur.* Sed eſt et alia lectio, καὶ σκώψαντι ψυχρῶς, ἐπιγελάσαι. pulchre ſane. Plutarchus περὶ δυσωπίας, Periclis dictum illud, *Amicum eſſe ſe ad aras vſque*, reprehendens, quod hoc eſſet nimis prope ad grauiſſima peccata accedere, ſubiicit, ὁ δὲ πόῤῥωθεν ἑαυτὸν ἐθίσας μήτε λέγοντος ἐπαινεῖν παρὰ γνώμην, μήτε ᾄδοντος κροτεῖν, μήτε σκώπτοντος ἀφυῶς ἐπιγελᾶν, οὐκ ἐάσει μέχρι τούτου προσελθεῖν. qui locus hanc lectionem vehementer aſtruit atque exponit. Reperiuntur libri qui ſic habent: καὶ σκώψας τι ψ. ἐπ. poteſt legi, κ' εἰ σκώψαι τι ἐπ.

ἕως αν αὐτὸς παρέλθῃ] Vt in lingua ſancta הוּא *Hu*, *Ipſe*, pro deo aut Chriſto abſolute ponitur: ſic apud Graecos honoris appellatio eſt, Αὐτὸς hoc eſt, *Ille*, et vt hodie loquuntur homines *κολακευτικοὶ*, *Dominus* ſine adiectione. Ita ſemper in hoc capite deſignatur ὁ *κολακευόμενος*, qui eſt adulatori inſtar domini. Sunt enim *αὐτὸς* et *ἐκεῖνος*, voces ſeruorum, quas honoris cauſſa propriorum nominum loco vſurpabant. Ariſtophanes Ranis [Act. 2, 2. 17 ſ.] Ἴθι νῦν φράσον πρώτιστα ταῖς αὐλητρίσι Ταῖς ἔνδον ὄυσαις, αὐτὸς ὡς εἰσέρχομαι. Scholiaſtes, *αὐτὸς*, *ἀντὶ τῦ*, *ὁ δεσπότης*. Sic apud Latinos. Plautus Caſina, vbi Stalino et ancilla colloquuntur [Act. 4, 2. 10] St. *Quid tu hic agis?* An. *Ego eo quo me Ipſa miſit*. Ipſa, hoc eſt, Hera mea. Terentius Hecyra [Act. 3, 4. 14] *Sed Pamphilum ipſum video ſtare ante aedes*. Donatus, Ipſum, *a quo miſſus ſum: vel dominum; vt Graeci*, *αὐτόν*. Idem notat Aſconius in quendam Verrinarum locum. Erat et diſcipulorum vox, cum de praeceptore loquerentur: vnde illud Αὐτὸς ἔφα. Ariſtophanes Nebulis [Act. 1, 2 extr.] Στ. Φέρε, τίς γὰρ οὗτος οὑπὶ τῆς κρεμάθρας ἀνήρ; Μα. Αὐτός. Στ. τίς αὐτός; Μ. Σωκράτης. Scholiaſtes ibi, *Honoris cauſſa*, inquit, *non ſtatim Socratis nomen profert*. Idem notatur ab eodem etiam alibi, et a Donato non vno loco. Apud Platonem in Protagora pulſantibus fores Calliae ſophiſtae, reſpondet ianitor, Οὐ σχολὴ αὐτῷ, id eſt, *Doctori non vacat*. Cum igitur vox *κόλαξ* ad aliud referatur, et ſit *τῶν πρός τι*, vt herus et ſeruus, patronus et libertus, itemque patronus et cliens, Theophraſtus *τὸν κολακευόμενον*, id eſt, *eum qui ſe ſinit adulari*, vt Cicero loquitur, *αὐτὸν* appellat, pulchre loquendi genus ipſum quo adulatores vtuntur, retinens. Nos aliquando *αὐτὸν regem* diximus. nam apud Latinos ὁ *κολακευόμενος*, *Rex* dicitur: et vt docet Donatus, rex et paraſitus ita ſunt *τῶν πρός τι*, vt patronus et libertus. Dicitur et *dominus*. vnde illud Iuuenalis [Sat. 5, 138 ſſ.] --- *dominus tamen et domini*

domini rex ſi vis tu fieri, nullus tibi paruulus aula luſerit Aeneas. Apud Graecos ὁ τρυφῶν et ὁ κόλαξ ſimilem ſaepe relationem habent. quare ὁ τρυφῶν eſt *rex.* vt cum ſcribit ſcholiaſtes Ariſtoph. τοιαῦτα εἰώθασι τοῖς τρυφῶσιν οἱ κόλακες λέγειν. et apud Demoſthenem ſaepe τρυφᾶν et κολακεύεσθαι pro eodem ponuntur. Interdum vero ad deos refertur κόλακος appellatio: et ita dicti ſunt οἱ διονυσιακοὶ τεχνῖται, qui vitam tolerarent artes Baccho ſacras exercentes, vt comoedi et tragoedi, et natio illa tota, hiſtriones, praeſtigiatores ſiue θαυματοποιοὶ, rhapſodi, citharoedi, ψιλοκιθαρισταὶ, tibicines, σαλπιγκταί· hi, inquam, omnes dicti ſunt διονυσοκόλακες· itemque μουσοκόλακες. nam ita eos vocat Dionyſius Halicarn. libro ſeptimo.

χρηστοῦ πατρὸς νεότ]ια] Etiam hic ſeruat idioma adulatorum. Νεότ]ια autem maluimus *pullitiem*, quam *pullos*, vertere, aut *pullaſtros:* quia fere in his vocibus latet obſcoenitas, vt Feſtus docet. Iuuenalis de adulatoribus [Sat. 5, 143 ſ.] --- *ſimul ipſe loquaci gaudebit nido.*

4 καὶ πορευομένε πρός τινα τῶν φίλων] Mos fuit Graecis Romaniſque cum ad aliquem amicorum viſerent, nuncio miſſo ſuum aduentum ſignificare. Plinius Secundus epiſtolarum libro primo, *Euigilaueram. Nuntius a Spurina: venio ad te: Imo ego ad te: Coimus in porticum Liuiae, cum alter ad alterum tenderemus.* Apud Romanos vero etiam maritus rure domum reuertens, mittebat qui aduentum ſignificaret vxori, vt auctor eſt Plutarchus in Quaeſtionibus Romanis [p. 266 A]: ac videtur fuiſſe hoc munus eorum ſeruorum, quos *anteambulones* vocat Martialis. Epiphanius προκαταγγέλτορας. Mox legendum προήγγελκα, non προσήγγελκα. Sic Terentius [Phorm. Act. 5, 2. 13] *Abi Geta praenuntia.*

τὰ ἐκ τῆς γυναικείας ἀγορᾶς διακονῆσαι δυνατὸς] De muliebri foro tantum docent nos veteres: fuiſſe apud Athenienſes locum in foro, qui Γυναικεία ἀγορὰ voca-

vocaretur: vbi minuta vaſa, atque vt puto τὰ ἐπιτράπεζα et eſcaria in primis, vaenirent. Auctor Pollux libro decimo, capite ſecundo. Atque hoc etſi a doctis viris recte eſt iſto loco adnotatum: iidem tamen ſenſum horum verborum neſcio an peruiderint: certe non aperuerunt. Voluit enim Theophraſtus hiſce verbis declarare, quod Plutarchus ait eſſe adulatoris proprium: circa minuta quaedam et ſordida officia, quae verus et ingenuus amicus, vt ſe indigna ſpernit, verſari, ea obire atque exſequi: at ſcin' quomodo? tanta diligentia, vt eum cum cernas illis rebus occupatum, putes in eo quod agat, opes Graeciae poſitas. Ideo ait ἀπνευστὶ, hoc eſt, ſedulo, propere, et quaſi vno ſpiritu. ſic Latini vim vocis Graecae exprimunt. Seneca, *Cliuum iſtum vno ſi potes ſpiritu exupera*, hoc eſt, ἀπνευστί. Plinius [23, 1] dixit pro eo, *raptim et ſine interſpiratione*. D. Hieronymus, in epiſtola quadam, *vna ſaliua*, non diſſimili ſenſu. Plato in Theaeteto, τορῶς καὶ ὀξέως διακονεῖν, in ſimili ſententia dixit. Plutarchus vero ſignificantiſſimis verbis τὸ ἀπνευστὶ expreſſit, συνεχὴς, καὶ ἐνδελεχὴς, καὶ ἄτρυτος. Eius locum apponam, qui iſti erit pro amplo commentario. Ἐν ταῖς πράξεσι πολλὰ παραλείπουσιν οἱ φίλοι τῶν μικρῶν, οὐκ ἐξακριβοῦντες, οὐδὲ πολυπραγμονοῦντες, οὐδ' ἑαυτοὺς εἰς πᾶσαν ὑπουργίαν ἐμβάλλοντες· ἀλλ' ἐκεῖνος (ὁ κόλαξ) ἐνταῦθα συνεχὴς, καὶ ἐνδελεχὴς, καὶ ἄτρυτος, οὐ διδοὺς ἑτέρῳ τόπον οὐδὲ χώραν διακονίας, ἀλλὰ βουλόμενος κελεύεσθαι, κἂν μὴ κελευσθῇ δακνόμενος, μᾶλλον δὲ ὅλως ἐξαθυμῶν καὶ ποτνιώμενος, id eſt, *Si quid faciendum ſit, multa minuta praetermittunt veri amici, haud quaquam ſollicite inquirentes, neque ſatagentes, neque ſe ad omnia miniſteria vltro ingerentes. Adulator contra aſſiduum in his, ſedulum, atque indefeſſum ſe praebet: nullum alii locum, nullas partes obeundas relinquens: ſed ſibi optans imperari: aegre etiam, ni id fiat, ferens: aut animum potius deſpondens, et miſere quiritans.* alludit huc Horatius illis verbis

bis ſecundo Satyrarum [6, 108 ſ.] --- *nec non vernaliter ipſis fungitur officiis.* Nam *vernaliter* eſt, adulatorum in morem. Non eſt autem arbitrandum ad vaſa tantum neſcio quae haec pertinere, quia Pollux dicat in foro muliebri vaſa vaeniſſe: quin potius generaliter ad ea omnia referendum, quae ad epulas et inſtruendam menſam pertineant. Erat autem obſonari officium olim, alias ſeruorum *ἀγοραςῶν* ſiue obſonatorum, quorum Athenaeus libro IIII. et Seneca epiſtola quadrageſima ſeptima meminerunt: et in Θεοφιλεῖ ſuo Theodoretus, in vita Petri Galli eremitae: alias adulatorum ac paraſitorum: quod illa Ergaſili paraſiti Plautini querela de ſui temporis iuuentute declarat [Capt. 3, 1. 14 ſſ.]. *Ipſi obſonant, quae paraſitorum ante erat prouincia. Ipſi de foro tam aperto capite ad lenones eunt. In tribu quam aperto capite ſontes condemnant reos.* et in Milite [Act. 3, 1. 71 ſ.] ſic de ſe Periplectomenes: *Vel hilariſſimum conuiuam hinc indidem expromam tibi, vel primarium paraſitum, atque obſonatorem optimum.* Gnatho quoque Terentianus [Eun. 2, 2. 26] ideo ſe charum ait eſſe cupedinariis, coquis, laniis, cetariis, ſartoribus, piſcatoribus et aucupibus, quia et olim ſibi re ſua ſalua, et nunc perdita, ſuo regi obſonans ſaepe illis profuiſſet. In Adelphis autem indicat Demea obſonare itidem ac ſcortum adducere, hominis nihili eſſe officium. Hinc nomen habuit apud Apollodorum, ex quo Phormionem ſuam Terentius tranſtulit, paraſitus Phormio: id enim nomen poëta paraſito tribuit, alludens ad φορμίδα. erat autem φορμὶς vas vimineum vt ſportula, quod ad macellum et forum cum irent, ſecum ferebant: quale eſt quod Galli vocant *cabas.* vnde eſt φορμὶς καρύων et φορμὶς σύκων apud Athenaeum: quod Cicero pro Flacco [cap. 17] *fiſcinam ficorum* dixit: Plutarchus περὶ φιλοπλουτίας ἄῤῥιχον ἰχάδων. Xiphilinus ex Dione ἄριχον (nam et ita ſcribitur) ὀπώραν ἔχουσαν. Ariſtoteles III. Rhet. [c. 11, 41] τάλαρον συκαμίνων. Fuiſſe autem in γυναι-

 κεία

κεία ἀγορᾶ non tantum vaſa, ſed omne ferme genus obſoniorum vendi ſolita, vel ipſo Polluce teſte, probare poſſumus: qui Κύκλον, et γυναικείαν ἀγορὰν, pro eodem accipere videtur. In Cyclo autem omnia id genus exceptis carnibus proſtabant. Scholiaſtes Ariſtoph. [ad Equit. 1, 1] ὁ κύκλος Ἀθήνησιν ἐςὶ καθάπερ μάκελλος, ἐκ τῆς κατασκευῆς τὴν προσηγορίαν λαβών· ἔνθα δὴ πιπράσκεται χωρὶς κρεῶν τὰ ἄλλα ὤνια· ἐξαιρέτως δὲ οἱ ἰχθύες. Quod ait a forma hoc forum Circuli nomen eſſe nactum, quippe quod eſſet rotundum, verum eſt. conſtat enim pleraque antiquorum fora fuiſſe eius formae. propterea Homerus [Il. 6, 514] vt notant veteres, τὴν ἀγορὰν vocat ἱερὸν κύκλον. et Sophocles, κυκλόεντα τόπον (in editis libris hodie, θρόνον) ἀγορᾶς dixit. Euripides quoque ἀγορᾶς χραίνων κύκλον. Sic apud Dionem Pruſenſem, τὸν τῆς Εὐβοϊκῆς ἀγορᾶς κύκλον legas.

ὡς μαλακῶς ἐσθίεις!] Simillimae voces adulatorum Dionyſii tyranni, quas refert Diogenes Cynicus in epiſtola ad ipſum. Σὺ δὲ, inquit, ὥσπερ τὰ παιδία πάππους τινὰς καὶ τίτθας εἰσηγάγου· καὶ σοὶ φασὶ, Δέξαι τέκνον. Ἔγχεαι εἴ τι μὲ φιλεῖς μικρὸν ἔτι· μόνον τουτὶ πρόσφαγε. id eſt, *Tu vero inſtar puerorum aſciuiſti tibi neſcio quos paterculos et nutrices, qui tibi aiunt, Accipe* hoc, *fili: Infunde ſi quid me amas adhuc parum: Tantum hoc amplius ede.* Sed non diſpliceat pro ἐσθίεις ſcribi ἑςιᾷς, quod inuenimus e docti cuiuſdam viri coniectura adnotatum. Erit ſenſus: *Quam molliter tuos conuiuas excipis!*

καὶ ἐρωτῆσαι] Adulator apud Iuuenalem [Sat. 5, 135] *Da Trebio: pone ad Trebium; vis, frater, ab illis Ilibus?*

5 τὰ προσκεφάλαια] Solebant enim potentiores et delicatiores ſpectare ſedentes in puluinis: cuius moris etiam in Aeſchinis et Demoſthenis orationibus eſt mentio.

καὶ

καὶ τὴν εἰκόνα ὁμοίαν εἶναι] Intelligendum hoc eſt de imagine quam artifex pulchriorem multo fecerit eo quem refert. Nam hoc quoque adulationis genus olim vſitatum fuit. Lucianus *ὑπὲρ τῶν εἰκόνων*. Sunt, ait, qui non *ἐν ἐπαίνοις* tantum, ſed etiam *ἐν γραφαῖς τὰ ὅμοια κολακεύεσθαί τε καὶ ἐξαπατᾶσθαι θέλουσι*. vide reliqua. Seneca loquens de philoſopho rebus non artificiis, epiſtola CXII. ***Non exurgit in plantas, nec in ſummis ambulat digitis, eorum more qui mendacio ſtatuam*** (ſcrib. ***ſtaturam***) ***adiuuant, longiorεſque quam ſunt, videri volunt.***

Atque haec de adulatione Theophraſtus in iſto libello. Nam alibi plura de foeditate eius vitii fuiſſe ab illo ſcripta, edito etiam Περὶ κολακείας libro integro, teſtantur veteres: et laudat eum librum Athenaeus in ſexto Deipnoſophiſtarum [cap. 16 p. 254]. Docuerat et Eupolis eodem argumento fabulam Κόλακες inſcriptam: cuius meminit Pollux lib. VII. cap. vltimo. et Menander item Κόλακα, teſte Athenaeo.

AD CAPVT III

ΠΕΡΙ ΑΔΟΛΕΣΧΙΑΣ

Ἡ *δὲ ἀδολεσχία*] Et hoc caput et duo item alia, quorum alterum inſcribitur *περὶ λαλιᾶς*, alterum *περὶ λογοποιΐας*, ad vitae quotidianae conſuetudinem, et eas quas ſuperiore capite *ὁμιλητικὰς ἕξεις* vocari a Platone dicebamus, pertinent. Nam quum, vt docet Ariſtoteles [Polit. 7, 14] vita humana duabus quaſi partibus contineatur, otio et negotio, ſiue, vt loquitur Theophraſtus hoc capite, *σπουδῇ καὶ σχολῇ*, (Cicero et Salluſtius ***ioca et ſeria*** vocant) virtus et vitium etiam in remiſſione hac et *ἀναπαύσει*, vt philoſophus appellat, locum habent: ipſeque in quarto Nicomacheorum [cap. 14] quaſdam

quaſdam virtutes et vitia recenſet huius generis. Non eſt autem inter ὁμιλητικὰς virtutes poſtrema cenſenda illa quae opponitur tribus ſupra nominatis vitiis: quae virtus nomine proprio cum apud Graecos tum apud Latinos caret. D. Ambroſius quidem in Officiis *loquendi modum* appellat, et primum officium eſſe ſtatuit: ſed nos latius patentem virtutem quandam quaerimus: quae nihil aliud eſt quam mediocritas quaedam circa congreſſiones et colloquia familiarium, et quando, et quandiu, et quomodo iis debeamus indulgere, praeſcribens. Hanc ἀνώνυμον virtutem notam facient quae ei ſicut reliquis virtutibus opponuntur vitia, et κατὰ τὸ ἐλλεῖπον, et κατὰ τὸ ὑπερβάλλον. Nam et auſteritate ea ſunt quidam, vt ab iſtiuſmodi congreſſionibus abhorreant, aut in iis tanquam lapides conticeſcant: quos merito reprehendas: et contra alii ſunt qui iſtis συνουσίαις nimis delectentur, aut modum in iis tenere neſciant. Hi poſteriores modum excedunt et ὑπερβολῇ peccant: illi priores ἐλλείψει· de quibus nihil amplius dicemus hoc loco, niſi quod Theophraſtus αὐθαδείας nomine hoc quoque vitium eſt complexus, de quo infra. At eorum qui ὑπερβολῇ hac in re peccant, multiplex eſt differentia. latiſſime enim id vitium patet, quodque in multas quaſi ſpecies diuidi queat. Ex iis ſunt illae tres quas totidem capitibus Theophraſtus deſcribit, ἀδολεσχία, λαλιά, λογοποιΐα, quae vitia etſi affinia ſunt (quippe quaſi ſpecies eiuſdem generis) differunt tamen inter ſe non parum. Nam vt de ἀδολεσχία primum dicamus: qui congreſſionibus id genus ita delectantur, vt voluptati illi, quam ex colloquiis mutuis et confabulationibus perſaepe nugatoriis, quibus ſolent homines otio dediti et garruli ſenes ſe oblectare, omnia poſtponant, facileque vel dies integros de lana caprina aut gerris Siculis cum ſui ſimilibus colloquentes traducant: hos Graeci ἀδολέσχοις, quaſi auidos confabulandi, παρὰ τὸ ἅδεσθαι τῇ λέσχῃ, nuncuparunt. Eſt autem λέσχη (ea vox pura puta eſt

Hebraea

Hebraea vel Syriaca) tum iſtiuſmodi confabulatio; tum locus ipſe vbi ea fine otioſi homines coire ſolent, apud Homerum [Od. 6, 328] et Heſiodum [ἐργ. 499]. fuitque ea dictio diu in vſu apud Iones et Dores in ea notione. Ἀδολεσχίαν hanc definit Theophraſtus διήγησιν λόγων μακρῶν καὶ ἀπροβουλεύτων. Sic eius praeceptor τοὺς ἀδολέσχοις definiebat tertio Nicomacheorum [cap. 13] τοὺς φιλομύθους καὶ διηγηματικοὺς, καὶ περὶ τῶν τυχόντων κατατρίβοντας τὰς ἡμέρας. Similiter etiam Dion Chryſoſtomus in oratione quadam τοῖς ἀδολέσχοις tribuit λόγους ἀναισθήτους καὶ μακρούς, *ſermones ſine mente et longos.* et in optimo Gloſſario ἀδολέσχης vertitur *fabuloſus*, hoc eſt, φιλόμυθος, vt dixit Ariſtoteles. Themiſtius oratione ſeptima, φιλόμυθον γένος ἐστὶ τὸ ἡμέτερον, ἀδολεσχεῖν τε τὰ πολλὰ δοκοῦμεν. Veteres Latini *fatuum* dixerunt: eſt enim *fatuus* a fando, et inepta loquentem notat: quanquam poteſt origo vocis eſſe Hebraica, a dictione פתה, quae ſignificat hominem εὐήθη et fatuum. Sed et fabulatorem et nugatorem Latini τὸν ἀδόλεσχον vocant: et ἀδολεσχίαν nugas: vt apud Terentium [Heaut. 4, 1. 8] *nugas dicere*, pro ἀδολεσχεῖν. Nos autem ἀδολέσχην *garrulum* diximus, et ἀδολεσχεῖν, *garrire.* Cicero Attico libro XII. 1 *Noui nihil. quid ergo opus erat epiſtola? quid cum coram ſumus et garrimus quicquid in buccam? Eſt profecto quiddam λέσχη, quae habet etiam, ſi nihil ſubeſt, collocutione ipſa ſuauitatem.* Λαλιὰ vero vitium eſt quo tenentur ii qui non ſolum confabulationibus iſtis nimis ſunt dediti, quae erat ἀδολέσχων nota: ſed hoc amplius, modum in congreſſibus tenere neſcientes, perpetuo loqui, tacere nunquam, neque vllas aliis loquendi vices tradere ſolent: ſed γλωσσαλγία et loquendi morbo, vt Cato vocabat, laborant: quam αἰσχίστην νόσον veriſſime Euripides [Oreſt. 10] appellauit. Haec eſt quam Theophraſtus λαλιὰν vocat. Reperiuntur vero quidam minimi pretii et male feriati homines, quibus mos eſt falſa quaedam con-

ſingere quae aliis narrent: iis maxime qui nouorum nunciorum audiendorum deſiderio ducuntur: qua prurigine teneri multos videas. Graeci fictores iſtos novorum rumorum λογοποιὺς dixerunt, et vitium ipſum λογοποιΐαν· de quibus infra pluribus. Ex his quae diximus, intelligi poteſt, et quid commune habeant haec tria, ἀδολεσχία, λαλιὰ, et λογοποιΐα, et quid differant. ſubtiliter enim et ingenioſe ea Theophraſtus diſtinxit. At a ſcriptoribus vulgo iſtae diſtinctiones non obſervantur. quare etiam Plutarchus in eo commentario quem ſcripſit Περὶ ἀδολεσχίας, tres has ſpecies vnica illa voce amplectitur.

καὶ ἀπροβουλεύτων] Sapientis eſt, e corde intimo, non e labris tantum ſummis vocem mittere: quod faciunt homines vani, qui quodcunque in ſolum venit, vt dicitur, temere effutiunt. Plutarchus pereleganter, ἔστιν ἀτεχνῶς, inquit, ἡ λευκὴ στάθμη πρὸς τοὺς λόγυς ὁ ἀδόλεσχος. Imitatur autem Platonem illo loco (vt obiter hoc dicam) non inſolens Plutarchus. Ait de ſe Socrates in Charmide, Ἀτεχνῶς λευκὴ στάθμη εἰμὶ πρὸς τοὺς καλούς. Prouerbium eſt λευκὴ στάθμη, de eo qui omnia indiſcriminatim probat. Tale eſt apud A. Gellium ex Lucilio *alba linea.* Fere enim minio aut rubrica vtuntur fabri, non creta. Platonis interpretes quid inter στάθμη et στάθμος intereſſet, neſciuerunt: et vt cum Platone dicam, πρὸς τὸν νῦν τῦ φιλοσόφου ἀπανταχῦ λευκὴ στάθμη ἐγένοντο. hoc vult Socrates; amorem τῶν καλῶν, *pulcrorum,* ſibi a natura ſic eſſe inſitum vt omnes indiſcriminatim deamet, qui inter καλοὺς ſuo merito cenſeantur. ita accipe apud Maximum Tyrium diſſertatione VIII. vbi de Socratis mente in hoc et ſimilibus dictis diſputatur. In contrarium ſenſum vſurpatur vox στάθμη, vt cum ait Iulius Pollux, ἀλλ' οὐδ' ἐν Θεοπόμπῳ στάθμη τῶν εἰς ἑρμηνείας κρίσιν. Sic legendum apud Pollucem lib. IIII. cap. XII.

οἷος ὃν μὴ γινώσκει, τϑτῳ] Ita orditur deſcriptionem garruli et Horatius [1 Sat. 9, 3 ſ.] *Accurrit quidam, notus mihi nomine tantum, arreptaque manu, Quid agis dulciſſime rerum?*

καὶ ὡς ἄξιοι οἱ πυροὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ] Intellige hic πυρῶν ἀγορὰν, qualis Romae erat Minutia frumentaria. Similis Daui ἀδολεσχία apud Terentium in contraria ſententia [Andr. 4, 5. 5 ſſ.] --- *di veſtram fidem, quid turbae eſt apud forum! quid illic hominum litigant! Tum annona cara eſt: quid dicam aliud neſcio.*

2 καὶ τὴν θάλασσαν ἐκ Διονυσίων πλώϊμον εἶναι] Notum eſt plura fuiſſe celebrata ab hominibus Atticis Dionyſia ſiue Liberalia. nam et in vrbe ſub initium veris quae vocabant τὰ κατ' ἄστυ Διονύσια· et in agris Autumni tempore, quae et Λήναια, et τὰ κατ' ἀγροὺς Διονύσια, itemque minora. erat enim ea tanquam praeparatio ad altera Bacchanalia maiora et antiquiora. quare etiam Διονύσια ſolum quoties dicunt Attici ſcriptores, verna Dionyſia intelligunt; vt hic Theophraſtus. Nam hyeme maria olim fuiſſe clauſa, et ineunte vere ſolita aperiri, parumque in vſu hybernam nauigationem fuiſſe nemo ignorat, ex Horatio, Vegetio, aliis ſexcentis. Ariſtoteles libro primo De generatione animalium [cap. 18] docens varie τὴν ἐκ accipi, cum dicitur aliquid ἐκ τϑδε γενέσθαι, vel εἶναι, ita ſcribit, ϰ γὰρ δὴ ὡς τόδε μετὰ τόδε, οἷον ἐκ τῶν Παναθηναίων ὁ πλϑς. qui locus non erat praetermittendus.

καὶ εἰ ποιήσειεν ὁ Ζεὺς ὕδωρ] In Ariſtophanis Veſpis chorus ſenum inter eundum ad Pnycem curiam ita blaterat: κ' ϰκ ἔσθ' ὅπως ϰχ ἡμερῶν τεττάρων τὸ πλεῖστον. ὕδωρ ἀναγκαίως ἔχει τὸν θεὸν ποιῆσαι. Et ſtatim poſt, δεῖται δὲ καὶ τῶν καρπίμων ἅττα μὴ 'στὶ πρώϊμα ὕδωρ γενέσθαι. vbi etiam vides locutionem Atticae plebis ποιεῖ Ζεὺς ὕδωρ, pro *pluit.* quod loquendi genus eleganter hic Theophraſtus retinuit. Sane ὕδωρ pro *caeleſti aqua* apud ſcriptores Atticos translatitium eſt.

καὶ

καὶ ὁ ἀγρὸς εἰς νέωτα γεωργήσει] Legimus *καὶ ὅτι τὸν ἀγρὸν εἰς νέωτα γεωργήσει.* Graecum eſt prouerbium, Ἀεὶ *γεωργὸς εἰς νέωτα πλούσιος.*

ὡς χαλεπόν ἐστι τὸ ζῆν] Dauus Terentianus [Andr. 4, 4. 7] *Tum annona cara eſt.* eadem plane ſententia. ſic autem, vt Theophraſtus, loquitur ſcholiaſtes vetus Ariſtophanis in Ranas. Poſſumus etiam *τὸ ζῆν* exponere *ἀφορμὴ εἰς τὸ ζῆν.* ſic vocabant Attici quod Gallice dicimus, *moyen de vivre.* vulgo *προβολή.* Scholiaſtes Euripidis Medea, Ἣν *ἡμεῖς προβολὴν καλοῦμεν εἰς τὸ ζῆν* Ἀττικοὶ *ἀφορμὴν καλοῦσι.* Artemidorus lib. v. cap. LXXXVIIII. *ἀφορμὴν βιωτικήν.* Tertullianus *exhibitionem*, nota voce Iuriſconſultorum. Caſſiodorus, *Quale fuit rogo tunc miſeris viuere?* hoc eſt, *οἷον ἦν τοῖς ταλαιπώροις τότε τὸ ζῆν.*

μυστηρίοις μεγίστην δᾷδα ἔστησε] Myſteria noctu peragebantur. videtur ergo aemulatio quaedam fuiſſe, quis maximam facem accenderet: quod Graeci dicunt *δᾷδα ἱστάναι.* quaſi ſtatuere et defigere ad lucendum. Plutarchus in Cicerone, *τὰ δὲ φῶτα πολλὰ κατέλαμπε τοὺς στενωποὺς, λαμπάδια καὶ δᾷδας ἱστώντων ἐπὶ ταῖς θύραις.* inde apud ſcriptores ſaepe *δᾳδουχεῖν τὰ μυστήρια.* et placet veteribus Grammaticis *δᾳδουχεῖν* proprie dici de eo qui fit daduchus in Eleuſiniis initiis. Fuerunt et alia *λαμπαδουχίας* certamina varia Athenis, vt, praeter Platonem, Pauſaniam in Atticis, et Suidam, ſcholiaſtes Ariſtophanis docet: ſed id aliud, vt puto, erat. Quanquam quod ait *μεγίστην*, putauimus aliquando eo pertinere; quod videtur in eiuſmodi agonibus fuiſſe aliquod virium corporis ſpecimen. Ait enim Comicus in Ranis, *λαμπάδα δ' οὐδεὶς οἷός τε φέρειν ὑπ' ἀγυμνασίας ἔτι νῦν.* et Andocides in oratione quadam inter *κατορθώματα* ſua numerat quod *λαμπάδι ἐνίκησε.* Sed de myſteriorum facibus paſſim veteres.

πόσοι εἰσὶ κίονες τοῦ ᾠδείου] Eius generis illi ſermones apud Horatium [lib. 1 ſat. 9, 12] --- *cum quidlibet ille*

ille garriret, vicos, vrbem, laudaret. Fuit autem Odeum, vt autor eſt Plutarchus in Pericle, τῇ ἐντὸς διαθέσει πολύεδρον καὶ πολύστεγον. Vide Vitruuium. Eo in loco muſici aliique id genus in arte ſua ſe exercebant, et ſpectatores oblectabant, maxime ante extructum theatrum, vt annotat Heſychius. Sed et frumenta ibi ſolita vendi, et tempore caritatis pauperioribus diuidi, ex Demoſthenis oratione contra Phormionem didicimus. quare etiam controuerſiae omnes ad rem frumentariam, itemque ad debita quacunque ex cauſſa alimenta pertinentes, ibidem diſceptabantur. Pollux, libro VIII. τὰς δὲ ἐπὶ τῷ σίτῳ δίκας ἐν τῷ Ὠιδείῳ ἐδίκαζον. σῖτος δέ ἐστιν, αἱ ὀφειλόμεναι τροφαί. Inde eſt apud Demoſthenem, δίκην σίτου εἰς Ὠιδεῖον δικάσασθαι, in ea contra Neaeram.

3 Βοηδρομιῶνος μὲν τὰ μυστήρια] Intellige de maioribus initiis. nam minora myſteria Pyanepſione celebrabantur. Teſtis Demoſthenes, Plutarchus et alii.

Πυανεψιῶνος δὲ Ἀπατούρια] Teſtantur ſcholia Ariſtophanis in Acharnenſes [1, 4. 13] aliique Grammatici.

Ποσειδεῶνος δὲ τὰ κατ' ἀγροὺς Διονύσια] Haec ſunt quae minora Dionyſia dicebantur. nam maiora menſe Antheſterione peragebantur. Sed de his conſulat lector vnicum illud ſeculi decus, Ioſephum Scaligerum, in operis magni libro primo.

παρασείσαντα δὲ χρὴ τοὺς τοιούτους τῶν ἀνθρώπων, καὶ διαράμενον ἀπαλλάττεσθαι] Merito ſemper nobis de mendo fuit hic locus ſuſpectus. Nam quis eorum qui purius locuti ſunt, ἀπαλλάττεσθαί τινα vnquam dixit, pro *fugere procul ab aliquo*? poſtulabat ſane loquendi conſuetudo τινός· vel abſolute ἀπαλλάττεσθαι. vtrumque paſſim vſurpant ſcriptores antiqui: vt et ἀπαλλάττειν τινά, pro, *a ſe remouere aliquem*. illud autem primum, quod ſciam, nunquam. quod autem nonnullis placet, illa τοὺς τοιούτους non cum verbo ἀπαλλάττεσθαι iungi debere, ſed cum participio παρασείσαντα,

σαντα, haut ſcio an aliquis ſit probaturus e Graece doctis. ego penitus improbo, et ab vſu Attico verbi *παρασείσας* alienum eſſe ſcio. Quare non dubito quin iſti loco culpae nota ſit apponenda: culpae autem, librarii: qui vocem omiſit ex perpetuo vſu ſcriptorum Atticorum nobis reſtituendam. Ita ergo legimus, *παρασείσαντα δὲ χρὴ τοὺς τοιούτȣς τῶν ἀνθρώπων φεύγειν, καὶ διαράμενον ἀπαλλάτ]εσθαι.* Qui Ariſtotelicae dictioni aſſuefactas aures habent, agnoſcunt hic illud philoſopho familiare, *φεύγειν παρασείσαντα*, vel *παρασείσαντα τὰς χεῖρας·* quod Plautus dixerit, *fugere demiſſis manibus.* Origo inde, quod contentius currimus manus demiſſas habentes, et circum latera iactantes. Nicomacheorum lib. IIII. *οὐδαμῶς τ' ἂν ἁρμόζοι τῷ μεγαλοψύχῳ φεύγειν παρασείσαντι.* De inceſſu animalium, capite III. *καὶ οἱ θέοντες θᾶτ]ον θέουσι παρασείσαντες.* deinde cauſſam explicat: necnon Problematum, ſect. quinta. *Διαράμενον* autem dixit Theophraſtus, pro eo quod Plautus non vno loco *grandi gradu.* Nam qui curſu contendunt, vt gradum grandiant, crura vehementer aperiunt, quod eſt *διαίρεσθαι·* ſicut *διαίρειν ϛόμα, os aperire* eſt. At qui cruribus apertis ſtant, vt qui parant ſe ad hoſtilem impetum excipiendum, *διαβαίνειν* proprie dicuntur. vnde eſt apud Platonem ex Tyrtaeo *εὖ διαβάντα μάχεσθαι.* Artemidorus libro I. *τοῖς ἀντλοῦσι συμβέβηκε, διαβαίνειν μὲν ὡς βαδίζουσιν, ἀεὶ δὲ μένειν ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ.* Aliud eſt quod Latini dicunt, *ſuris apertis ambulare.* id enim vel naturae vitium eſt, vel ſtultae ambitionis. Varro Meleagro, *Non modo ſuris apertis, ſed paene natibus apertis ambulans.* Turpilius Demiurgo, *Apertae ſurae, brachia autem procera, horrorem mihi ex corde exſuſcitabant.* Fallitur vero Nonius inſigniter qui apertum in hoc Turpilii loco pro nudato poſitum putat. Atque hinc poſſunt intelligi Caſſiodori verba male accepta doctiſſimis viris, lib. IIII. *Superbus quinetiam varicatis greſſibus patet.* Affine eſt apud Ouidium

varici-

varicitus ambulare, Ματαιοτεχνίας, vel potius Κακοτεχνίας lib. III. *Illa velut coniunx Vmbri rubicunda mariti ambulat, ingentes varica fertque gradus.* Verum quaeſiuerim ego hic libenter, quomodo varica mulier ingentes gradus facere poſſit. id enim plane contra rerum naturam eſt: niſi ſi ingentes gradus improprie dixit, gradus paruos quidem et lentos, ſed quos efficiant multum hiantia crura: id enim eſt varicus. ſed haec in tranſcurſu. Qui iubent nos hoc loco ſcribere διαράμενον, pro διαράμενον, planiſſime atque adeo grauiſſime falluntur. ſed quid ſit διαίρεσθαι, quid διάρσις, ad Polybium fuſe explicamus.

ὅςις ἀπύρετος βούλεται εἶναι] Facete et ſuauiter. Eſt autem hoc e vulgi ſermone petitum: et, vt Donatus diceret, eſt ἰδιωτισμὸς hominis ab aliqua re abhorrentis. cum enim moleſtam ſibi fuiſſe alicuius garrulitatem volebant indicare, dicebant ſe ab eo fuiſſe enectos. Sic Horatius metuit ne a garrulo illo ſuo enecetur. Eadem mens illius quae in Milite Plautino [4, 2. 92] hoc pronuntiat, *Iam iam ſat amabo eſt: ſinite abeam ſi poſſum viua a vobis.* item illius qui ſic loquitur in quinto Theocriti idyllio, --- τὸν ξένον ἐς πόλιν αὖθις ζῶντ᾽ ἄφες. Simili rationi θάνατον ſiue mortem aut morbum ſibi eſſe dicebant rem auditu moleſtam. Sophocles, ὤμοι, θάνατος μὲν τάδ᾽ ἀκούειν. Tale illud Epicharmi, αἴκ᾽ ἔθοντ᾽ ἴδοις νιν, ἀποθάνοις. Cicero ſaepe, *mortis inſtar putare.* Caeterum videtur Theophraſtus, cum haec ſcriberet, praeceptoris ſui meminiſſe. Ariſtotelem enim aiunt, cum forte in locutuleium quendam et μαψιλάκαν incidiſſet, qui longos illi ſermones quosdam et ineptos narrans, ſubinde diceret, Nunquid hoc mirum o Ariſtoteles? reſpondiſſe: Minime id quidem, verum illud mirum, ſi quis pedibus praeditus te et garrulitatem tuam ferat, auctor Plutarchus.

AD

AD CAPVT IIII

ΠΕΡΙ ΑΓΡΟΙΚΙΑΣ

Η δὲ ἀγροικία δόξειεν ἂν εἶναι ἀμαθία ἀσχήμων] Contraria eſt ruſticitas haec elegantiae illi quae ſpectatur in geſtu, habitu, ac ſermonibus familiaribus: quam Graeci *κοσμιότητα* dixerunt, atque ita definierunt, *Κοσμιότης, ἐπιστήμη περὶ τὸ πρέπον ἐν κινήσει καὶ σχήματι σώματος· ἢ εὐταξία περὶ σχῆμα καὶ κίνησιν σώματος.* extant hae definitiones in libello qui eſt penes nos Περὶ παθῶν ψυχῆς Andronici philoſophi: quem de affectionibus animi ſcripſiſſe accurate ex Galeni aliquot locis ſatis conſtat. Plato in ὅροις, ſic, *κοσμιότης, εὐταξία περὶ κίνησιν σώματος.* Opponitur igitur ruſticitas ei quod vocant philoſophi *τὸ πρέπον*, et decorum in cultu et motu corporis: de quo egregie multa M. Tullius Officiorum libro primo. Stoici ruſticitatem definiebant ignorationem et morum et legum ſine inſtitutorum vrbanorum. Ἡ *ἀγροικία*, inquit Stobaeus in Excerptis ethicis ex libris Stoicorum, *ἐστιν ἀπειρία τῶν κατὰ πόλιν ἐθῶν καὶ νόμων·* aut potius *νομίμων.* Grammatici ita diſtinguunt: Ἀγροῖκος (aiunt illi) *προπερισπωμένως*, is eſt qui rure habitat. qui etiam *ἀγρεῖος* dicitur. *ἄγροικος* vero, *ὁ σκαιὸς τοὺς τρόποις*, homo ſcaeuis moribus et moleſtis: *ἄγριος* vero crudelis. Ariſtoteles tamen quo nemo caſtius vnquam locutus, quem *ἄγροικον* vocauit in ſecundo Nicomacheorum, in quarto extremo *ἄγριον* appellat. et ita alios quoque optimos auctores loqui obſeruatum nobis. Longe autem anguſtius accipit ille ibi *ἀγροικίας* nomen, quam hic accipiatur. eum vide.

κυκεῶνα πιὼν] Notum quid ſoleat iis accidere qui pharmacum ſumpſerint purgandi gratia per aluum.

Κυκεῶνα

κυκεῶνα vertimus pharmacum. nam potum medicamentorum ſignificari putamus hoc loco. Veteres Latini *κυκεῶνα cocetum* dixere. hinc eſt apud Tertullianum in libro Aduerſus Valentinianos *Neſtoris cocetum.* fruſtra enim ſunt docti viri qui torquent ſe tantopere in expoſitione illius loci. Atqui Tertullianus ſine dubio ad Νέϛορος κυκεῶνα reſpicit: de quo Homerus, Iliadis lib. λ', 640.

καὶ μείζω τȣ̃ ποδὸς τὰ ὑποδήματα φορεῖν] Horatius [1 Sat. 3, 29 ſſ.] --- *acutis naribus horum hominum rideri poſſit, eo quod ruſticius tonſo toga defluit, et male laxus in pede calceus haeret.* Similis ruſticitas apud eundem epiſtola prima [lib. 1, 96] *Si toga diſſidet impar.* Ouidius [Am. 1, 516] *Sit bene conueniens et ſine labe toga.* Fuiſſe autem vehementer irrideri ſolitos qui nimis laxos calceos geſtarent, oſtendit locus hic Ariſtophanis in Equitibus [1, 3. 85 ſſ.] Καὶ νὴ Δία, καμὲ τȣ̃τ' ἔδρασε ταυτόν· ὥϛε καταγέλων Πάμπολυν τοῖς δημόταισι καὶ τοῖς φίλοις παρασχέθειν· Πρὶν γὰρ εἶναι Περγασῆσιν, ἔνεον ἐν ταῖς ἐμβᾶσιν. vbi notabis obiter, eos quibus male laxus calceus haereret in pede, dici ſolitos νεῖν ἐν ταῖς ἐμβᾶσι, hoc eſt, *natare in ſoccis.* quod hodie quoque vulgo vſurpatur. Similiter Ouidius inter munditiarum praecepta [Am. 1, 518] *Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet.* et poſt hunc Sidonius Apollinaris, *Laxo pes natet altus in cothurno.* D. Hieronymus non diſſimilem ſententiam in diſſimili more verbo *follere* vſus extulit. *ſi pes,* ait, *laxa pelle non folleat.* Porro ab hac ruſticitate natum apud Graecos prouerbium, de re quauis parum conueniente. id enim dicebant eſſe ὑπὲρ τὸν πόδα. vt contra περὶ πόδα dicebant παροιμιακῶς de omnibus quae apta erant et conueniebant. Plato comicus Ὡς ἔϛι μοι τὸ χρῆμα τοῦτο περὶ πόδας. Lucianus de conſcribenda hiſtoria ridens ſcriptorem hiſtoriae ineptum, ὁρᾷς ὡς ἐμμελὴς ἡ ἀρχὴ καὶ περὶ πόδα ἡ ἱϛορία, καὶ τῷ τοιούτῳ εἴδει τῶν λόγων πρέπουσα. ſic legendum eſt, non

παρα πόδα. in quo mire caecutierunt doctiſſimi homines, ſed et τῇ ἱϛορίᾳ malim. Heſychius, περὶ πόδα οὕτω ἐκάλουν τὸ ἁρμόζον, μεταφέροντες ἀπὸ τῶν συμμέτρων τοῖς ποσὶν ὑποδημάτων· ἢ ἀκριβῶς. Idem Lucianus in apologia περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συν. Περὶ πόδα τοίνυν καὶ σὲ τὸν Σαλαιθον ἐκεῖνον φαίη τὶς ἂν *Merito te aliquis et conuenienter factis tuis Salaethum appellarit.* Vtitur et alibi, itemque ſcriptores alii, vt dicemus, faciente deo, breui, in editione Prouerbiorum. Dixerunt et περίπους pro eodem. nam idem Heſychius ita annotat, Περίποδος ἀντὶ τοῦ ἁρμόζοντος καὶ περὶ πόδα. Pollux quoque libro ſeptimo [c. 21] περίποδα δὲ ὑποδήματα, ἁρμόζοντα. Apud Plautum in Truculento [4, 2. 51 f.] non ruſticitatis tantum, ſed etiam impudentiae nota eſt, calceis inconcinnis vti. *Nihili me! perdidi omne quod fuit: fio impudens: Nec mihi adeſt ad illum penſi iam quos capiam calceos.* Ita legitur hic locus non in editione ſolum doctiſſimi Camerarii: ſed etiam in Lambiniana, et nouiſſima quoque Plantiniana, quam eruditiſſimi viri curarunt. mendoſiſſime ſane. Lego ex veſtigiis ipſis deprauatae lectionis: *Nec mihi adeſt tantillum penſi iam, quos capiam calceos.* Senſus eſt quem dixi. vide huc A. Gellium libro XIII. cap. XX.

μεγάλῃ τῇ φωνῇ λαλεῖν] Vt Stratyllax in Truculento Plautina, et initio Moſtellariae Grumio: cuius ſermonem ita excipit Tranio, *Quid tibi malum hic ante aedes clamatio eſt? An rure cenſes te eſſe? abſcede ab aedibus, --- Abi rus, abi directe.* Baſilius in epiſtola ad Gregorium, vbi pleraque ethica praecepta continentur, τόνος, ait, φωνῆς ὁ μέσος προτιμητέος, ὡς μήτε διαφεύγειν τὴν ἀκοὴν ὑπὸ σμικρότητος, μήτε φορτικὸν εἶναι τῷ μεγέθει τῆς διατάσεως· appellat vir ſanctiſſimus φορτικότητα, quam Theophraſtus ἀγροικίαν.

2 καὶ ἀναβεβλημένος ἄνω τοῦ γόνατος καθιζάνειν] Meminit huius ruſticitatis et ineptitudinis vetus poëta Philetaerus, ſiue Amphis, ἀμφίβαλλε ςέρνοις φᾶρος· οὐ καθήσεις

καθήσεις (vel *καθίσεις*) *τάλαν*; *μηδ᾽ ἀγροίκως ἄνω γόνατος ἀμφέσῃ*; Ita legi debet hic locus apud Athenaeum libro primo [c. 18] ex veteribus membranis. Sappho quoque ſimilem ruſticitatem in aemula et *ἀντιτέχνῳ* Andromeda ridebat, vt eſt apud eundem Athenaeum. *Τίς δ᾽ ἀγροιῶτις θέλγει νόον, οὐκ ἐπισταμένη τὰ βράκεα ἕλκειν ἐπὶ τῶν σφυρῶν*; Negat Sappho poſſe cuiquam placere Andromedam, quae ruſticarum more veſtem ſubductam geſtet. Quod prorſus hodie mulieribus ruſticanis noſtratibus conuenit: quas ſaepe videas, non rure tantum, ſubducta indecore veſte opus facere: ſed etiam vrbem ita ingredi cum ad nundinas ventitant. Notum eſt autem, veteres ſubligaculis, quibus nos hodie vtimur, extra ſtadium aut ſcenam non eſſe vſos. itaque et Romani veteres togam ad calceos demittebant, et Graeci pallium. quod ſi quid illis diligentius eſſet faciendum, vel pallium ponebant: vel in humeros retrorſum reiiciebant; quod Athenis factitabant quando in publicum aut in concionem prodibant, homines qui naui et actuoſi haberi volebant, vt indicat Ariſtophanes Concionantibus. Atque hic eſt fere ſeruorum habitus in comoediis Graecis et Latinis palliatis. Apud Plautum Capteiueis [4, 1. 11 ſ.] ait ille, ***Nunc certa res eſt: eodem pacto vt comici ſerui ſolent, Coniiciam in collum pallium, primo ex me hanc rem vt audiat.*** In Epidico [2, 2. 10 ſ.] ***Age nunc iam orna te Epidice, et palliolum in collum conicice, Atque diſſimulato, quaſi per vrbem totam hominem quaeſiueris.*** Dicitur et ***colligere pallium*** pro eodem. Capteiueis [4, 2. 13] ***Collecto quidem eſt pallio: quidnam acturus eſt?*** Sic Geta apud Terentium [Phorm. 5, 6. 4] vt Antiphonem properet inuenire, humerum ſibi onerat pallio. Propterea Oppianus [*κυνηγ.* 100 ſſ.] poëta ſummus, in venatoris inſtitutione eum admonet, vt venatum iturus, pallium ſibi in humeros coniiciat. Nam hic eſt ſenſus horum verſuum quos interpretes non intellexerunt, ne Graeci quidem, *Αὐχένος αὐθ᾽ ἑκάτερθε*

 παρήορον

παρήορον ἐκ παλαμάων Εἷμα περιςέλλοιτ' ὀπίσω, ϑεναρῶν ὑπὲρ ὤμων Ρήϊον ἐς κάματον. ſubiicit deinde Μηδ' ἄρα λῶπος ἔχειν μάλα λώϊον. quae verba de pallio non minus quam ſuperiora ſunt accipienda. Nam eſt perinde ac ſi diceret: Imo ſi me audias, non ſolum in humeros pallium coniicies: ſed etiam omnino depones. id enim eſſe non tantum expeditius, ſed etiam tutius propter eam quam affert cauſſam. λῶπος ſiue λώπιον idem eſt atque ἱμάτιον, et vt ait Ariſtoteles primo Topico ταυτὸν ἀριθμῷ. Pallium ſane Graeci hanc ipſam ob cauſſam belli tempore deponebant, vt Romani togam. erantque milites Graecorum magnam partem μονοχίτωνες, vt eos vocat Plutarchus. apud quem ὁ ἐν ἱματίῳ βίος, eſt *vita togata*, et opponitur bellicae: vt in vita Pompeii. et in eiuſdem Camillo bis, εἶναι ἐν ἱματίῳ, eſt altae pacis indicium. Xylander *tunicatos* vertit. non recte. nam vel de toga Romanorum, vel de pallio Graecorum omnino intelligendum. Porro autem, maxima ſemper fuit hominibus liberis nec ineptis cura, quoties in publicum eſſet prodeundum, vt decenti eſſent habitu, quod Graeci vocant εὐσχημονεῖν, Plautus *euſcheme adſtare* in Trinummo [Act. 3, 1. 24] et Milite [Act. 2, 2. 58]. In hoc qui eſſent negligentiores, ruſtici habebantur, vt hic. Horatius [1 Sat. 3, 30] *Ruſticius tonſo toga defluit.* Defluere enim dicitur veſtis cum negligentius habetur: dicitur et trahi, in Ciſtellaria [Act. 1, 1. 117] Plauti, et apud Graecos σύρεσϑαι, quanquam alio ſenſu interdum et σύρεσϑαι et ἕλκεσϑαι et trahi, de ſyrmate ſiue delicata veſte dicuntur, quae propendente lacinia trahitur potius quam geſtatur. Athenaeus de hoc κοσμιότητος ſtudio antiquorum loquens libro primo [c. 18] ἔμελεν, inquit, αὐτοῖς καὶ τοῦ κοσμίως ἀναλαμβάνειν τὴν ἐσϑῆτα· καὶ τοὺς μὴ ποιοῦντας τοῦτο ἔσκωπτον. Plato vero in Theaeteto inter hominis non ingenui nec liberaliter educati notas hanc quoque ponit, quod neſciat ἀναβάλλεσϑαι ἐπιδέξια ἐλευϑέρως, hoc eſt, *veſtem dextre decenterque*

terque hominum liberorum more componere. hic enim eſt ſenſus illorum verborum Platonis, vt pluribus alias deo dante ſumus demonſtraturi.

ὥςτε τὰ γυμνὰ αὐτοῦ φαίνεσθαι] Video doctos viros ita hunc locum vertiſſe, quaſi legeretur, *ὥςτε καὶ γυμνὰ τὰ αἰδοῖα αὐτοῦ φαίνεσθαι.* et profecto id videtur voluiſſe dicere Theophraſtus. neque aliter accidere poteſt, ſi quis vel ſi qua adducta ſupra genu veſte ſedeat. Sic apud comicum dicitur mulier *ἀναβαλλομένη δεικνύειν τὸ φορμίσιον*, hoc eſt, *τὸ αἰδοῖον*, in Concionantibus. Veruntamen cum hanc lectionem habeant omnes codd. generalius accipiatur hic locus de aliis quoque corporis partibus. Ita enim eſt: praeter caput et manus nulla alia pars eſt quam denudatam habere honeſtum ſit. Quare etiam auctor libri Περὶ *εὐσχημοσύνης* ſiue is eſt Hippocrates ſiue alius, hoc praeceptum non praetermiſit. *Τηρεῖν δὲ χρὴ*, inquit, *ἑωυτὸν ὅτι μάλιςα, μὴ πολλὰ φαίνοντα τῶν τοῦ σώματος μερέων.* Apud Hebraeos vox ערוה quae *nuditatem* ſignificat, interdum etiam partes eas corporis notat quae neque oſtendi neque nominari honeſte poſſunt. An igitur et plebs Attica ſic locuta? Nam haec quidem lectio in qua omnes mſſ. conſentiunt, manifeſto *ἑβραΐζει.*

καὶ προαιρῶν δέ τι] Signatum verbum *προαιρεῖν*, *e penu aliquid promere.* Ariſtophanes Theſmophoriazuſis, --- *ἦν ἡμῖν πρὸ τοῦ αὐταῖς ταμιεύεσθαι προαιρούσαις λαβεῖν ἄλφιτον, ἔλαιον, οἶνον.* eſt et apud Thucydidem in octauo *προαιρεῖν*, pro ex horreo promere, ſiue *deripere horreo*, vt loquitur Horatius [3 od. 28]. Clemens Alex. [Paedag. 3, 10] *προκομίζειν ἐκ τοῦ ταμιείου.* Male autem vulgo ſcribitur *προαιρῶν·* quod manifeſtiſſime declarant illa Diogenis Laërtii in Lacide, *ἐπειδὰν γάρ τ προέλοι τοῦ ταμιείου.* Saepe in hac voce peccatum offendes a librariis: ſaepe ab interpretibus. Sic in Lyſide Platonis, *ἀςραγάλοις ἐκ τῶν φορμίσκων προαιρεῖσθαι*, eſt, *promere et educere*, non autem *ſeligere:* vt vertunt.

δεινῶς φαγεῖν] Fortaſſe δεινὸς ſcribendum.

καὶ ζωρότερον πιεῖν] Vertimus *meracius.* non tamen improbauerimus, ſi quis malit, *vberius* aut *largius.* neque enim nos fugit quam variae fuerint veterum criticorum ſententiae ſuper illo Homeri ζωρότερον δὲ κέραιε. vide grammaticos et Plutarchi Sympoſiaca. Ariſtotelem vero ſi ſequimur auctorem in libro de poëtica, vertemus *auidius.* Sane apud Graecos olim et meraca potio, et grandia pocula hominis parum politi notae erant. Barbarorum enim id eſſe exiſtimabant, non Graecorum: quod declarant antiqua prouerbia, ἐπισκυθίζειν, et Θρῃκίῃ ἄμυστις, apud Callimachum: apud Horatium [1 od. 36] *Threicia amyſtis.* Sic et guloſitatem vitium barbarorum appellarunt, et prouerbio notarunt quod apud Seruium obſeruauimus, Ἡ πλησμονὴ τῶν βαρβάρων.

κατ' ἀλέσας μετ' αὐτῆς] Lego ἀλέσαι. vel deſit aliquid neceſſe eſt. ac fortaſſe ita legi debet: κατ' ἀλέσας μετ' αὐτῆς, μετρεῖν τοῖς ἔνδον πᾶσι καὶ αὐτῷ, τὰ ἐπ. hoc eſt, *et poſtquam cum ancilla ſua moluit, tum aliis omnibus domeſticis, tum ſibi etiam ipſi victum metitur.* Mera enim ruſticitas eſt, patremfamilias tanquam vnum e ſeruis e demenſo viuere.

τοῖς ὑποζυγίοις ἐμβαλεῖν τὸν χόρτον] Haec vera lectio. ſic dixit Plutarchus in Eumene, τοῖς ἵπποις χιλὸν ἐμβαλεῖν. Iuuenalis [Sat. 8, 154] *infundere iumentis ordea.* alii ſcriptores, χόρτον παραβάλλειν.

3 ἐπακοῦσαι αὐτὸς] Scribendum ὑπακοῦσαι. ſic ſemper Graeci κόπτειν τὴν θύραν et ὑπακούειν iungunt, non ἐπακούειν. Plautus in Trinummo *auſcultare*, in Moſtellaria, *reſponſare.* Refero autem hoc quoque ad ἀριστῶν. in eo enim ruſticitas praecipua.

οὗτος φυλάσσει τὸ χωρίον] Praeclare iſta homini ruſtico conueniunt. nam vulgo ruſtici canes appellabant cuſtodes mutos. Columella libro ſeptimo capite XII. *Nunc vt exordio priore ſum pollicitus, de mutis cuſtodibus loquar:*

loquar: quanquam canis falſo dicitur mutus cuſtos. Neque ſolum ruſtici eorum cuſtodia vtebantur: ſed et vrbani homines: quos conſtet ad fores, vel ſeruum oſtiarium, vel canem cathenarium habere ſolitos, aut vtrumque. De Romanis pridem notarunt docti viri: de Graecis vero non finunt nos dubitare infiniti auctorum loci. Euſtathius Iliadis libro χ. Ἔθος ἦν τὰς αὐλείοις θύρας τηρεῖσθαι ὑπὸ κυνῶν. Ariſtophanes Lyſiſtrata, --- πρός γε μέν τοι τὴν θύραν Προαγορεύω μὴ βαδίζειν τὴν ἐμήν. Antipater poëta epigrammatarius, Ἦν μὲν γὰρ τὸ χάραγμα Φέρης φίλος, ὅτε θυρωρὸς Ἐν ποσὶν, ὅτε κύων ἐν προθύροις δέδεται. Idem Antiphanes poëta alius eiuſdem generis, canes vocat φρουροδόμους. Sed teſtium ἅλις, tanquam δρυός. Plutarchus in libro De curioſitate, notat, ſeruos ianitores ſucceſſiſſe in locum ῥόπτρων ſiue martulorum quibus antiquiores vtebantur.

λίαν μὲν λυπρὸν εἶναι] Scribe, λέγων λυπρὸν εἶναι· vel λίαν λέγων λυπρὸν εἶ. pro λέγων εἶναι λίαν λυ. Eſt autem ambigua vox λυπρός, quae et aſperum nummum, vtpote recens percuſſum, ſignificare poteſt: et veterem atque vſu tritum, aut alias minus probatum: quale eſt quod vocatur a Iuuenale [Sat. 9, 31] *tenue argentum, venaeque ſecundae.* Deinde lego, καὶ πρὸς ἕτερον ἅμα ἀλλάττεσθαι. aut αἰτεῖν ἀλλάττεσθαι. Nemo autem neſcit quam ſit plerunque difficile ruſticis hominibus hac in parte ſatisfacere: qui quod ſint τῆς ἀργυρογνωμονικῆς imperiti, fraudem vndique ſuſpectant, omnia tuta timentes. Ex hac re natum apud Graecos prouerbium, de iis qui iudicio et penſiculate ſingula examinant, ἐξετάζειν ἀργυραμοιβικῶς. extat apud Lucianum, et Maximum Tyrium.

καὶ ὁ ἄροτρον ἔχρησεν] Scribendum eſt, ἔχρησεν abſque litera ſubſcripta. non enim eſt e χρήζω, ſed a χρᾶν: in quo grauiter ſunt lapſi interpretes, cum hic, tum capite De impudentia, vbi vox χρήσαντας cum ſubſcripto vitioſe poſita in foedum errorem eos impulit.

Neque vero diuinare poſſum quid iiſdem in mentem fuerit, cum θύλακον verterent *reticulum panis*. Atqui ne tum quidem cum θύλακον ἀλφίτων dicunt Graeci, id ſignificare volunt: nedum cum θύλακον tantum. vide ad caput De ſuperſtitione.

ταῦτα τῆς νυκτὸς κατὰ ἀγρυπνίαν ἀναμιμνησκόμενος] Deeſſe aliquid, nemo tam caecus quin videre queat. lego ἀπαιτεῖν ταῦτα τ. ν. in quo ſane magna eſt ruſticitas et diffidentia, quae ſaepe coniuncta videas.

4 πόσου ἦσαν αἱ διφθέραι] Διφθέραι ſunt non pelles, ſed veſtes e pellibus, hoc eſt, *rhenones:* ſicut et *pelles* Latinis pro veſtibus e pelle. vnde apud rei ruſticae ſcriptores inter familiae veſtes ſunt pelles manicatae, et paſſim. Pellibus autem Attici ruſtici, (imo, vt arbitror, omnes operae viliores) veſtiti eſſe ſolebant, vt notum eſt ex Ariſtophanis multis locis et eius Scholiaſte: qui in Nebulas [Act. 1, 1. 72] διφθέραν ait fuiſſe ποιμενικὸν περιβόλαιον, ſicut Ouidius in Metamorphoſi, *paſtoritiam* pellem vocat. Theophylactus in epiſtolis, ὁ δὲ τὴν διφθέραν ἀφεὶς καὶ τὴν δίκελλαν πρὸς ἄστυ χωρεῖ. hinc dicti ſunt in fabulis Graecorum διφθερίαι, vt praeter Graecos auctor eſt Varro. et hic eſt quem *paſtoralem habitum* vocat Liuius [10, 4], Florus [1, 17. 4] in eadem hiſtoria *paſtorium.* Poſterior aetas, vt comici Scholiaſtes annotat, ἰσάλην appellabat: quae eſt vox deprauata ab antiqua ἰξαλῆ, quae etiam apud Hippocratem legitur, et proprie caprae pellem ſignificat. nam ἴξαι olim pro ἄϊξαι quod eſt *impetuoſe ferri*, et *ſalire.* vnde ἴξαλος proprium eius animalis epithetum. Caprarum autem pellibus in hanc rem vſos veteres etiam Varro ait libro ſecundo extremo rei ruſticae. Simylus in Moreto [v. 22] *cinctus villoſae tergore caprae.*

καὶ τὸ τάριχος] Cur ruſticus de ſalſamentorum pretio potiſſimum quaerit? Quia ſalſamenta erant tenuiorum et ruſticorum cibus. Teſtes infiniti. vel lege Lucianum De conſcribenda hiſtoria. Ideo etiam de re

vili

vili et abiecta dicebant *ταρίχους ἀξιώτερον*, *Vilius eſt ſalſamento.* eo prouerbio vſus Ariſtophanes in Veſpis.

καὶ εἰ σήμερον ὁ ἀγὼν νουμηνίαν ἄγει] Sane ruſticiſſime hoc quidem. ſaltem enim dicere debuerat iſte, *ἡ νουμηνία ἄγει τὸν ἀγῶνα.* quo fere modo loquitur homo et ipſo *ἀγροῦ πλέως* Strepſiades apud Ariſtophanem [Nubb. 1, 1. 15] *ἐγὼ δ' ἀπόλλυμαι ὁρῶν ἄγουσαν τὴν σελήνην τὰς εἰκάδας.* Non multum abeſt ab hac ruſticitate mulier illa in comici Concionantibus, quae ſic loquitur: *Λέγοιθ' ὅπως καὶ τ' ἀπὶ τούτοις δράσομεν, Ἕως ἔτ' ἔστιν ἄστρα κατὰ τὸν οὐρανόν. Dicite nobis*, inquit, *quid facto ſit opus, dum adhuc in caelo ſunt ſtellae.* nam qui ita loquitur, nonne exiſtimare is videtur noctu tantum eſſe in caelo aſtra, non autem interdiu, quia tum nulla cernantur? qua opinione ne ipſum quidem rus magis ruſticum: etſi ſcio ſimilia fuiſſe Epicuri et aliorum quorundam moroſophorum deliramenta. Romani quoque ruſtici ſoliti dicere, *Coelum eſſe ſine Luna*, in eius ſyderis coitu. vt refert Plinius libro XIIII. cap. XXI.

καὶ εἰπεῖν εὐθὺς ὅτι βούλεται καταβὰς ἀποκεῖρασθαι] Traiectio notanda. rectum erat, *καὶ εἰπεῖν ὅτι βούλεται εὐθὺς καταβάς.* familiaris haec figura loquendi Ariſtoteli et noſtro huic auctori, vt infra quodam loco annotauimus. Intelligendum eſt autem ruſticum iſta dicere, qui habeat barbam et comam incultam atque horridam. Fere enim fit vt ruſtici homines huic elegantiae alia negotia magis *πρὸς τὰ ἄλφιτα* facientia anteuertant, et diu intonſi maneant. Quare Suidas ruſticitatis notam facit, *μέγαν τὸν πώγωνα τρέφειν*, *barbam promittere.* *Καταβὰς* autem vel *εἰς ἄστυ*, vt mox, *καταβαίνων εἰς ἄστυ.* vel *καταβὰς ἀπὸ τοῦ ὀχήματος ἢ ὑποζυγίου.* non enim ferendi ſunt, qui vertunt *ſtatim ac domo exierit.*

ἐν βαλανείῳ ᾄσαι] Seneca ad Lucillium epiſtola LVII. de balnei tumultu et clamoribus loquens, *Adiice*

nunc Scordalum, et furem deprehenſum, et eum cui vox ſua in balneo placet. hoc eſt, τὸν ἐν βαλανείῳ ᾄδοντα. Lege Artemidorum ὀνειροκριτικῶν libro primo, capite LXXVIII. Similis ruſticitas et ἀπειροκαλία eorum qui lauantes recitabant, quos notat Horatius libro primo Sermonum [Sat. 4. 75] Graeci eos qui indecenter ſe gererent in balneis, Triballos vocabant ab immani et inhumana gente Illyrica. Etymologici auctor, Τριβαλλοι, οἱ ἐν τοῖς βαλανείοις ἀναγώγως διατριβόμενοι. alii paulo aliter apud Demoſthenem et Iſocratem interpretantur. vide Heſychium.

καὶ εἰς τὰ ὑποδήματα δὲ ἥλους ἐγκρούσαι] Etiam hodie ruſtici noſtrates clauis vel ferreis vel ligneis calceos ſuos ſuffigunt: quod Graeci ἐγκρούειν ἥλους εἰς τὰ ὑποδήματα dicunt, vel ἐγκόπτειν. vnde iocus facetiſſimi poëtae comici Machonis, aut Diphili potius, apud Athenaeum [lib. 6, 10] in Chaerephontem: quem cum non taederet coenae gratia quanuis longum iter ſuſcipere, monet eum poëta, non vt calceos clauis muniat, quod faciendum iis qui peregre cogitant, ſed vt maxillas: vrbane iocans in eius ingluuiem et voracitatem. Sic ille, Εἰς τὰς ἑαυτοῦ Χαιρεφῶν σιαγόνας Ἔγκοψον ἥλους, ἑκατέρᾳ γε τέτταρας· Ἵνα μὴ παρασείων, καὶ μακρὰν ἑκάστοτε Ὁδὸν βαδίζων, τὰς γνάθους διαστρέφῃς. Hinc dicti ἡλοκόποι, qui clauis calceamenta configebant, quae *clauata* Romanis dicebantur, vt ait Feſtus. Gloſſarium vetus, *Clauarius* ἡλοκόπος. Nam etiam Romanis fuiſſe in vſu clauata ſatis conſtat. nemo enim neſcit, caligas militares clauis fuiſſe ſuffixas: ex quo et inſtitutum eſt et appellatum *clauarium:* quod fuit donatiuum in clauos militarium caligarum. Pertinet ad hunc morem Plauti locus in Trinummo [3, 2. 94 ſſ.] --- *quid ego nunc agam? Niſi vti ſarcinam conſtringam, et clypeum ad dorſum accommodem. Fulmentas iubeam ſuppingi ſoccis.* Fulmentae ſunt καττύματα, quod etiam *ſolum* Latinis dicitur. Gloſſarium Κάσσυμα, *ſolum.* Idem optimus

auctor

auctor alibi, *Solum caligarium*, *κάσσυμα*. Idem, *Suppacta*, *κεκασσυμένα*. et ita legendum etiam alio loco eiuſdem libri, vbi *Supalta* eſt editum. nam *ſuppingere* eſt *ἥλους ἐγκρούειν* in calceos, vt in ſuperiore loco Plauti. Etſi enim ibi claui non nominantur, manifeſtum tamen id eſt ex alio loco in Bacchidibus, vbi notat poëta luxum veterum diuitum, qui clauis argenteis vel aureis in hanc rem vſi. Plane enim errant eruditi viri qui locum illum emendandum cenſent. Sic Plautus [Bacch. 2, 3, 97 ſ.] *Sed diueſne eſt iſtic Theotimus? CH. etiam rogas? Qui ſoccis habeat aurum ſuppactum ſolum.* Nam etſi magnum hoc, fidem tamen veri non egreditur. cui enim mirum hoc adeo videatur, qui meminerit eorum quae de Antiochi exercitu narrant hiſtorici? qui quidem *magna ex parte* (verba ſunt Valerii Maximi [lib. 9, 1. 14] *aureos clauos crepidis ſubiectos habuit.* Simile eſt quod de Agnone Teio Alexandri Magni purpurato Plutarchus narrat: *qui aureis clauis ſuffigere crepidas ſolebat*, ait Plinius libro XXXIII. capite III. Clemens Alexandrinus Paedagogi libro II. *Αἰσχρὰ γοῦν ἀληθῶς τὰ σανδάλια ἐκεῖνα, ἐφ᾽ οἷς ἐστι τὰ χρυσᾶ ἀναθέματα· ἀλλὰ καὶ τοὺς ἥλους ἑλικοειδῶς τοῖς καττύμμασιν ἐγκατακρούειν ἀξιοῦσι.* Reperio et clauis aeneis in hanc rem vſos veteres Romanos. Lucilius, *Fulmentas clauis aeneis ſubcudere.* Sic legendum cenſeo hunc Lucillii locum, qui apud Nonium corruptus extat. Legitur enim vulgo *ſubducere*, inepte, cum ſubcudere plane ſit *ἐγκρούειν*, vel *ἐγκόπτειν*. Extat apud eundem Nonium etiam alter Lucillii locus eodem pertinens, *Sufficit huic dum fulmentas quattuor addit.* verſus eſt hexameter, ſed corruptus. Lego autem, *Sufficit huic: clauis fulmentas quattuor addit.* hoc eſt, quatuor clauis fulmentas addit. Imperitus librarius ex *cl.* fecerat *d.* quod mendi genus ſaepe occurrit. haec prima mendi indoles. Sed redeamus ad Theophraſtum, et doctas migremus Athenas. Non eſt enim praetermittendus nobis inſignis locus veteris ſcriptoris

ptoris Teletis, vbi et moris huius et auctoris noſtri mentio habetur. Refert Teles Metroclis cuiuſdam ſermonem qui diceret Theophraſti et Xenocratis hanc olim rationem fuiſſe, vt ſi quis ipſis operam nauare vellet, illi neceſſario habendi eſſent calcei: atque ii ſine fulmentis, ſine clauis: habendam etiam pretioſam ac delicatam veſtem: pueros multos: domum amplam ad conuiuia agitanda. Fuiſſe praeterea dandam operam vt panis adeſſet non plebeius ſed ſiligineus: opſonium non qualecunque: vinum dulce: vt denique quando conuiuia eſſent celebranda, laute id fieret. His ſiquidem illos ingenui ac liberalis hominis vitam eſſe metitos. Teletis verba ſunt, Παρὰ τούτοις γὰρ ἐξ ἀνάγκης ἔδει ὑπόδημα ἔχειν. καὶ τοῦτο ἀκάττυτον, ἥλους οὐκ ἔχον. εἶτα χλανίδα, παίδων ἀκολουθίαν, οἰκίαν μεγάλην εἰς τὸ σύνδειπνον· ὅπως ἄρτοι καθαροὶ, ὄψον μὴ τὸ τυχόν· οἶνον ἡδὺν, ὑποδοχὰς τὰς ὑποβαλλούσας (lego ἐπιβαλλούσας) ἵνα πολυτελῶσι. ἐλευθέριος γὰρ παρ᾽ αὐτοῖς ἡ τοιαύτη ἀναστροφὴ ἐκρίνετο.

καὶ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ παριὼν] Ruſticitas quae hic a Theophraſto notatur, in eo eſt, quod malit iſte, cum, caſu, vel ex negotio, ante Archiae ſalſamentarii officinam tranſiret, ſalſamenta emere, ac ſecum auferre, quod parum erat honeſtum: quam aliquem poſtea famulum domo mittere, qui emat et afferat. Eadem mens illius fuiſſe videtur, qui pronuntiabat haec apud Platonem comicum [apud Pollucem 6, 9] --- καὶ περιὼν ἅμα Τίλτου ταρίχους, ἐπριάμην τοῖς οἰκέταις. vbi etiam legi malim παριὼν vt hic: quanquam ex Theophraſti verbis poteſt ſine damno ſententiae abeſſe vox παριών. ac pene illam inducendam cenſuerim. Nam ita loqui ſolent ſcriptores Attici: τῆς αὐτῆς ὁδοῦ, inquam, non, παριὼν τῆς αὐτῆς ὁδοῦ. Ariſtophanes in Pace, --- χ᾽ ἅμα τῆς αὐτῆς ὁδοῦ χαριωάδην τις βωσάτω. Nicoſtratus Pandroſo [apud Athenaeum 13, 6] Ἔπειτα τῆς αὐτῆς ὁδοῦ πρὸς Ἀεροπην ἐλθοῦσα, πέμψαι στρώματ᾽ αὐτὴν νῦν, ἔφη,

Κέλευε.

κέλευε. Antiphon orator elegantiſſimus, Κάλλιςον ἐδόκει τῷ Φιλόνεῳ τῆς ἀυτῆς ὁδοῦ ἅμα μὲν προπέμψαι τὸν πατέρα τὸν ἐμὸν φίλον ὄντα ἑαυτῷ, ἅμα δὲ θύσαντα τὰ ἱερὰ ἑςιάσαι ἐκεῖνον. Latini etiam breuius, *eadem* dicunt pro τῆς ἀυτῆς ὁδοῦ. Chariſius, *Veteres eadem ſoliti ſunt dicere, non addentes, via, vt ſit* κατ᾽ ἔλλειψιν *vt Plautus inquit, Eadem bibes, eadem tibi dedero ſuauium.* ſic apud Ciceronem et alios auctores ſaepe. quare hunc locum ſic potes vertere, *et ſimul, eadem ſumere ab Archia ſalſ.* Idem ſignificat et vox *obiter* apud Latinos: et inde etiam illud Graecorum natum, ὁδοῦ πάρεργον.

κομίσασθαι παρ᾽ Ἀρχίου τοὺς ταρίχους] Plutarchus, θαυμάσαντος γὰρ τινος εἰ δὶ ἀγορᾶς ἀυτὸς φέρει τάριχος. Sic Diogenes Cynicus vt nouo diſcipulo tenerioris adhuc frontis verecundiam excuteret, geſtare cum iubet ſaperdam per vrbem. referunt Diogenes Laertius, Plutarchus, alii. Archias cuius hic fit mentio, nobilis aliquis fuit Athenis aetate Theophraſti ſalſamentarius, quales fuere in eadem vrbe Chaerephilus, Euthymus, Phidippus, aliique veterum poëtarum comoediis nobilitati. Erant autem Athenis cetariorum officinae, ſiue τὸ ταριχοπωλεῖον, procul a foro rerum reliquarum, ad portam vrbis neſcio quam: vbi et alia parui pretii nonnulla venibant. Ariſtophanes Equitibus [4, 1. 95 ff.] --- ἐν ἀγορᾷ Ἀλλαντοπώλεις; ἐτεὸν, ἢ ᾽πὶ ταῖς πύλαις; ΑΛ. Ἐπὶ ταῖς πύλαισιν, οὗ τὸ τάριχος ὤνιον. Scholiaſtes ὤνιον. εὔωνον· ὅπου τὸ ταριχοπωλεῖον, ἀντὶ τοῦ, ὅπου τὰ εὐτελῆ πωλεῖται. Reperitur etiam ita ſcriptus hic locus: κομίσασθαι ἀπὸ τοῦ βραχίονος τοὺς ταρίχους. quae lectio fortaſſe vera eſt. nam etiam ſacculos atque alia id genus geſtabant e brachiis pendentia. Nonius, *Bulga eſt folliculus omnis, quam et crumenam veteres appellarunt: et eſt ſacculus ad brachium pendens.* Callimachus de quodam qui ampullam oleo plenam ad brachium pendentem geſtabat, Καὶ ῥα παρὰ σκαιῷ βραχίονος ἔμπλεον ὄλπιν. ſic μήτρας κρεμαμένας interpretamur in veteris

poëtae

poëtae verſu. Animaduerſ. in Athenaeum lib. III. cap. XX. Similiter crumenam e collo pendentem gerebant. Plautus Truculento [3, I. 7 ſ.] --- *homo crumenam ſibi de collo detrahit: Minas viginti mihi dat: accipio libens.* et alibi tribus quatuorue locis. Inde eſt *decollare*, quod proprie de marſupio dicitur, quod collo abeſt et periit. inde ſumitur pro οἴχεσθαι, vt cum *ſpem decollare* ait Varro.

AD CAPVT V

ΠΕΡΙ ΑΡΕΣΚΕΙΑΣ

H δὲ ἀρέσκεια] De hoc vitio (vitium enim eſt) diximus ſupra capite De adulatione. Differt blanditia ab adulatione ſolo fine. nam haec ſuum ſibi commodum pro fine proponit: blanditia vero ſolum τὸ ἡδύνειν ſpectat, et vt placeat in congreſſibus et conuictu. Etſi autem parum honeſta eſt blanditia haec, (nullum enim vitium honeſtum) quia tamen ſub virtutis ſpecie ſolet id vitium latere, libenter faciunt adulatores, quo nominis ſibi conuenientis inuidiam fugiant, vt ſe blandos potius appellent. Athenaeus libro ſexto [c. 15] Ταύτην δὲ τὴν κολακείαν, τινὲς ἐκτρεπόμενοι τοὔνομα, ἀρέσκειαν προσαγορεύουσι, ὡς καὶ Ἀναξανδρίδης ἐν Σαμίᾳ, τὸ γὰρ κολακεύειν νῦν ἀρέσκειν ὄνομ' ἔχει. Neque omittendum quod Ariſtoteles in octauo Nicomacheorum ſcribit, ἀρέσκους vulgo appellari quos ipſe φίλους πολιτικοὺς ſolet nominare: eos nimirum qui benigne et comiter cum omnibus verſantur, veram amicitiam cum nemine colunt. Non eſt autem vera illorum ſententia qui τὴν ἀρέσκειαν, qua de hic, negant Latine dici *blanditiam:* ſed numero multitudinis, *blanditias.* Q. Cicero De petitione conſulatus [c. 2]: *Sed opus eſt magnopere blanditia: quae etiam ſi vitioſa eſt, et turpis in*

in caetera vita: tamen in petitione eſt neceſſaria: etenim cum deteriorem aliquem aſſentando facit, improba eſt, cum amiciorem non tam vituperanda. M. Cicero De Rep. libro IIII. *In ciue excelſo atque homine nobili, blanditiam, oſtentationem, ambitionem, notam eſſe leuitatis.* Idem ad Atticum libro XII. [ep. 3] *Vnum te puto minus blandum eſſe quam me: et ſi vterque noſtrum eſt aliquando aduerſus aliquem, inter nos certe nunquam ſumus.* Idem, eodem libro, [ep. 5] *Cum Romae eſſent, et te iam iamque viſurum me putarem, quotidie tamen horae quibus exſpectabam, longae videbantur: ſcis me minime eſſe blandum: itaque minus aliquanto dico quam ſentio.* Nos Galli ἄρεσκον et blandum vocamus *courtiſan*, hoc eſt, aulicum: qui minimo diſcrimine ab adulatore diſtinguitur. Veteres Latini ἀρέσκειαν non ſolum *placentiam* dixerunt: ſed et *placorem.* Gloſſarium vetus, Ἀρέσκεια, *hic Placor.*

οὐκ ἐπὶ τῷ βελτίστῳ] Sic Plato, ἄνευ τοῦ βελτίστου. Terentius Adelphis, --- *quod te iſti facilem et feſtiuum putant, Id non fit ex vera vita, neque adeo ex aequo et bono: Sed ex aſſentando.* D. Paulus in ea ad Romanos [c. 15, 11] ἕκαστος ἡμῶν τῷ πλησίον ἀρεσκέτω εἰς τὸ ἀγαθόν.

θαυμάσας ἱκανῶς] Proprium blandorum atque adulatorum mirari alios. Cicero in Paradoxis [5, 2]: *Loquitur ad voluntatem: quidquid denuntiatum ſit facit: aſſentatur, aſſidet, miratur.* quanquam iſto loco alii libri *munerat* habent pro *miratur.* Idem Cicero libro ſecundo De diuinatione [c. 2]: *Neque porro aut adulatus aut miratus ſum fortunam alterius, vt me meae poeniteret.* Sic apud Horatium, alioſque τὸ *mirari*, accipitur. Etiam apud Graecos τὸ θαυμάζειν, verbum eſt abiecti animi, et plane ſeruile, vt in Euripidis Medea [v. 1144] Δέσποινα δ' ἣν νῦν ἀντὶ σοῦ θαυμάζομεν. Diogenes Cynicus in epiſtola ad Dionyſium Syracuſanum, σκύτους οὖν δεῖ σοι καὶ δεσπότου, οὐχ ὅς σε θαυμάσει καὶ

καὶ κολακεύσει. Iſocrates ſolet iungere duo verba *θαυμάζειν* et *θεραπεύειν.* In huiuſmodi locis ſignificant haec verba, non ſimplicem admirationem, ſed aliquem effectum ex illo affectu manantem. nec multo aliter LXX. interpretes Leuitici capite XXI. *ȣ ποιήσετε ἄδικον ἐν κρίσει· οὐ λήψῃ πρόσωπον πτωχοῦ· οὐδὲ μὴ θαυμάσῃς πρόσωπον δυνάςου.* et in Apocalypſi S. Ioannis, cap. XIII *καὶ ἐθαυμάσθη ἐν ὅλῃ τῇ γῇ ὀπίσω τȣ Κυρίου.*

2 *καὶ τοὺς ξένȣς δὲ εἰπεῖν*] Lego, *καὶ πρὸς τοὺς ξένȣς δὲ εἰπεῖν.* vt intelligamus tam honorifice loqui iſtum de peregrinis, quando ipſos alloquitur.

ἵνα κοινὲς εἶναι δοκῇ] Hoc eſt, vt videatur vtriuſque partis beneuolus, non eius ſolum vnde dicit. Atqui hoc ſine praeuaricationis ſuſpicione fieri non poteſt. Iudici iſtud potius conueniat, cuius officium eſt, vt praeclare ſummus ait vates, [Il. ψ΄. 574] *Εἰς μέσον ἀμφοτέροισι δικάζειν, μή δ' ἐπ' ἀρωγῇ.*

Φῆσαι σύκου ὁμοιότερα εἶναι τῷ πατρὶ] Animaduertenda eſt hoc loco ſingularis quaedam *βραχυλογία.* Nam hoc dicere voluit, *ὁμοιότερα εἶναι τῷ πατρὶ, ἢ σῦκον σύκῳ.* Ita enim paroemia efferri ſolita, quae extat plena in veteris poëtae loco, qui eſt apud M. Tullium ad Atticum lib. IIII. epiſtola VIII. *Σύκῳ μὰ τὴν Δήμητρα σῦκον ȣ̓δὲ ἓν Οὕτω ὅμοιον γέγονε.* ſed quia vulgo notiſſimum erat hoc prouerbium, neque poterat hic quiſquam aut haerere aut errare, fecit noſter ſenex, in quo ſenilis garrulitatis nihil eſt, verborum compendium. Quid mirum? ita fuerat a praeceptore optimo inſtitutus: in cujus libris ſtudioſus lector iſtiuſmodi breuiloquentiam ſaepe poterit obſeruare: nos vnum aut alterum exemplum animi cauſſa proferemus: ſimul vt iuniorum diligentiam ad ſimiles elegantias obſeruandas excitemus. Ait Ariſtoteles De partibus lib. ſecundo, capite XIII. *βλεφαρίδας δὲ ἐπὶ τῶν βλεφάρων ἔχει, ὅσα τρίχας ἔχει· ὄρνιθες δὲ καὶ τῶν φολιδω τῶν οὐδέν.* voluit dicere,

dicere, et ſcripſiſſet alius, ὄρνιθες δὲ οὐκ ἔχουσιν, οὐδὲ τῶν Φολιδῶ τῶν οὐδέν. Idem in libello De miraculis auditis, τὸ δ' ἐν τῇ Λιπάρᾳ ποτὲ καὶ ἐκλείπειν Φησὶ Ξενοφάνης, ἔτη ἑκκαίδεκα. τῷ δ' ἑβδόμῳ ἐπανελθεῖν. dicendum erat, τῷ δ' ἑβδόμῳ καὶ δεκάτῳ. ſic et alibi loquitur.

καὶ τοῖς μὲν συμπαίζειν αὐτός] Iuuenalis [Sat. 5, 141 ſſ.] de falſis fictiſque amicis loquens, iſtud non omiſit. Nam idem plane ſibi haec volunt, *Sed tua nunc Mycale pariat licet, et pueros tres in gremium patris fundat; ſimul ipſe loquaci gaudebit nido: viridem thoraca iubebit afferri, minimaſque nuces, aſſemque rogatum ad menſam quoties paraſitus venerit infans.*

λέγων, ἀσκὸς πέλεκυς] Exiſtimant docti viri blandum hunc hominem cum infantibus iſtis balbutientem ea nominare, quae erant forte ante oculos poſita: idque nos aliquando probauimus. Sed cum cogito dici hoc inter pocula, hoc eſt, in triclinio, qui non eſt locus ſecurium, vtrium autem multo minus, venio in eam ſententiam, vt putem aliter hunc locum eſſe exponendum. Exiſtimo igitur ἀσκὸν et πέλεκυν hic eſſe, non id quod vulgo ſignificant: ſed crepundia ex infantium iſtorum collis, vt fit, dependentia: quae quod eſſent ad ſimilitudinem veri vtris et verae ſecuris efficta, ideo ita nominantur. Crepundia enim et παίγνια infantium, ad hanc etiam formam fieri ſolita, vel teſte Plauto probare poſſumus: qui in Rudente [4, 4. 112 ſſ.] inter alia crepundia quae ad Palaeſtrae agnitionem commemorantur, etiam enſiculum et ſecuriculam numerat. Non eſt autem dubium, iſta crepundia quae in fabulis adhiberi ſolent, ad agnitionem puerorum expoſitorum, fuiſſe infantium παίγνια, e collo, vti dixi, pendere ſolita. Quare etiam δέραια Graeci ſigna iſta vocant, vel περιδέραια, vt Ariſtoteles in Poëtica. Euripides in Ione [v. 1430] δέραια χρυσώματα παιδὶ νεογόνῳ φέρειν. Dion Chryſoſtomus, καὶ πολλὰ διαδήματα, καὶ σκῆπτρα,

καὶ τιάρας προσάψωσιν αὐτῷ καθάπερ τὰ δέραια τοῖς ἐκτιθεμένοις παιδίοις, ἵνα μὴ ἀγνοῆται. Et veteres quoque grammatici crepundia explicant puerilia ornamenta. In Gloſſario vero ſic, *Crepundia* γνωρίσματα. optime. Alibi in eodem nunquam ſatis laudato libro, ita ſcriptum eſt, Γνωρίσματα τὰ ἐπὶ τάφων, *Crepundia Monimenta.* perperam. debuit enim ſic, Γνωρίσματα, *Crepundia, monimenta.* γνωρίσματα τὰ ἐπὶ τάφων, *Monimenta.* de quibus monimentis multa dicemus, ſi deus dabit aliquando. Graeci puerorum expoſitorum crepundia γνωρίσματα nominant, vt Heliodorus auctor amoeniſſimus, et alii. Non parum haec declarant pulcherrimum illum Ciceronis locum in Bruto [c. 91], *Quoniam totum me non naeuo aliquo aut crepundiis ſed corpore omni videris velle cognoſcere.* In fabulis agnitiones fere fieri videas vel per naeuum, vel per crepundia. eo alluſit Cicero. De hoc igitur loco ſic ſentio, ſic cenſeo: ſed non ita, vt qui aliter ſentiat, nihil ſenſurus videatur. difficile enim eſt de eo quicquam affirmare quod per iocum et ludum dictum eſt: quorum multiplex ſemper materia atque occaſio. Quid ſi enim non ἀσκὸς legendum dicamus, ſed ἀκκός; nam ita moris fuit puerulos compellare. Heſychius, Ἀκκὸς παράμωρος. λέγεται δὲ παιδίοις, ὡς μωροῖς. quanquam ibi fortaſſe ἀκκὼ legendum. vide Graecos paroemiographos. Hoc ſi cui probabitur, de altera voce erit cogitandum. Quid ſi vero non vtrem, non ſecurim, vllam hic intelligi dicamus: ſed infantes potius ipſos ridiculi cauſſa ita appellari? Nam qui erat cute ventreque valde diſtento, eum appellat ἀσκὸν, quaſi γάστρωνα et ventrioſum dicas. ſic apud Ariſtophanem quidam appellantur ἀμφορῆς νενασμένοι. et apud eundem ἀσκὸς pro corpore ponitur, vt in illo, ἀσκὸν δέρειν in Nebulis. et in oraculo quod Aegeo datum eſt, ἀσκοῦ τὸν προὔχοντα μὴ λύσαι πόδα. nam per vtris amicinum ſiue pediculum, aliud innuitur allegorice. vide Scholiaſten Euripidis

dis ad Medeam. Sic et Anaxarchus *θύλακον* vocabat corpus ſuum, cum dicebat nequiſſimo tyranno, a quo cruciabatur, Πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον. lege Euſtathium Ιλιάδ. ψ΄, 325. Praeterea prouerbium eſt apud Graecos de homine ſaturo, et qui moris habet ſe cibo vinoque ingurgitate: eſt merus *ἀσκὸς*, et merus *θύλακος*. Alexis in Heſione de Hercule *ἀδδηφάγῳ* loquens [apud Athen. II, 6] Ἤιτησε κύλικα. καὶ λαβὼν, ἑξῆς πυκνὰς Ἕλκει, καταντλεῖ, κατά τε τὴν παροιμίαν Ἀιεὶ ποτ᾽ εὖ μὲν ἀσκὸς, εὖ δὲ θύλακος Ἄνθρωπός ἐστι. Antiphanes vetus comicus, --- τοῦτον οὖν Δὶ οἰνοφλυγίαν καὶ πάχος τοῦ σώματος, Ἀσκὸν καλοῦσι πάντες οἱ ἐπιχώριοι. Iſocrates quoque, et ex eo Theophylactus in epiſtolis ſuis *θύλακον δερμάτινον*, et *ἀσκὸν πήλινον* hominem vocant. Epicharmus poëta philoſophus, Αὖτα φύσις ἀνθρώπων, ἀσκοὶ πεφυσημένοι. Propterea etiam ſolent Latini ſcriptores corpus humanum *vtrem* et *follem* appellare, vt Arnobius libro ſecundo: vel *folliculum*, vt Lucillius apud Nonium; alii, *corticem*. Varro, *Sic inuitata anima corporeum corticem facile relinquit.* vel *ſaccum*, vt Seneca epiſtola LXXVIII. Tale etiam illud Plauti [I, I. 77 ſ.] de muliere multibiba et merobiba, *Quaſi tu lagenam dicas, vbi vinum ſolet Chium eſſe.* ſimili ratione Varius quidam Antonii conuictor et *συμπότης*, Cotylo eſt nominatus, vt eſt apud Plutarchum in Antonio. et apud Tarentinos alius quidam Cotyla parem ob cauſſam dictus, vt ait Dionyſius Halicarnaſſeus. Quare arbitror etiam hic ita poſſe hanc vocem accipi: nam et altera dictio *πέλεκυς* ſimiliter explicari poteſt: vel quod acuto eſſet capite, vt quos Graeci *φοξοὺς* vocant: vel quod argutulus et ſcitulus puer. Sic ſolebat Athenis vir acris ingenii et dicendi peritus, *κόπις* appellari, vt eſt apud Plutarchum in Phocione: et ita vtitur illa voce Euripides Hecuba [v. 134]: et Lycophron ſaepius. Appellabant et *ξίφος* eundem vt videtur: ſicut de Cleodemo quodam refert Lucianus in Lapithis.

Quid quod etiam turpiuſcula et obſcoena huius appellationis ratio eſſe potuit? Moric enim fuit olim, atque etiam nunc eſt, et nutricum et aliorum, ita cum id aetatis puerulis ὑποκορίζεσθαι ac iocari. vnde illae apud Graecos voces ποσθων, ποσθωνεύς, itemque σμορδονεύς. Quid autem videatur hac voce obſcaeniuſcule ſignificari poſſe, non dicam: ſed tibi, lector, coniiciendum relinquam: qui mihi, ſpero, condonabis, quod longior fui iſto loco. libuit enim, imo et licuit, credo, iocoſum locum iocoſe interpretari, et cum garriente garrire.

3 καὶ πλειςάκις δὲ ἀποκείρασθαι] Quae ſequuntur ab hoc loco ad finem capitis prorſus alius generis ſunt quam quae hactenus praeceſſere. nam in iis omnibus eluceſcit inepta quaedam virtutum imitatio, cum non minus inepta opum oſtentatione. Sunt enim ad quos iſta pertinent, valde affines iis quos veteres Romani *elegantes* vocabant, nec probabant: et iis quos Graeci παρὰ μέλος λαμπρυνταὶς et μικροφιλοτίμους dixerunt, de quibus caput eſt infra perelegans. non ergo ad hoc caput quod de blanditia eſt, et hominibus blandis, commode referri poſſunt. Quare exiſtimo tam eius capitis quod eſt περὶ ἀρεσκείας finem hodie deſiderari, quam ſequentis initium. cuius capitis haec pars eſt: quam male feriati librarii praecedenti capiti agglutinauere, prorſuſque humano capiti ceruicem iunxerunt equinam. Simili modo peccatum animaduertimus aliquando in Plutarchi Conuiuialium libro quarto. falſo enim omnes interpretes ſibi perſuaſerunt, deſiderari in editis codicibus caput eius libri ſextum, cuius hoc extat lemma in fronte libri, Τίς ὁ παρὰ Ἰουδαίοις θεός. ſed eo decepti ſunt docti viri, quod duo capita, quintum et ſextum, in vnum coaluiſſe non viderunt. Id autem ita eſſe, ſpero lectorem acutum, qui illa attente legerit, mihi aſſenſurum. Initium capitis ſexti fuere illa verba haud dubie, Θαυμάσας δὲ τὸ ἐπὶ πᾶν ῥηθὲν ὁ Σύμμαχος. Similem etiam errorem admiſſum meminimus in orationibus Graecorum oratorum:

Google

rum: de quo pluribus alias. Ita ergo hic quoque. Quod ſi quis me roget qualem huius capitis ἐπιγραφὴν fuiſſe putem: reſpondebo, poſſe nos fortaſſe ex Ariſtotele περὶ βαναυσίας vel ἀπειροκαλίας titulum facere. Conferat lector ſtudioſus, quae deinceps ſequuntur, cum iis quae περὶ βαναύσου docet philoſophus libro quarto Nicomacheorum. Atque hoc etſi rectum eſſe verumque pene pro comperto habeo: ſi quis tamen mordicus tueatur, poſſe iſta quoque ad ἄρεσκον referri: age morem illi geramus: ac dicamus cadere iſta in hominem blandum, non qua blandus eſt: ſed qua φιλότιμος, et elegantiae ſtudioſus: fere autem conueniunt, et in vna ſede morantur haec duo. quare etiam Theophraſtus illa coniunxit, et de vna, quod aiunt, fidelia duos parietes dealbauit.

πρὸς τὰς τραπέζας] Vbi verſari ſolent ciues honeſtiores et ditiores. vult enim iſte cenſeri inter meliores. Aliis autem in locis vrbis aliorum morum homines reperiri ſolent. quod lepidiſſimis verſibus declarat Latinus comicus in Curculione, vbi inter caeteros iſte legitur [4, 1. 14], *In foro infimo boni homines atque dites ambulant.*

οὐ ἂν ἔφηβοι γυμνάζωνται] An vt ſe ipſe exerceat cum illis, quod erat hominis elegantis et liberalis, quam famam captat iſte? Poteſt quidem ita accipi. Caeterum alius omnino eſt, iſque reconditior huius loci ſenſus: ex veteri more eorum hominum qui Theophraſti aetate vixerunt, petendus. Sciendum igitur, moris fuiſſe Athenis, hominibus iis quos inanis gloriolae γαργαλισμὸς titillaret, in illis locis vt plurimum verſari vbi ſe adoleſcentes exercebant: quo nimirum poſſent ab illis conſpici, atque hunc ipſi ſui honoris fructum perciperent, dum in ſe iuniorum ora conuerterent. Atque hoc nomine multi olim irriſi a veteribus poëtis comicis: in his Eupolis poëta: cui obiicit Ariſtophanes quod parta victoria palaeſtras obambularet, vt ab adoleſcenti-

bus ſpectaretur ob recens partam victoriam inſignis et δακτυλόδεικτος, Περιήει, ait Ariſtophanes, τὰς παλαίςρας σεμνυνόμενος, Καὶ τοῖς παισὶν ἑαυτὸν δῆλον ποιῶν τῆς νίκης ἕνεκα. Quare idem Ariſtophanes in Veſpis laudi ſibi tribuit, quod tale nihil vnquam fecerit: ſe enim nunquam ſolitum παλαίςρας περικωμάζειν περιϊόντα. Similiter etiam Aeſchines Demoſthenem facit σεμνυνόμενον ἐν τῇ τῶν μειρακίων διατριβῇ. Profecto vel ex vno hoc loco de antiquitate huius ſcripti, et ſcriptoris ipſius licet exiſtimare. Sic Plautus in Curculione [4, 1. 15] inter alia celebria Romae loca vnum nominat, in quo ſolerent verſari oſtentatores meri.

τῦ δὲ θεάτρου καθῆσθαι ὅταν ᾖ θέα πλησίον τῶν ςρατηγῶν] Hoc quis neget eſſe hominis vehementer ambitioſi? Non enim leuis eſt honos, quo iſte ſe dignatur, aſſidere in theatro ςρατηγοῖς, hoc eſt, praetoribus vel exercituum ductoribus: quibus pro ſummo beneficio Reſpublica ſolebat poſt exantlatos labores bellicos ius προεδρίας concedere. Id ius erat eiuſmodi, vt qui eo donati fuiſſent, poſſent in ſenatu, concione, et theatro ſedem capere quamcunque eſſet libitum: aliis etiam excitatis, ſi quis prior occupaſſet. Ariſtophanes Equitibus de ſui temporis ςρατηγοῖς: Νῦν δ' ἐὰν μὴ προεδρίαν φέρωσι, καὶ τὰ σιτία, Οὐ μαχεῖσθαί φασιν. Scholiaſtes: Τιμῆς καὶ οὗτος τρόπος· ἐξῆν δὲ τοῖς τιμῆς ταύτης τυχοῦσι καὶ ἐν βουλευτηρίῳ, καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ, καὶ ἐν θεάτρῳ, καὶ ἐν ἄλλῳ παντὶ συλλόγῳ τοὺς προλαμβάνοντας οἵ τινες ἦσαν ἐξεγείραντας, αὐτοὺς εἰς τὸν ἐκείνων τόπον καθίσαι. Verum age addamus de hoc iure προεδρίας apud Athenienſes quae in veterum ſcriptis obſeruata ſunt nobis. Fuiſſe ius hoc etiam hereditarium, et fere ad maximum natu e liberis ſolitum transferri, non vno loco apud Plutarchum notauimus, idque adeo verum eſt, vt interdum quo poſſent defunctorum liberi eo vti, mortuis peteretur et impetraretur. quod in Demoſthene accidit, teſte Plutarcho: apud

quem

quem etiam extat hodieque pſephiſma Democharis ea fini ſcriptum. Caeterum non ſolis ϛϱατηγοῖς ſedes ſecreta ab aliis in theatro fuit: ſed et aliis ordinibus certae ſedes aſſignatae. Quare etiam βουλευτικὸν appellarunt, locum ſenatoribus dicatum: ἐφηϐικὸν locum ἐφήϐων. Ariſtophanes Auibus, κ' ἆθ' ὁϱᾷ ἄνδϱα τῆς γυναικὸς ἐν βȣλευτικῷ. Scholiaſtes: ἐν βουλευτικῷ, οὗτος τόπος τȣ̃ θεάτϱου ὁ ἀνειμένος τοῖς βουλευταῖς. ὡς καὶ τοῖς ἐφήϐοις, ἐφηϐικός. Puteum et equites equeſtria habuiſſe, ſicut et Romae. Fuit praeterea et iudicibus ſuus locus in theatro: quem locum πϱῶτον ξύλον dixerunt. Pollux libro quarto: Πϱῶτον ξύλον, ἡ πϱοεδϱία, μάλιϛα δικαϛῶν. Iam cum etiam mulieribus liberum eſſet ſpectare Athenis, erant virorum et mulierum diuiſae ſedes: idque lege etiam ſancitum, cuius auctor Sphyromachus: quanquam alii Sphyromachi legem ad ſcorta ſcenam ingredi ſolita, referunt: vt impudicae ſeorſim ab ingenuis et pudicis mulieribus ſpectarent. auctor idem Scholiaſtes Ariſtophanis in Concionantes. An vero et peregrinis erat certus locus in cauea aſſignatus? Videtur ita eſſe. nam de mulieribus certe peregrinis id Pollux tradit, et confirmat auctoritate Alexidis, qui in Γυναικοκϱατία dramate dixerit, --- ἐνταῦθα δεῖ πεϱὶ τὴν Κεϱκίδα ὑμᾶς καθιζȣ́σας θεωϱεῖν ὡς ξένας. Ex quibus verbis liquet mulieres ξένας ſediſſe ad Kercidem. Κεϱκὶς autem in theatro Attico fuit, niſi fallor, ille ipſe locus qui alio nomine Ἡ παϱ' αἰγιείϱου θέα dicebatur: de quo vide Heſychium. nam κεϱκὶς in hiſtoria plantarum, vel eſt αἴγειϱος, vel alia populo ſimillima arbor. Quare errant, vt puto, qui κεϱκίδα putant eſſe, quod Latinis *cuneus theatri.* qua in ſententia eſt et Gloſſarii auctor. ſed et ille ſaepe fallitur, et qui eum ἀβασανίϛως ſequuntur.

καὶ ἀγοϱάζειν αὐτῷ μὲν μηδὲν] Simiam facile agnoſcas viri magnifici et μεγαλοπϱεποῦς quem negat Ariſtoteles in quarto Nicomacheorum [c. 5] eſſe εἰς

ἑαυτὸν δαπανηρόν. Iam quod ſequitur, ξένοις δὲ εἰς Βυζάντιον ἐπιςάλματα, Ariſtoteles quoque ibidem τῷ μεγαλοπρεπεῖ tribuit: quem ait σπουδάζειν περὶ ξένων ὑποδοχὰς, καὶ ἀποςολὰς, καὶ δωρεὰς, καὶ ἀντιδωρεάς. quo loco ἀποςολὰς accipere debes ea notione qua hic ἐπιςάλματα: hoc eſt, pro donis quae ad amicos in alia vrbe degentes mittuntur. cuius rei multa in epiſtolis Symmachi et Syneſii, aliorumque Graecorum ſunt exempla. Vlpianus apud Demoſthenem, et ex eo Suidas, ἀποςολας explicant δῶρα. melius Ioſephus πομπὰς δωρεῶν. et ita etiam accipit auctor Maccabaeorum libro primo capite ſecundo et alii. Sed et hic quoque perſuaſum habeo, ἀποςάλματα ſcribi debere, non ἐπιςάλματα.

καὶ τίτυρον κ]ήσαϑαι] Pertinet hoc quoque ad liberalitatis laudem. Nam, vt ait auctor libelli De virtutibus et vitiis, ὁ ἐλευθέριος θρεπ]ικὸς τῶν ζώων, τῶν ἴδιον ἐχόντων τὶ, ἢ θαυμαςόν. Porro τίτυρον eſſe genus quoddam ſimiarum, ait Theocriti ſcholiaſtes, habentium paruam caudam: imo, vt ego exiſtimo, grandiuſculam. nam Ariſtoteles in ſecundo Hiſtoriarum videtur in omnibus ſimiis caudae aliquid agnoſcere, ὅσον, inquit, σημείȣ χάριν. ſed quod minimum eſt, id pro nullo cenſetur. Itaque κερκόλιπας Graeci, Latini *clunas*, dixerunt, quod eſſent ſine cauda: et contra *cercopithecos*, quaſi caudatas ſimias; quibus eſſet cauda prolixior, et μᾶλλον ἐπίσημος. τίτυρον tamen aliam a cercopitheco putamus eſſe. quare non cercopithecum vertimus, ſed ſatyrum: quas namque Plinius [lib. 8, 54] vocat Satyros in genere ſimiarum, et a natura mitiſſima commendat, τιτύρȣς vulgo non minus quam σατύρȣς videntur appellaſſe. De iis Solinus [cap. 30] *Sunt et quas vocant ſatyros, facie admodum grata, geſticulatis motibus inquietae.* quo ex loco apparet cur ſatyros potiſſimum ex omni ſimiarum genere iſti homines alerent. Quemadmodum autem Satyri illi a quibus hae ſimiae ſunt ita dictae, vocantur iidem Tityri, vt praeter alios annotat Aelianus

Aelianus Variarum libro quarto: ita et ſimias ſatyros, cum ſimiis tityris eaſdem eſſe ſtatuimus. Non me fugiunt quae ſunt a viris doctis de voce τίτυρος annotata: verum ea nihil ad hunc locum facere iudico: ſicut neque illud huc pertinet, quod ſcribit Heſychius, eſſe id auis cuiuſdam nomen.

4 καὶ Σικελικὰς περιςερὰς] Solebant veteres Athenienſes columbas Siculas domi alere. Athenaeus libro nono, de columbis loquens, Ἐν δὲ Ῥοδίῳ ἢ Ποππυζούσῃ, Θηλυκῶς εἴρηκεν (Alexis poëta) καὶ ὅτι αἱ Σικελικαὶ διάφοροί εἰσι. Περιςερὰς ἔνδον τρέφων τῶν Σικελικῶν τούτων πάνυ κομψάς.

καὶ δορκαδείους ἀςραγάλους] In deliciis olim tali dorcadii fuerunt. Habent enim damae et dorcades, vt caetera τῶν διχήλων ζώων, in poſterioribus pedibus talos. Hos Callimachus alicubi ζορκὸς ἀςραγάλους vocauit. Euſtathius in Ἰλιάδ. ψ'. Καὶ τὸ οὕτω παίζειν, ἀςρίζειν ἔλεγον, καὶ τοὺς τοιούτους ἀςραγάλους ἀςρίας ἢ ἀςρίας. Καλλίμαχος οὖν ζορκός που λέγει δωρηθῆναί τινι πέντε νεοσμήκτους ἀςρίας. Athenaeus libro quinto [c. 5] de Antiocho Epiphane, vel verius Epimane, ἐδίδου τοῖς μὲν ἀςραγάλους δορκαδείους, τοῖς δὲ Φοινικοβαλάνους, ἄλλοις δὲ χρυσίον. meminit et Lucianus alicubi. Fieri etiam ſolitos ex ebore talos, indicant Propertius libro II [eleg. 24, 13] et Martialis in Apophoretis [epigr. 14], facit eorum mentionem, et Iuuenalis ſatyra vndecima [v. 132]. Atque hi quidem tali a materia nomen inuenerunt. fuerunt vero et διάσειςοι dicti tali quidam: non vt Lambinus alicubi vertit *ſonori*, ſed quaſi dicas agitati et concuſſi. ex eo enim nomen habuerunt, quod mota prius agitataque manu iacerentur in alueum luſorium: quod ad vitandam fraudem fieri ſolebat. Docet hoc Suidas [immo Harpocration, cuius verba exſcripſit Suidas], cuius haec verba ad διασείςους ἀςραγάλους referri debere certum mihi. Ἐοίκασιν, inquit, ὀνομάσθαι οἱ διάσειςοι, παρὰ τὸ κινεῖσθαι

ϑαι καὶ διασείεϑαι πρότερον· εἶτα βάλλεϑαι· ἵνα ἀκακούεγητοι μᾶλλον ὦσι. Romani fritillo vtebantur ad hanc talorum agitationem. Iuuenalis [Sat. 14, 5] --- *paruoque eadem mouet arma fritillo.* Vetus interpres ibi: *Fritillus, pyxis cornea, qui Φιμὸς Graece dicitur. Apud antiquos in cornu mittebant teſſeras, mouenteſque fundebant. aut fritillum, pyrgum dixit.* Vide veterem Horatii interpretem ad ſatyram ſeptimam libri ſecundi. Seneca Apocolyntoſi, *Qui concuſſo Magna paraſtis Lucra fritillo.* Mentionem διασείςων reperio apud Aeſchinem in ea contra Timarchum [p. 33 Tayl. To. 2] πρῶτον μὲν συνέτριβον τὰ σκευάρια, καὶ διεῤῥίπτουν εἰς τὴν ὁδὸν, ἀςραγάλους τέ τινας διασείςους καὶ φιμοὺς, καὶ κυβευτικὰ ἕτερα ὄργανα. Hunc Aeſchinis locum ob oculos habebat Pollux, cum haec ſcriberet lib. decimo, [c. 31] Κυβευτοῦ σκεύη, ἄβαξ, ἀβάκιον, κόσκινον, κύβοι, διάσειςοι ἀςράγαλοι, φιμοὶ, κημοί. At docti viri eum locum Pollucis non recte acceperunt. Erant et Siphnii ἀςράγαλοι, tali viles et minimi pretii: ſic dicti διὰ τὴν εὐτέλειαν, a Siphno inſula, vt ait Strabo. his vulgus vtebatur: homines diuites et elegantes dorcadiis.

καὶ Θυριακὰς τῶν ςρογγύλων ληκύϑους] Similis affectus indicium eſt apud Iuuenalem, --- *cum rhinocerote lauari.* De ampullis vero iſtis nihil legere memini. Thyrium Acarnaniae oppidum fuit auctore Stephano: eius frequens apud Polybium mentio. In quibuſdam libris legitur Θηρικλαί· fortaſſe pro Θουριακαί. Sane Theophraſtus libro De lapidibus gypſum τὸν ἐν Θουρίοις (quae fuit olim Sybaris) commendat: ac fieri poteſt vt etiam argilla ibi reperiretur, ex qua opera figlina facta in pretio haberentur. fuit et aliud Θούριον in Boeotia a Syriaca voce *Thor* ſic nominatum, vt auctor eſt Plutarchus in Sylla. Caeterum proprium hoc ampullae iſtae cum quibuſdam aliis videntur habuiſſe, vt forma eſſent rotunda. ideo enim ait τῶν ςρογγύλων. Nam vulgo ampullae, non rotundae penitus erant: ſed preſſula

rotun-

rotunditate, et forma lenticulari, vt ex Apuleii Floridis diſcimus. Conſtat autem ampullas et guttos ex varia materia fieri ſolitos. Martialis guttum corneum epigrammate quodam [lib. 14, 52] commemorat. et Horatius [2 Sat. 2, 61]. cum ait, --- *cornu ipſe bilibri Caulibus inſtillat.* Plinius phaginorum meminit. et gutti lignei mentio eſt in vita M. Curii Dentati, apud eum ſcriptorem veterem, cuius extat De viris illuſtribus liber. Fiebant et e corio. nam ampullarum *σκυτίνων*, id eſt ſcortearum, meminere Hippocrates, Plautus [Perſ. 1, 3. 44], Feſtus, alii. Has Graeci *ὄλπας* proprie vocabant. Scholiaſtes Theocriti, idyllio ſecundo, *ὅλπη κυρίως ἡ δερματίνη λήκυθος, δι' ἧς ἐστιν ὀπτήσασθαι τὰ ἔλαιον.* De his coriaceis ampullis intelligendum quod ait Plutarchus in Sylla: Athenienſes obſeſſos *ὑποδήματα* et *ληκύθους ἑφθὰς* comediſſe. Plerique aereis vtebantur et quidem Corinthiacis, vt notat idem ſcholiaſtes. Sed et argenteas *ληκύθους* ditiores habuerunt. Theocritus, --- *ἀργυρέας ἐξ ὄλπιδος ὑγρὸν ἄλειφαρ Λαζόμεναι.* Frequentiſſimo vero vt opinor in vſu erant lecythi operis figlini: vt Campani gutti apud Horatium [1 Sat. 6, 108]: et Samii, quorum multi meminerunt. Nam fere Samia vaſa teſtacea erant: etſi ſcio fuiſſe apud Samios etiam ligneorum vaſorum nobiles artifices, vel teſte Cicerone, epiſtola quadam ad Q. fratrem.

καὶ βακτηρίας] Mirifice haec conueniunt ei quem hic deſcribit Theophraſtus: ei inquam, qui omnibus in rebus *κομψεύεται*, et eximium quid ſupra vulgus habere vult videri: cuiuſmodi hominum obſeruanimus morem illis temporibus fuiſſe vt baculum gererent. Demoſthenes aduerſus Pantaenetum: *Νικόβουλος δ' ἐπίφθονός ἐστι, καὶ ταχέως βαδίζει, καὶ μέγα φθέγγεται, καὶ βακτηρίαν φορεῖ.* tria notat ſummus orator, quae vulgo inuidiam conflare ſolerent: citatum ingreſſum, vocem altam, baculi geſtationem. ſic in oratione *κατὰ Στεφάνου ψευδομ.* etſi ibi poſtrema nota omiſſa eſt. *Ἐγὼ δ' ὦ*

ἄνδρες

Digitized by Google

ἄνδρες Ἀθηναῖοι τῆς μὲν ὄψεως τῇ φύσει, καὶ τῷ ταχέως βαδίζειν, καὶ λαλεῖν μέγα, οὐ τῶν εὐτυχῶς πεφυκότων ἐμαυτὸν κρίνω· ἐφ' οἷς γὰρ οὐδὲν ὠφελούμενος λυπῶ τινάς, ἔλαττον ἔχω πολλαχοῦ. Deprecatur inuidiam qui illa loquitur, et de genio ſuo atque ingenio conqueritur. ita enim ſe natum factumque eſſe, vt faſtus et ſuperbiae notas cum in vultu habeat impreſſas: tum etiam in inceſſu et ſermone. Antiphani in Antaeo inter hominis venuſti notas ponitur, πιλίδιον ἁπαλὸν, εὔρυθμος βακτηρία. Magis vero adhuc hominis vanitatem arguit, quod adiicit Theophraſtus, ἐκ Λακεδαίμονος. nam baculis Laconicis, itemque calceis indidem aduectis, fere vtebantur Athenis homines id genus. Ariſtophanes Concionantibus, Λακωνικὰς γὰρ ἔχετε καὶ βακτηρίας. Idem poëta, in Auibus, Ἐλακωνομάνουν πάντες ἄνθρωποι τότε, Ἐκόμων, ἐπείνων, ἐῤῥύπων, ἐσωκράτουν, Σκυτάλι' ἐφόρουν. vel, coniunctim σκυταλιεφόρουν, vt citant veteres Grammatici. Σκυτάλη, et σκύταλον ſiue σκυτάλιον, iſtiuſmodi baculi dicebantur: et de iis interpretandus hic locus Theophraſti libro quarto Hiſtoriae plantarum capite quinto: Ἐν ἑτέροις δὲ τόποις ἐστὶν ἄκανθα λευκὴ τρίοζος, ἐξ ἧς καὶ σκυτάλια καὶ βακτηρίας ποιοῦσι. vbi et errat Gaza, qui σκυτάλια *lineas* interpretatur: et ſummus Scaliger non ſatis mentem auctoris videtur aſſecutus. Erant autem baculi Lacedaemoniorum admodum graues, vt annotat Scholiaſtes Ariſtophanis. de iis legendus Plutarchus in Nicia. meminit et in Lycurgo. Quod addit Theophraſtus, vocem σκολιῶν, indicat alios rectos fuiſſe, alios obliquos: id enim eſt σκολιός· vel incuruos, hoc eſt, καμπύλας. Id ita eſt. recta βακτηρία vtebantur primores populi et iudices: incurua, ruſtici. Auctor Etymologici magni: βακτηρία ἣν ἐκάλουν ὀρθήν· ἐχρῶντο δὲ αὐτῇ οἱ ἐν πρεσβείᾳ, καὶ οἱ δικάζοντες· τῇ δὲ καμπύλῃ, οἱ ἄγροικοι. Quare etiam paſtorale pedum Graecis ἁπλῶς dicitur interdum καμπύλη. Recti baculi etiam Perſici videntur

tur

tur fuiſſe appellati. nam Graeci grammatici Περσικὴν βακτηρίαν, interpretantur ὀρθήν. Incurui autem lituis Romanorum non erant valde abſimiles. itaque lituum Graeci magiſtri καμπύλην βακτηρίαν interpretantur: et Cicero [de diuin. 1, 16] incuruum et leuiter a ſummo inflexum bacillum nominat. At iudicum Athenienſium βακτηρία peculiarem et operoſiorem formam habuit: quam non vno loco deſcriptam habes apud commentatores Ariſtophanis, et alios veteres grammaticos. Ruſticorum vero baculi vulgo in Italia e virga ſanguinea. Plinius libr. xxiiii. de eo frutice loquens, *Serpentes et homines fruticem refugiunt: baculoſque ruſtici ob id ex eo gerunt.* Sed haec hactenus. nam de baculis, et eorum forma, multiplicique apud veteres vſu plurima quae obſeruauimus ad lucem multorum ſcriptorum veterum, alibi, ἐὰν ὁ θεὸς ἐθέλῃ, commodius proferemus.

ἀυλίδιον παλαιςρικὸν κόνιν ἔχον] Periphraſis eſt κονιςηρίου. De coniſterio autem et puluere ſiue pulviſculo palaeſtrico, res nota. non enim quiuis puluis ad palaeſtram, neque ad ceroma aut haphen aptus erat. Ideo refert Athenaeus in duodecimo [c. 9], Alexandrum in expeditione Indica, multa iumenta habuiſſe inter impedimenta, puluere palaeſtrico onuſta. Verum de hoc puluere et varia eius vtilitate praeter Plinium, lege apud Lucianum, Περὶ γυμνασίων. Plutarchus de primo frigido, breuiter, ψύχει, inquit, τὰ τῶν ἀθλητῶν ἡ κόνις σώματα, καὶ κατασβέννυσι τοὺς ἱδρῶτας.

ἀυλαίαν ἔχουσαν] Graeci ζωωτὰ aulaea appellant. talia illa apud Virgilium [Georg. 3, 25], *Purpurea intexti tollunt aulaea Britanni.*

καὶ τȣτο περιῶν χρᾶν ἀεὶ τοῖς Φ.] Ita reſtituimus hunc locum, ex interdicto Vnde vi. nam vox χρᾶν, quae ab eruditis hominibus nullo ſuo merito miſella ſolum vertere coacta fuerat, aſſerenda omnino nobis ex antiquis editionibus fuit. Enimuero qui illam omittunt, miſere totam ſententiam labefactant ac deſtruunt: quam

quam nos haud dubie expreſſam tibi lector exhibemus. An ignorat quiſquam ſolitos olim diuites ſuas domos poëtis, atque aliis ad recitationes et ἐπιδείξεις commodare? hoc igitur eſt χρᾶν. ſic apud Iuuenalem [Sat. 8, 38 ſ.] --- *at ſi dulcedine famae ſuccenſus recites, Maculonus commodat aedes.* Tacitus in dialogo de oratoribus [c. 9. ſ. 6], de recitationibus poëtarum loquens, *vt ſint qui dignentur audire, et ne id quidem gratis: nam et domum mutuatur, et auditorium exſtruit, et ſubſellia conducit, et libellos diſpergit.* Plinius epiſtolarum libro VIII. *Domum ſuam recitantibus praebet.* Mox etiam legimus ἐπί τῳ τῶν θεωμένων. intellegit autem fortunatum aliquem e ſpectatoribus, cuius eſſe locum illum in quo ſit ἡ ἐπίδειξις, fingit apud veritatis ignarum verus poſſeſſor. Cui bono? dicet aliquis: ac memini quaerere id a me virum doctum. Duplicem poſſum afferre cauſſam huius facti. Altera ἀρέσκῳ imo κόλακι pulchre conuenit. Intelligendum eſt enim ita hos ſermones de aliquo vt diximus diuite et beato viro haberi, vt ipſe eos poſſit exaudire: cum autem oſtentatorem aliquem merum eſſe, et glorioſum, cuius ingenio iſte ſe accommodat, eique ſupparaſitatur: qualis deſcribitur a facetiſſimo poëtarum Artotrogus initio Militis. Altera ratio eſt, quae homini λιμοδοξοῦντι, qui laudis ſiti miſere cruciatur, prorſus quadrat. Eſt enim inſolens quoddam oſtentationis genus, quae ſua ſint manifeſtiſſime, ea dicere alius eſſe. eſtque a ſummo philoſopho haec ἀλαζονείας ſpecies in Nicomacheis haut praetermiſſa. Ait ille, indecenter ironia vti, et τὰ λίαν φανερὰ ſibi derogare, ineptae et putidae cuiuſdam eſſe oſtentationis. Nam, inquit [4, 13], καὶ ἡ ὑπερβολὴ, καὶ ἡ λίαν ἔλλειψις ἀλαζονικόν. qua ſententia nihil verius, nihil certius. Clarum huius rei documentum in multis: qui eximiam quandam prae caeteris pietatis famam aucupantes, pauperes humileſque ſimulant: cum interea, ſi velo reducto propius eos intuearis, pleni ſint im-

manis

manis cuiuſdam ambitionis et φιλαυτίας. hoc tantum a caeteris ambitioſis differentes, quod ambitionem non recta ſed peruerſa, vt Seneca ait, via ſequuntur. Atque haec plane eſt illa vernilitas et figura, qua ait idem ſecundo De beneficiis, quoſdam reiicere quae magis ad ſe volunt attrahere. Quintilianus libro XI. cap. I *Aperte gloriari neſcio an ſit magis tolerabile, vel ipſa vitii huius ſimplicitate, quam illa iactatione peruerſa, ſi abundans opibus pauperem ſe neget, nobilis obſcurum, et potens infirmum, aut ſi ſe diſertus imperitum plane et infantem vocet.* Παλαίστραν certum eſt de loco hic eſſe accipiendum, vt, *Pars in gramineis exercet membra palaeſtris* [Aen. 4, 642]. Eſt autem commune poëtis, philoſophis, ſophiſtis, hoplomachis, harmonicis, atque aliis item, vt τὸ μελετᾶν, ſic etiam τὸ ἐπιδείκνυσθαι. habent quique eorum ſuas ἐπιδείξεις et exercitationes: quod notum eſt ex Graecis ſcriptoribus. Ὁπλομάχοι ſunt, qui ſub campidoctore veris armis certare diſcunt, aut ipſi qui docent. puto enim vtrunque hac voce ſignificari. vide Platonem in Lachete. At vulgo iuuentus non veris armis ſe exercebat: ſed rudibus, aut piliis praepilatis, quae dicuntur Graecis ἐσφαιρωμένα ἀκόντια. Xenophon libro ſecundo Ἀναβάσεως, de Phalino quodam ita ſcribens, προσεποιεῖτο ἐπιστήμων εἶναι τῶν περὶ τὰς τάξεις καὶ ὁπλομαχίαν, videtur innuere hoplomachos ea aetate fuiſſe appellatos, etiam eos qui tactici Graecis proprie dicuntur. vide Vegetium.

AD CAPVT VI

ΠΕΡΙ ΑΠΟΝΟΙΑΣ

Ἡ δὲ ἀπόνοια ἐστὶν ὑπομονὴ αἰσχρῶν ἔργων καὶ λόγων] Definitio iſta ἀπονοίας parum plena eſt. nam cum diſcrimen latum ſit inter ἀναισχυντίαν, de qua infra

ſra eſt integrum caput, et ἀπόνοιαν, nihil video in hac definitione, quod non conueniat etiam τῇ ἀναισχυντίᾳ. quid enim pudor aliud eſt quam vitioſae naturae retinaculum, et, vt aurigarum verbo vtar, ſufflamen? Erit igitur pudor, οὐχ ὑπομονὴ αἰσχρῶν ἔργων καὶ λόγων· impudentia vero, ὑπομονὴ eorundem. Fortaſſe pro ὑπομονὴ ſcribendum ὑπερβολὴ, vt vir doctus coniiciebat, cuius nomen ignoro; vt dicatur ἀπόνοια eſſe vltima linea ſiue factorum, ſiue dictorum turpium. aliter tamen quantum eſt librorum veterum. Eſt autem ἀπόνοια vt rem paulo pluribus explicemus, et quod ille ait, ἀμαθέστερόν πως καὶ σαφέστερον. eſt inquam ἀπόνοια, prauus quidam animi habitus, quo qui praeditus eſt, omnis ab eo ſamae pudor abeſt: omnique honeſtatis ac bonae exiſtimationis cura penitus depoſita ad quoduis facinus ac dedecus ſuſcipiendum pronus eſt, propenſuſque. Proprium hoc homini ἀπονενοημένῳ eſt, primum vt non huic aut illi vitio ſit deditus, ſed omnibus: deinde vt non inſtinctu tantum naturae improbe aut nequiter agat: ſed quia turpitudine ipſa delectatur, et vitia ſua, malaque, quod malorum vltimum eſt, amat. Quod enim ait Seneca quarto De beneficiis, *neminem adeo a naturali lege deſciuiſſe, et hominem exuiſſe, vt animi cauſſa malus ſit:* dictum hoc, inquam, in homine ἀπονενοημένῳ claudere videtur. nam hic, etiam gratis malus eſt. Ideo dicebat auctor orationum contra Ariſtogitonem, ἀπόνοιαν eſſe morbum immedicabilem. Notum quid ſit ἀπόνοια in re militari. Proprie ſic vocatur non deſperatio, ſed is animi habitus qui ex deſperatione induitur. Quamobrem inter ἀπόγνωσιν, et ἀπόνοιαν diſcrimen ſtatuit Dio Chryſoſtomus non vno loco orationum ſuarum. inde eſt hoc vitiorum extremum appellatum: vel dicta eſt ἀπόνοια, quia penitus τοῦ νοῦ ἐξέπεσε, vt placet quibuſdam e veteribus. Ὑπομονὴ, quod loco generis poſitum eſt in Theophraſti deſcriptione, non eſt genus, ſed ἴδιόν τι τῶν ἀπονενοημένων.

ſemper

ſemper enim ἀπόνοιαν comitatur audacia: ideo auctores τόλμαν et ἀπόνοιαν ſolent coniungere. vt apud Plutarchum in Ageſilao, et in Catone Vticenſi, Ioſephum libro II. contra Appionem, et in edicto Iuliani, quo Athanaſium Alexandria pellit, et apud Demoſthenem in ea πρὸς Μακάρτατον, τολμηρὸς καὶ ἀπονενοημένος. In Actis ſynodi Epheſinae extat, epiſtola, cuius initium eſt, Οὐδὲν ἀπονοίας ἐν πλημμελήμασι χαλεπώτερον· αὕτη γὰρ ἐπὶ πάντα ἐςὶ τῶν ἀτόπων ἡγεμών. Sed non eſt praetermittendus locus inſignis eius auctoris, qui orationes contra Ariſtogitonem (quae falſo, vt alibi diſputamus, inter Demoſthenicas circumferuntur) ſcripſit, vbi graphice admodum quid ἀπόνοια ſit, et quis homo ἀπονενοημένος, orator deſcrbit. Sic ille, οὐχ ὁρᾶτε ὅτι τῆς φύσεως αὐτȣ̃, καὶ τῆς πολιτείας, οὐ λογισμὸς, οὐδ᾽ αἰδὼς οὐδεμία, ἀλλ᾽ ἀπόνοια ἡγεῖται, μᾶλλον δ᾽ ὅλον ἐςὶν ἀπόνοια, ἡ τούτȣ πολιτεία· ἡ μέγιςον μέν ἐςιν αὐτῷ τῷ ἔχοντι κακὸν, δεινὸν δὲ καὶ χαλεπὸν πᾶσι, τῇ πόλει δ᾽ οὐδ᾽ ἀνεκτόν. ὁ γὰρ ἀπονενοημένος ἅπας, αὐτὸν μὲν προεῖται, καὶ τὴν ἐκ λογισμοῦ σωτηρίαν. ἐκ δὲ τȣ̃ παραδόξου καὶ τȣ̃ παραλόγου, ἐὰν ἄρα σωθῇ, σώζεται. Apud comicos praeclara extant hominum huiuſmodi, hoc eſt, ſingulari quadam improbitate et audacia praeditorum, qui patrimoniis ſuis naufragi, vt rem facere poſſint, per fas nefaſque audacter ruunt, exempla. Talis apud Ariſtophanem in Nebulis Strepſiades, in Equitibus fartor ille impurus Agoracritus: tales etiam in Plauti et Terentii comoediis lenones omnes. Porro ἀπόνοια Latinis eſt *audacia*, vel *audacia perdita*, vt in illo Satyrici poëtae, *Ingenium velox, audacia perdita, ſermo Promptus.* Budaeus *vaecordiam* Latine dici poſſe putabat. mihi olim viſa ea vox Graecae vim non ſatis explere. Nam ἄνοια omnis, *vaecordia* eſt: quippe homo ἄνους caret corde, id eſt ſapientia. vnde ſunt *excors* et *vaecors*. at ἀπόνοια aliud longe eſt. neque profecto ſicut dixit Cicero in

Piſonem [c. 9], *o vaecors et amens:* ita dixeris Graece ſatis proprie, *ὦ ἀπονενοημένε καὶ ἀνόητε.* Quoniam tamen apud optimos ſcriptores de inſigni improbitate haec vox vſurpatur; eſto *ἀπόνοια*, ſi lubet, *vaecordia:* homo *ἀπονενοημένος*, *vaecors:* quem quidem *deſperate malum* poſſis Latine dicere. Ciceroni eſt *homo perditus*, vel *perditus et profligatus:* aut etiam *deſperatus:* vt cum *deſperatorum hominum flagitioſos greges* dixit in Catilina [2, 5]: et alibi ſaepe. Nam etſi proprie vox *deſperatus* aliud ſonat, tamen de eodem vſurpatur. T. Liuius in vigeſima tertia hiſtoria haec verba poſuit: *improbus homo; ſed non ad extremum perditus.* Graece dixeris: *πονηρὸς μὲν, ȣ̓ μέντοι ἀπονενοημένος.*

οἷος ὀμόσαι ταχὺ] Rectiſſime prima nota hominis perditi profligatique haec ponitur: hic ſiquidem e numero eorum eſt, qui, vt dixit olim Pacuuius, iuſiurandum aliud nihil eſſe cenſent quam mantile, quo noxae quotidianae extergeantur. Talis apud Graecum comicum Strepſiades, quem ita alloquitur ſuus creditor in Nebulis [4, 4, 19 ſſ.] *Δα. Καὶ τοῦτ' ἐθελήσεις ἀπομόσαι μοι τȣ̀ς θεȣ̀ς, ἵν' ἂν κελεύσω σε; Στρ. τȣ̀ς ποίȣς θεȣ́ς; Δα. Τὸν Δία, τὸν Ἑρμῆν, τὸν Ποσειδῶ. Στρ. Νὴ Δία Καὶ προσκαταθείην γ' ὥστ' ὀμόσαι τριώβολον.* Talis apud Latinum comicum Ballio [Pſeud. 1, 3. 118 ſſ.]. Ca. *Iuraſtin' te illam nulli venditurum niſi mihi?* Ba. *Fateor.* Ca. *nempe conceptis verbis.* Ba. *etiam conſultis quoque.* Ca. *Periuraſti ſceleſte.* Ba. *at argentum intra condidi.* Athenis qui facile iuſiurandum ſuſcipiebant, *Ardetti* vulgo a loco vbi iurare moris erat, appellabantur. Heſychius. *Τοὺς ῥᾳδίως ἐπὶ τοὺς ὅρκȣς ἰόντας, Ἀρδήττȣς ἐκάλȣν, τόπος δὲ ἦν περὶ τὸν Ἰλισσὸν, ἐγγὺς τȣ̃ Παναθηναϊκοῦ ςαδίȣ, ἐν ᾧ τοὺς ὅρκȣς ἐποιȣ̃ντο.*

τῷ ἤθει ἀγοραῖός τις] Criticorum ſanctio poſtulat vt ſcribamus *ἀγόραιός τις.* Ammonius, *Ἀγόραιος ἐὰν προπαροξυτόνως, σημαίνει τὸν πονηρὸν, τὸν ἐν ἀγορᾷ τεθραμένον· ἐὰν δὲ προπερ: σπωμένως, σημαίνει τὸν ἐν*

ἀγορᾷ

ἀγορᾷ τιμώμενον. recte. eſt enim *ἀγοραῖος* cognomen Iouis, Mercurii, Mineruae et Dianae, qui in foro colebantur. Recte etiam notat Suidas *ἀγόραιον* dici diem quo lites diſceptantur. ita omnino ſcribendum in Actis, cap. XVIIII. [38] *ἀγόραιοι ἄγονται*, non *ἀγοραῖοι*. et ſubaudiendum *ἡμέραι*. Gloſſarium vetus, ***Cum res agitatur***, *ὅτε ἡ ἀγόραιός ἐστιν*. Nam vt ***prolatae res*** [Plaut. Capt. 1, 1. 10. 11. 17] dicuntur quando iuſtitium eſt, ſic ***agi res***, quando, vt loquitur Demoſthenes, *αἱ δίκαι εἰσί*. Plinius Secundus in Epiſtolis, ***Eia tu cum proxime res agentur, quoque modo ad iudicandum veni.*** hinc apud Suetonium [Aug. 32] ***rerum actus***, pro diebus iuridicis. Strabo libro XIII. de Romanis loquens, *ἕτερον*, inquit, *τρόπον διέταξαν τὰς διοικήσεις, ἐν αἷς τὰς ἀγοραίους ποιοῦνται καὶ τὰς δικαιοδοσίας.* hoc eſt, vbi conuentus agunt et ius reddunt. Sed vt ad Theophraſtum redeamus, homo *ἀγόραιος* eſt qui dies totos forum conterit: quemque oratores et comici appellant *ἀγορᾶς περίτριμμα*· Latini veteres ***hominem ordinarium***, teſte Feſto: vel ***ſubroſtranum***, vt in octauo epiſtolarum ad familiares [ep. 1]: vel ***ſubbaſilicanum***, vt in Capteiueis [4, 2. 35] ***Quorum odos ſubbaſilicanos omnes abigit in forum.*** Gloſſarii auctor paullo aliter: ***Baſiliciarius***, *Μαλακὸς*, *ἀγόραιος*. Notum eſt in Baſilicis iudicia Romae praeſertim centumuiralia celebrata fuiſſe. Idem auctor alibi, ***Tabellio***, *ἀγόραιος*, *νομικός*. Alio autem loco ***lixa*** vertit *ἀγόραιος*. ne id quidem abſurde. eſt enim is qui quaeſtus cauſſa caſtra ſequitur. tot enim modis vox *ἀγορὰ* accipitur.

καὶ ἀνασεσυρμένος] Non recte docti viri qui ſic vertunt, ***Veſtibus impudenter ſubductis.*** Nam aliud eſt *ἀνασεσυρμένος*, aliud *ἀνασυράμενος*. de qua voce dicemus infra. At homo *ἀνασεσυρμένος*, is eſt, qui *ἀσυρὴς* etiam dicebatur, teſte Heſychio. extat ea vox apud Polybium libro quarto: et in extremo fragmento libri XVII. *τυχὼν δὲ διὰ ταῦτα μεγάλης ἀποδοχῆς καὶ πε-*

 ριουσίας

θαι καὶ διασείεσθαι πρότερον· εἶτα βάλλεσθαι· ἵνα ἀκακούργητοι μᾶλλον ὦσι. Romani fritillo vtebantur ad hanc talorum agitationem. Iuuenalis [Sat. 14, 5] --- *paruoque eadem mouet arma fritillo.* Vetus interpres ibi: *Fritillus, pyxis cornea, qui Φιμὸς Graece dicitur. Apud antiquos in cornu mittebant teſſeras, mouenteſque fundebant. aut fritillum, pyrgum dixit.* Vide veterem Horatii interpretem ad ſatyram ſeptimam libri ſecundi. Seneca Apocolyntoſi, *Qui concuſſo Magna paraſtis Lucra fritillo.* Mentionem διασείστων reperio apud Aeſchinem in ea contra Timarchum [p. 33 Tayl. To. 2] πρῶτον μὲν συνέτριβον τὰ σκευάρια, καὶ διερρίπτουν εἰς τὴν ὁδὸν, ἀστραγάλους τέ τινας διασείστους καὶ φιμούς, καὶ κυβευτικὰ ἕτερα ὄργανα. Hunc Aeſchinis locum ob oculos habebat Pollux, cum haec ſcriberet lib. decimo, [c. 31] Κυβευτοῦ σκεύη, ἄβαξ, ἀβάκιον, κόσκινον, κύβοι, διάσειστοι ἀστράγαλοι, Φιμοὶ, κημοί. At docti viri eum locum Pollucis non recte acceperunt. Erant et Siphnii ἀστράγαλοι, tali viles et minimi pretii: ſic dicti διὰ τὴν εὐτέλειαν, a Siphno inſula, vt ait Strabo. his vulgus vtebatur: homines diuites et elegantes dorcadiis.

καὶ Θουριακὰς τῶν στρογγύλων ληκύθους] Similis affectus indicium eſt apud Iuuenalem, --- *cum rhinocerote lauari.* De ampullis vero iſtis nihil legere memini. Thyrium Acarnaniae oppidum fuit auctore Stephano: eius frequens apud Polybium mentio. In quibuſdam libris legitur θηρικαί· fortaſſe pro θουριακαί. Sane Theophraſtus libro De lapidibus gypſum τὸν ἐν Θουρίοις (quae fuit olim Sybaris) commendat: ac fieri poteſt vt etiam argilla ibi reperiretur, ex qua opera figlina facta in pretio haberentur. fuit et aliud Θούριον in Boeotia a Syriaca voce *Thor* ſic nominatum, vt auctor eſt Plutarchus in Sylla. Caeterum proprium hoc ampullae iſtae cum quibuſdam aliis videntur habuiſſe, vt forma eſſent rotunda. ideo enim ait τῶν στρογγύλων. Nam vulgo ampullae, non rotundae penitus erant: ſed preſſula

rotun-

rotunditate, et forma lenticulari, vt ex Apuleii Floridis diſcimus. Conſtat autem ampullas et guttos ex varia materia fieri ſolitos. Martialis guttum corneum epigrammate quodam [lib. 14, 52] commemorat. et Horatius [2 Sat. 2, 61], cum ait, --- *cornu ipſe bilibri Caulibus inſtillat.* Plinius phaginorum meminit. et gutti lignei mentio eſt in vita M. Curii Dentati, apud eum ſcriptorem veterem, cuius extat De viris illuſtribus liber. Fiebant et e corio. nam ampullarum σκυτίνων, id eſt ſcortearum, meminere Hippocrates, Plautus [Perſ. 1, 3. 44], Feſtus, alii. Has Graeci ὄλπας proprie vocabant. Scholiaſtes Theocriti, idyllio ſecundo, ὄλπη κυρίως ἡ δερματίνη λήκυθος, δι' ἧς ἐςιν ὀπ]ήσαϑαι τὰ ἔλαιον. De his coriaceis ampullis intelligendum quod ait Plutarchus in Sylla: Athenienſes obſeſſos ὑποδήματα et λη κύϑȣς ἑφϑὰς comediſſe. Plerique aereis vtebantur et quidem Corinthiacis, vt notat idem ſcholiaſtes. Sed et argenteas ληκύϑους ditiores habuerunt. Theocritus,--- ἀργυρέας ἐξ ὄλπιδος ὑγρὸν ἄλειφαρ Λαζόμεναι. Frequentiſſimo vero vt opinor in vſu erant lecythi operis figlini: vt Campani gutti apud Horatium [1 Sat. 6, 108]: et Samii, quorum multi meminerunt. Nam fere Samia vaſa teſtacea erant: etſi ſcio fuiſſe apud Samios etiam ligneorum vaſorum nobiles artifices, vel teſte Cicerone, epiſtola quadam ad Q. fratrem.

καὶ βακ]ηρίας] Mirifice haec conueniunt ei quem hic deſcribit Theophraſtus: ei inquam, qui omnibus in rebus κομψεύεται, et eximium quid ſupra vulgus habere vult videri: cuiuſmodi hominum obſeruauimus morem illis temporibus fuiſſe vt baculum gererent. Demoſthenes aduerſus Pantaenetum: Νικόβουλος δ' ἐπίφϑονός ἐςι, καὶ ταχέως βαδίζει, καὶ μέγα φϑέγγεται, καὶ βακ]ηρίαν φορεῖ. tria notat ſummus orator, quae vulgo inuidiam conflare ſolerent: citatum ingreſſum, vocem altam, baculi geſtationem. ſic in oratione κατὰ Στεφάνου ψευδομ. etſi ibi poſtrema nota omiſſa eſt. Ἐγὼ δ' ὦ ἄνδρες

ἄνδρες Ἀθηναῖοι τῆς μὲν ὄψεως τῇ φύσει, καὶ τῷ ταχέως βαδίζειν, καὶ λαλεῖν μέγα, οὐ τῶν εὐτυχῶς πεφυκότων ἐμαυτὸν κρίνω· ἐφ' οἷς γὰρ οὐδὲν ὠφελούμενος λυπῶ τινάς, ἔλαττον ἔχω πολλαχοῦ. Deprecatur inuidiam qui illa loquitur, et de genio ſuo atque ingenio conqueritur. ita enim ſe natum factumque eſſe, vt faſtus et ſuperbiae notas cum in vultu habeat impreſſas: tum etiám in inceſſu et ſermone. Antiphani in Antaeo inter hominis venuſti notas ponitur, πιλίδιον ἁπαλὸν, εὔρυθμος βακτηρία. Magis vero adhuc hominis vanitatem arguit, quod adiicit Theophraſtus, ἐκ Λακεδαίμονος. nam baculis Laconicis, itemque calceis indidem aduectis, fere vtebantur Athenis homines id genus. Ariſtophanes Concionantibus, Λακωνικὰς γὰρ ἔχετε καὶ βακτηρίας. Idem poëta, in Auibus, Ἐλακωνομάνουν πάντες ἄνθρωποι τότε, Ἐκόμων, ἐπείνων, ἐῤῥύπων, ἐσωκράτουν, Σκυτάλι' ἐφόρουν. vel, coniunctim σκυταλιεφόρουν, vt citant veteres Grammatici. Σκυτάλη, et σκύταλον ſiue σκυτάλιον, iſtiuſmodi baculi dicebantur: et de iis interpretandus hic locus Theophraſti libro quarto Hiſtoriae plantarum capite quinto: Ἐν ἑτέροις δὲ τόποις ἐστὶν ἄκανθα λευκὴ τρίοζος, ἐξ ἧς καὶ σκυτάλια καὶ βακτηρίας ποιοῦσι. vbi et errat Gaza, qui σκυτάλια *lineas* interpretatur: et ſummus Scaliger non ſatis mentem auctoris videtur aſſecutus. Erant autem baculi Lacedaemoniorum admodum graues, vt annotat Scholiaſtes Ariſtophanis. de iis legendus Plutarchus in Nicia. meminit et in Lycurgo. Quod addit Theophraſtus, vocem σκολιῶν, indicat alios rectos fuiſſe, alios obliquos: id enim eſt σκολιός· vel incuruos, hoc eſt, καμπύλας. Id ita eſt. recta βακτηρία vtebantur primores populi et iudices: incurua, ruſtici. Auctor Etymologici magni: βακτηρία ἣν ἐκάλουν ὀρθήν· ἐχρῶντο δὲ αὐτῇ οἱ ἐν περιουσίᾳ, καὶ οἱ δικάζοντες· τῇ δὲ καμπύλῃ, οἱ ἄγροικοι. Quare etiam paſtorale pedum Graecis ἁπλῶς dicitur interdum καμπύλη. Recti baculi etiam Perſici videntur

tur fuiſſe appellati. nam Graeci grammatici περσικὴν βακ]ηρίαν, interpretantur ὀρθήν. Incurui autem lituis Romanorum non erant valde abſimiles. itaque lituum Graeci magiſtri καμπύλην βακ]ηρίαν interpretantur: et Cicero [de diuin. 1, 16] incuruum et leuiter a ſummo inflexum bacillum nominat. At iudicum Athenienſium βακ]ηρία peculiarem et operoſiorem formam habuit: quam non vno loco deſcriptam habes apud commentatores Ariſtophanis, et alios veteres grammaticos. Ruſticorum vero baculi vulgo in Italia e virga ſanguinea. Plinius libr. XXIIII. de eo frutice loquens, *Serpentes et homines fruticem refugiunt: baculoſque ruſtici ob id ex eo gerunt.* Sed haec hactenus. nam de baculis, et eorum forma, multiplicique apud veteres vſu plurima quae obſeruauimus ad lucem multorum ſcriptorum veterum, alibi, ἐὰν ὁ Θεὸς ἐθέλῃ, commodius proferemus.

ἀυλίδιον παλαιςρικὸν κόνιν ἔχον] Periphraſis eſt κονιςηρίου. De coniſterio autem et puluere ſiue pulviſculo palaeſtrico, res nota. non enim quiuis puluis ad palaeſtram, neque ad ceroma aut haphen aptus erat. Ideo refert Athenaeus in duodecimo [c. 9], Alexandrum in expeditione Indica, multa iumenta habuiſſe inter impedimenta, puluere palaeſtrico onuſta. Verum de hoc puluere et varia eius vtilitate praeter Plinium, lege apud Lucianum, Περὶ γυμνασίων. Plutarchus de primo frigido, breuiter, ψύχει, inquit, τὰ τῶν ἀθλητῶν ἡ κόνις σώματα, καὶ κατασβέννυσι τοὺς ἱδρῶτας.

ἀυλαίαν ἔχουσαν] Graeci ζωωτὰ aulaea appellant. talia illa apud Virgilium [Georg. 3, 25], *Purpurea intexti tollunt aulaea Britanni.*

καὶ τῦτο πεϱιῶν χϱᾶν ἀεὶ τοῖς Φ.] Ita reſtituimus hunc locum, ex interdicto Vnde vi. nam vox χϱᾶν, quae ab eruditis hominibus nullo ſuo merito miſella ſolum vertere coacta fuerat, aſſerenda omnino nobis ex antiquis editionibus fuit. Enimuero qui illam omittunt, miſere totam ſententiam labefactant ac deſtruunt: quam

quam nos haud dubie expreſſam tibi lector exhibemus. An ignorat quiſquam ſolitos olim diuites ſuas domos poëtis, atque aliis ad recitationes et ἐπιδείξεις commodare? hoc igitur eſt χρᾶν. ſic apud Iuuenalem [Sat. 8, 58 ſ.] --- *at ſi dulcedine famae ſuccenſus recites, Maculonus commodat aedes.* Tacitus in dialogo de oratoribus [c. 9. ſ. 6], de recitationibus poëtarum loquens, *vt ſint qui dignentur audire, et ne id quidem gratis: nam et domum mutuatur, et auditorium exſtruit, et ſubſellia conducit, et libellos diſpergit.* Plinius epiſtolarum libro VIII. *Domum ſuam recitantibus praebet.* Mox etiam legimus ἐπί τῳ τῶν θεωμένων. intellegit autem fortunatum aliquem e ſpectatoribus, cuius eſſe locum illum in quo fit ἡ ἐπίδειξις, fingit apud veritatis ignarum verus poſſeſſor. Cui bono? dicet aliquis: ac memini quaerere id a me virum doctum. Duplicem poſſum afferre cauſſam huius facti. Altera ἀρέσκῳ imo κόλακι pulchre conuenit. Intelligendum eſt enim ita hos ſermones de aliquo vt diximus diuite et beato viro haberi, vt ipſe eos poſſit exaudire: cum autem oſtentatorem aliquem merum eſſe, et glorioſum, cuius ingenio iſte ſe accommodat, eique ſupparaſitatur: qualis deſcribitur a facetiſſimo poëtarum Artotrogus initio Militis. Altera ratio eſt, quae homini λιμοδοξοῦντι, qui laudis ſiti miſere cruciatur, prorſus quadrat. Eſt enim inſolens quoddam oſtentationis genus, quae ſua ſint manifeſtiſſime, ea dicere alius eſſe. eſtque a ſummo philoſopho haec ἀλαζονείας ſpecies in Nicomacheis haut praetermiſſa. Ait ille, indecenter ironia vti, et τὰ λίαν φανερὰ ſibi derogare, ineptae et putidae cuiuſdam eſſe oſtentationis. Nam, inquit [4, 13], καὶ ἡ ὑπερβολὴ, καὶ ἡ λίαν ἔλλειψις ἀλαζονικόν. qua ſententia nihil verius, nihil certius. Clarum huius rei documentum in multis: qui eximiam quandam prae caeteris pietatis famam aucupantes, pauperes humileſque ſimulant: cum interea, ſi velo reducto propius eos intuearis, pleni ſint im-

manis cuiuſdam ambitionis et φιλαυτίας. hoc tantum a caeteris ambitioſis differentes, quod ambitionem non recta ſed peruerſa, vt Seneca ait, via ſequuntur. Atque haec plane eſt illa vernilitas et figura, qua ait idem ſecundo De beneficiis, quoſdam reiicere quae magis ad ſe volunt attrahere. Quintilianus libro XI. cap. I *Aperte gloriari neſcio an ſit magis tolerabile, vel ipſa vitii huius ſimplicitate, quam illa iactatione peruerſa, ſi abundans opibus pauperem ſe neget, nobilis obſcurum, et potens infirmum, aut ſi ſe diſertus imperitum plane et infantem vocet.* Παλαίστραν certum eſt de loco hic eſſe accipiendum, vt, *Pars in gramineis exercet membra palaeſtris* [Aen. 4, 642]. Eſt autem commune poëtis, philoſophis, ſophiſtis, hoplomachis, harmonicis, atque aliis item, vt τὸ μελετᾶν, ſic etiam τὸ ἐπιδείκνυσθαι. habent quique eorum ſuas ἐπιδείξεις et exercitationes: quod notum eſt ex Graecis ſcriptoribus. Ὁπλομάχοι ſunt, qui ſub campidoctore veris armis certare diſcunt, aut ipſi qui docent. puto enim vtrunque hac voce ſignificari. vide Platonem in Lachete. At vulgo iuuentus non veris armis ſe exercebat: ſed rudibus, aut pilis praepilatis, quae dicuntur Graecis ἐσφαιρωμένα ἀκόντια. Xenophon libro ſecundo Ἀναβάσεως, de Phalino quodam ita ſcribens, προσεποιεῖτο ἐπιστήμων εἶναι τῶν περὶ τὰς τάξεις καὶ ὁπλομαχίαν, videtur innuere hoplomachos ea aetate fuiſſe appellatos, etiam eos qui tactici Graecis proprie dicuntur. vide Vegetium.

AD CAPVT VI

ΠΕΡΙ ΑΠΟΝΟΙΑΣ

Ἡ δὲ ἀπόνοια ἐστὶν ὑπομονὴ αἰσχρῶν ἔργων καὶ λόγων] Definitio iſta ἀπονοίας parum plena eſt. nam cum diſcrimen latum ſit inter ἀναισχυντίαν, de qua infra

ſra eſt integrum caput, et ἀπόνοιαν, nihil video in hac definitione, quod non conueniat etiam τῇ ἀναισχυντίᾳ. quid enim pudor aliud eſt quam vitioſae naturae retinaculum, et, vt aurigarum verbo vtar, ſufflamen? Erit igitur pudor, οὐχ ὑπομονὴ αἰσχρῶν ἔργων καὶ λόγων· impudentia vero, ὑπομονὴ eorundem. Fortaſſe pro ὑπομονὴ ſcribendum ὑπερβολὴ, vt vir doctus coniiciebat, cuius nomen ignoro; vt dicatur ἀπόνοια eſſe vltima linea ſiue factorum, ſiue dictorum turpium. aliter tamen quantum eſt librorum veterum. Eſt autem ἀπόνοια vt rem paulo pluribus explicemus, et quod ille ait, ἀμαθέστερόν πως καὶ σαφέστερον. eſt inquam ἀπόνοια, prauus quidam animi habitus, quo qui praeditus eſt, omnis ab eo famae pudor abeſt: omnique honeſtatis ac bonae exiſtimationis cura penitus depoſita ad quoduis facinus ac dedecus ſuſcipiendum pronus eſt, propenſuſque. Proprium hoc homini ἀπονενοημένῳ eſt, primum vt non huic aut illi vitio ſit deditus, ſed omnibus: deinde vt non inſtinctu tantum naturae improbe aut nequiter agat: ſed quia turpitudine ipſa delectatur, et vitia ſua, malaque, quod malorum vltimum eſt, amat. Quod enim ait Seneca quarto De beneficiis, *neminem adeo a naturali lege deſciuiſſe, et hominem exuiſſe, vt animi cauſſa malus ſit:* dictum hoc, inquam, in homine ἀπονενοημένῳ claudere videtur. nam hic, etiam gratis malus eſt. Ideo dicebat auctor orationum contra Ariſtogitonem, ἀπόνοιαν eſſe morbum immedicabilem. Notum quid ſit ἀπόνοια in re militari. Proprie ſic vocatur non deſperatio, ſed is animi habitus qui ex deſperatione induitur. Quamobrem inter ἀπόγνωσιν, et ἀπόνοιαν diſcrimen ſtatuit Dio Chryſoſtomus non vno loco orationum ſuarum. inde eſt hoc vitiorum extremum appellatum: vel dicta eſt ἀπόνοια, quia penitus τοῦ νοῦ ἐξέπεσε, vt placet quibuſdam e veteribus. Ὑπομονὴ, quod loco generis poſitum eſt in Theophraſti deſcriptione, non eſt genus, ſed ἴδιόν τι τῶν ἀπονενοημένων.

ſemper

ſemper enim ἀπόνοιαν comitatur audacia: ideo auctores τόλμαν et ἀπόνοιαν ſolent coniungere. vt apud Plutarchum in Ageſilao, et in Catone Vticenſi, Ioſephum libro II. contra Appionem, et in edicto Iuliani, quo Athanaſium Alexandria pellit, et apud Demoſthenem in ea πρὸς Μακάρτατον, τολμηρὸς καὶ ἀπονενοημένος. In Actis ſynodi Epheſinae extat, epiſtola, cuius initium eſt, Οὐδὲν ἀπονοίας ἐν πλημμελήμασι χαλεπώτερον· αὕτη γὰρ ἐπὶ πάντα ἐςὶ τῶν ἀτόπων ἡγεμών. Sed non eſt praetermittendus locus inſignis eius auctoris, qui orationes contra Ariſtogitonem (quae falſo, vt alibi diſputamus, inter Demoſthenicas circumferuntur) ſcripſit, vbi graphice admodum quid ἀπόνοια ſit, et quis homo ἀπονενοημένος, orator deſcrbit. Sic ille, οὐχ ὁρᾶτε ὅτι τῆς φύσεως αὐτȣ͂, καὶ τῆς πολιτείας, οὐ λογισμὸς, οὐδ᾽ αἰδὼς οὐδεμία, ἀλλ᾽ ἀπόνοια ἡγεῖται, μᾶλλον δ᾽ ὅλον ἐςὶν ἀπόνοια, ἡ τούτȣ πολιτεία· ἣ μέγιςον μέν ἐςιν αὐτῷ τῷ ἔχοντι κακὸν, δεινὸν δὲ καὶ χαλεπὸν πᾶσι, τῇ πόλει δ᾽ οὐδ᾽ ἀνεκτόν. ὁ γὰρ ἀπονενοημένος ἅπας, αὐτὸν μὲν προεῖται, καὶ τὴν ἐκ λογισμοῦ σωτηρίαν. ἐκ δὲ τȣ͂ παραδόξου καὶ τȣ͂ παραλόγου, ἐὰν ἄρα σωθῇ, σώζεται. Apud comicos praeclara extant hominum huiuſmodi, hoc eſt, ſingulari quadam improbitate et audacia praeditorum, qui patrimoniis ſuis naufragi, vt rem facere poſſint, per fas nefaſque audacter ruunt, exempla. Talis apud Ariſtophanem in Nebulis Strepſiades, in Equitibus fartor ille impurus Agoracritus: tales etiam in Plauti et Terentii comoediis lenones omnes. Porro ἀπόνοια Latinis eſt *audacia*, vel *audacia perdita*, vt in illo Satyrici poëtae, *Ingenium velox, audacia perdita, ſermo Promptus.* Budaeus *vaecordiam* Latine dici poſſe putabat. mihi olim viſa ea vox Graecae vim non ſatis explere. Nam ἄνοια omnis, *vaecordia* eſt: quippe homo ἄνους caret corde, id eſt ſapientia. vnde ſunt *excors* et *vaecors*: at ἀπόνοια aliud longe eſt. neque profecto ſicut dixit Cicero in

Piſonem [c. 9], *o vaecors et amens:* ita dixeris Graece ſatis proprie, ὦ ἀπονενοημένε καὶ ἀνόητε. Quoniam tamen apud optimos ſcriptores de inſigni improbitate haec vox vſurpatur; eſto ἀπόνοια, ſi lubet, *vaecordia:* homo ἀπονενοημένος, *vaecors:* quem quidem *deſperate malum* poſſis Latine dicere. Ciceroni eſt *homo perditus*, vel *perditus et profligatus:* aut etiam *deſperatus:* vt cum *deſperatorum hominum flagitioſos greges* dixit in Catilina [2, 5]: et alibi ſaepe. Nam etſi proprie vox *deſperatus* aliud ſonat, tamen de eodem vſurpatur. T. Liuius in vigeſima tertia hiſtoria haec verba poſuit: *improbus homo; ſed non ad extremum perditus.* Graece dixeris: πονηρὸς μὲν, ȣ̓ μέντοι ἀπονενοημένος.

οἷος ὀμόσαι ταχὺ] Rectiſſime prima nota hominis perditi profligatique haec ponitur: hic ſiquidem e numero eorum eſt, qui, vt dixit olim Pacuuius, iuſiurandum aliud nihil eſſe cenſent quam mantile, quo noxae quotidianae extergeantur. Talis apud Graecum comicum Strepſiades, quem ita alloquitur ſuus creditor in Nebulis [4, 4, 19 ſſ.] Δα. Καὶ τοῦτ' ἐθελήσεις ἀπομόσαι μοι τȣ̀ς θεȣ̀ς, ἵν' ἂν κελεύσω σε; Στρ. τȣ̀ς ποίȣς θεȣ́ς; Δα. Τὸν Δία, τὸν Ἑρμῆν, τὸν Ποσειδῶ. Στρ. Νὴ Δία Καὶ προσκαταθείην γ' ὥςτ' ὀμόσαι τριώβολον. Talis apud Latinum comicum Ballio [Pſeud. 1, 3. 118 ſſ.]. Ca. *Iuraſtin' te illam nulli venditurum niſi mihi?* Ba. *Fateor.* Ca. *nempe conceptis verbis.* Ba. *etiam conſultis quoque.* Ca. *Periuraſti ſceleſte.* Ba. *at argentum intra condidi.* Athenis qui facile iuſiurandum ſuſcipiebant, *Ardetti* vulgo a loco vbi iurare moris erat, appellabantur. Heſychius. Τοὺς ῥαδίως ἐπὶ τοὺς ὅρκȣς ἰόντας, Ἀρδήτ]ȣς ἐκάλȣν, τόπος δὲ ἦν περὶ τὸν Ἰλισσὸν, ἐγγὺς τȣ̃ Παναθηναϊκοῦ ςαδίȣ, ἐν ᾧ τοὺς ὅρκȣς ἐποιοῦντο.

τῷ ἤθει ἀγοραῖός τις] Criticorum ſanctio poſtulat vt ſcribamus ἀγόραιός τις. Ammonius, Ἀγόραιος ἐὰν προπαροξυτόνως, σημαίνει τὸν πονηρὸν, τὸν ἐν ἀγορᾷ τεθραμμένον· ἐὰν δὲ προπερ: σπωμένως, σημαίνει τὸν ἐν ἀγορᾷ

ἀγορᾷ τιμώμενον. recte. eſt enim *ἀγοραῖος* cognomen Iouis, Mercurii, Mineruae et Dianae, qui in foro colebantur. Recte etiam notat Suidas *ἀγόραιον* dici diem quo lites diſceptantur. ita omnino ſcribendum in Actis, cap. XVIIII. [38] *ἀγόραιοι ἄγονται*, non *ἀγοραῖοι.* et ſubaudiendum *ἡμέραι.* Gloſſarium vetus, ***Cum res agitatur**, ὅτε ἡ ἀγόραιός ἐςιν.* Nam vt ***prolatae res*** [Plaut. Capt. 1, 1. 10. 11. 17] dicuntur quando iuſtitium eſt, ſic ***agi res***, quando, vt loquitur Demoſthenes, *αἱ δίκαι εἰσί.* Plinius Secundus in Epiſtolis, ***Eia tu cum proxime res agentur, quoquo modo ad iudicandum veni.*** hinc apud Suetonium [Aug. 32] ***rerum actus***, pro diebus iuridicis. Strabo libro XIII. de Romanis loquens, *ἕτερον*, inquit, *τρόπον διέταξαν τὰς διοικήσεις, ἐν αἷς τὰς ἀγοραίους ποιοῦνται καὶ τὰς δικαιοδοσίας.* hoc eſt, vbi conuentus agunt et ius reddunt. Sed vt ad Theophraſtum redeamus, homo *ἀγόραιος* eſt qui dies totos forum conterit: quemque oratores et comici appellant *ἀγορᾶς περίτριμμα·* Latini veteres ***hominem ordinarium***, teſte Feſto: vel ***ſubroſtranum***, vt in octauo epiſtolarum ad familiares [ep. 1]: vel ***ſubbaſilicanum***, vt in Capteiueis [4, 2. 35] ***Quorum odos ſubbaſilicanos omnes abigit in forum.*** Gloſſarii auctor paullo aliter: ***Baſiliciarius**, Μαλακὸς, ἀγόραιος.* Notum eſt in Baſilicis iudicia Romae praeſertim centumuiralia celebrata fuiſſe. Idem auctor alibi, ***Tabellio**, ἀγόραιος, νομικός.* Alio autem loco ***lixa*** vertit *ἀγόραιος.* ne id quidem abſurde. eſt enim is qui quaeſtus cauſſa caſtra ſequitur. tot enim modis vox *ἀγορὰ* accipitur.

καὶ ἀνασεσυρμένος] Non recte docti viri qui ſic vertunt, ***Veſtibus impudenter ſubductis.*** Nam aliud eſt *ἀνασεσυρμένος*, aliud *ἀνασυράμενος.* de qua voce dicemus infra. At homo *ἀνασεσυρμένος*, is eſt, qui *ἀσυρὴς* etiam dicebatur, teſte Heſychio. extat ea vox apud Polybium libro quarto: et in extremo fragmento libri XVII. *τυχὼν δὲ διὰ ταῦτα μεγάλης ἀποδοχῆς καὶ πε-*

 ριουσίας

ϱιουσίας ἐν τοῖς ἑξῆς χρόνοις, μετὰ ταῦτα πϱοβαινούσης τῆς ἡλικίας ὁλοσχερῶς εἰς ἀσέλγειαν ἐξώκειλε καὶ βίον ἀσυρῆ. Idem ſignificat apud M. Tullium, vox, *ſpurcus.* qua notione accipi vox *ſpurcities* debet illo Lucretii loco libri quinti [v. 17 ſ.], *Quidue ſuperbia, ſpurcities, petulantia, quantas efficiant clades? quid luxus deſidieſque.* vide Nonium.

ὀϱχεῖσθαι νήφων τὸν κόϱδακα] Quantum ſit ponderis in voce νήφων, licet intelligere ex eo quod Demoſthenes in ſecunda Olynthiaca pro argumento vitae penitus diſſolutae ſociorum Philippi, ait, eos vbi largius poti fuerint, ſolitos cordacem ſaltare. Multo enim turpius ſi quis ſiccus cordacem ſaltet, quam ſi ebrius. Eſt autem cordax laſciuae et comicae ſaltationis genus: ideo ait ἐν κωμικῷ χοϱῷ. Ariſtophanes vero in Nebulis [1, 6. 85] gloriatur in ſuis comoediis huic ſaltationi nullum eſſe locum. Puto autem ad reſtim ſolitum cordacem ſaltari. nam Ariſtophanes pro κοϱδακίζειν dixit κόϱδακα ἑλκύειν. Iulianus et alii ἕλκειν κόϱδακα.

καὶ πϱοσωπεῖον ἔχων ἐν κωμικῷ χοϱῷ] Falſi ſuſpectam hanc lectionem habeo. puto enim deeſſe negationem, et ita legendum, πϱοσωπεῖον οὐκ ἔχων ἐν κ. χ. magis enim hoc modo perditiſſimi nebulonis deſcribitur ingenium. nam etſi omnino turpe eſt ſcenicum hiſtrionem agere: tamen qui perſonatus in ſcenam prodit, quodammodo ſub perſona latet, et pudori ſuo nonnihil conſulit: non item qui ſine perſona. quare etiam Demoſthenes in oratione de ementita legatione, Cerybionem quendam κατάϱατον appellat, ὅς, inquit, ἐν ταῖς πομπαῖς ἄνευ τοῦ πϱοσωπείου κωμάζει. Apud Romanos, hiſtriones ſi minus placerent, cogebantur in ſcena ponere perſonam. vide Feſtum in Perſonata fabula. Porro interpretes ita hunc locum verterant, quaſi legeretur ἔχειν. contra omnium codd. auctoritatem. Ita nos de hoc loco cenſemus: ſi cui negationem inſeri

non

non placet, fruatur ille opinione ſua: ego cauſſam non video cur a priore ſententia mea diſcedam.

2 *καὶ ἐν θαύμασι δὲ τοὺς χαλκοῦς ἐκλέγειν*] Inter ludicrarum artium artifices, et voluptatum miniſtros, quibus vſi olim veteres, fuere qui a Graecis dicti ſunt *θαυματοποιοὶ*, a Latinis *praeſtigiatores:* quos Athenaeus inter *Διονύσου τεχνίτας* recenſet lib. duodecimo. Fuerunt autem variae et plane mirificae iſtorum artes, quibus imperitorum feriebantur oculi, omnia quorum cauſſas non nouere, mirantium. Eius generis fuerunt mimi, *ἀρχίμιμοι*, cybiſtetae, petauriſtae, petaminarii, funambuli, neuroſpaſtae, item *ψηφολόγοι* ſiue *ψηφοπαῖκται*, et machinatores, de quibus Hero mechanicus in egregio libro *Περὶ θαυματοποιϊκῆς*· et nos multa dicemus *σὺν θεῷ* aliquando, quae ſunt nobis cum cura obſeruata et annotata. Qui igitur has artes exercerent, Graeci eos *θαυματοποιοὺς* vocabant, artemque eorum *θαυματοποιίαν*, et ſpectacula huiuſmodi praeſtigiarum atque offuciarum *θαύματα*. Errant enim et qui *θεάματα* legi hic, non *θαύματα*, volunt: et qui aliter hanc vocem interpretantur. Heſychius *θαύματα, ἃ οἱ θαυματοποιοὶ ἐπιδείκνυνται.* ſic apud Dionem Chryſoſtomum, *πολλῶν δὲ θαυματοποιῶν θαύματα ἐπιδεικνύντων*· et apud Platonem cum in ſeptimo De Republica, tum in ſecundo De legibus, *θαύματα ἐπιδεικνύναι.* denique ſic ſemper accipienda illa verba *ἐν θαύμασι.* in quibus paſſim errare interpretes etiam doctiſſimos obſeruauimus, vt apud Athenaeum non vno loco. neque aliter accipiendus locus Ariſtotelis libro ſecundo, De generatione animalium, vbi *τὰ αὐτόματα τῶν θαυμάτων* commemorat: quae *αὐτόματα θαύματα* alio loco appellat: intelligit autem pegmata quaedam per ſe ſurgentia, vel ſimulacra ſuapte ſponte mobilia, quae a neuroſpaſtis colligendae pecuniae gratia circumferebantur. Quod ait Theophraſtus *χαλκοὺς ἐκλέγειν*, pertinet ad mercedem quam praeſtigiatores iſti a ſpectatoribus pro

lucare exigebant: eam mercedem Graeci, vt puto, θαύμακτρον, nuncupabant. eſt enim a θαυμάζω: eadem analogia qua *δίδακτρον minerual* a διδάσκω· μήνυτρον *indicium* ſiue *indicinae praemium* a μηνύω. et pro eodem εὕρετρον ab εὑρίσκω apud Vlpianum. Sophron apud Etymologici Magni auctorem φέρε τὸ θαύμακτρον, κ᾽ἀπιθυσιῶμες. Hinc dicti ſunt vulgo cum hi tum alii agyrtae, qui ſimilibus artibus ſtipem in circulis corrogabant, χαλκολόγοι, Latine *aeruſcatores:* pari in vtraque lingua ratione. nam vt χαλκοῖ Graecis nominantur quiuis parui pretii nummi: ſic Latinis *aera.* Martialis [lib. 11. epigr. 28], *Et centum aureolos ſic velut aera rogat.* et Hieronymus illa duo λεπτὰ viduae muliercúlae, cuius fit in Euangelio [Marc. 12, 42] mentio, *aera* interpretatur. Reperio et *aeſculatores* fuiſſe dictos. Gloſſarium vetus: χαλκολόγος, *nummularius, aeſculator:* et alibi, *Aeſculator,* χαλκολόγος. inde verbum *aeſculor* pro eo quod Theophraſtus τοὺς χαλκοῦς ἐκλέγειν dixit. Gloſſarium, χαλκολογῶ, *aeſculor.* Apuleius, τοὺς χαλκοῦς, *ſtipes aereas* vocat in octauo Metamorphoſeon: alibi, *exiguam ſtipem.* Ouidius I. De Ponto, *ſtipes aera.* et recte in Gloſſario, κέρμα, *aes.* nam quid ſit κέρμα Graecis notum eſt. Maximus Tyrius, δύο ὀβολοὺς. Hanc illi ſtipem a ſpectatoribus exigebant, poſtquam ſe quiſque ſeſſum receperat, ordines ſedentium obambulantes. Ideo ait Theophraſtus καθ᾽ ἕκαστον παριών. quae verba male accepta ſunt ab interpretibus. Lucianus in Aſino, ἐπειδὰν δὲ κατακόψειαν οὕτως ἑαυτοὺς, ἐκ τῶν περιεστηκότων θεατῶν συνέλεγον ὀβολοὺς καὶ δραχμάς. prorſus iſtis declarantur ſuperiora Theophraſti. Idem Lucianus verbo ἐκλέγειν vtitur alibi, vt Theophraſtus hic, χαλκοῦν ὀβολὸν παρὰ τῶν καταπλεόντων ἑκάστου ἐκλέγων. Hodie praeſtigiarum iſtiuſmodi artifices ſolent ad fores aliquem collocare, cui neceſſe habet vnuſquiſque prius quam ſpectatum admittatur, in anteceſſum aliquid pro lucare porrigere.

καὶ

καὶ μάχεσθαι τοῖς τὸ σύμβολον φέρουσι] Teſſeram intelligit, quam aliquis acceperat a praeſtigiatoribus ea lege, vt qui hoc ſymbolum, quod arrabonis vim habebat, referret, gratis ſpectaret. De ſymbolis et contractibus per ſymbola, quam Ariſtoteles *κοινωνίαν ἀπὸ συμβόλων* vocat, dicemus vti ſpero alias. Lege ſi lubet quae poſtea ſcripſimus Animaduerſionibus in Athenaeum libro III. cap. XXXI.

καὶ προῖκα θεωρεῖν ἀξιοῦσι] In multis optimae notae codicibus vox *ἀξιοῦσι* non extat. quare ita poſſumus vertere, *Ac ſi quis teſſeram afferat, duris eum ſermonibus accipiet, ipſe gratis ſpectans.* Fortaſſe ita auctor ſcripſerat. *καὶ μα. τοῖς τὸ σύμ. φέρουσι καὶ προῖκα θεωρεῖν ἀξιοῦσιν· αὐτὸς προῖκα θεωρῶν.* vel, *καὶ οὕτω προῖκα αὐτὸς θεωρεῖν.* De iſtiuſmodi librariorum peccatis ſaepe queſti ſumus.

δεινὸς δὲ πανδοκεῦσαι] Olim apud Graecos, ſicut etiam hodie, vt audio, in quibuſdam Italiae locis, non multo erat honeſtior locus *πανδοχεῖον* ſiue *taberna meritoria*, quam *οἴκημα*, hoc eſt, *lenonis* aut *meretricis domus:* et apud Hebraeos eadem vox *Zonah* et *meretricem* ſignificat et *cauponam.* nec multo aliter apud Latinos, qui τὸ *πανδοχεῖον* *ſtabulum*, et τὸν *πανδοχέα*, *ſtabularium*, dixerunt: meretricem autem *proſtibulum.* Eo factum, vt viri quibus honeſtas curae, aeque in cauponis aedibus conſpici erubeſcerent, ac in lenonis: quod vel ex iis patet, quae de Stratonico citharoedo refert Aelianus Variarum libro XIIII. cap. XIIII. Sed et Iſocrates, ἐν *καπηλείῳ* ait, *φαγεῖν ἢ πιεῖν, οὐδεὶς οὐδ' ἂν οἰκέτης ἐπιεικὴς ἐτόλμησε.* vide Athenaeum libro XIII. [c. II] hunc ipſum Iſocratis locum proferentem. Sed quam parum interſit, lenocinium inter et cauponam, declarat optime ius Rom. Nam ex Impp. conſtitutionibus domina cauponae quae vilius a marito ſolita haberi, ſoluitur lege Iulia, de adulteris.

καὶ πορνοβοσκῆσαι] In edicto praetoris de iis qui notantur infamia, numeratur inter primos qui lenocinium fecerit. Vide et titulum Codicis, De ſpectaculis ſcenicis et lenonibus.

τελωνῆσαι] Quanta flagrarint olim apud Graecos et Iudaeos inuidia vectigalium et tributorum conductores, nemo neſcit. Ex omnibus Graecis videntur Oropii huic quaeſtui maxime fuiſſe dediti. extat enim de iis veteris poëtae Xenonis elogium huiuſmodi. Πάντες τελῶναι, πάντες εἰσὶν ἅρπαγες, Κακὸν τέλος γένοιτο τοῖς Ὠρωπίοις. Apud Romanos etſi portitorum et coactorum magna ſemper vilitas, vt alibi: publicanis tamen inter honeſtos ſuus erat locus. quippe equites fuere ſplendidiſſimi. ideo toties et tam effuſe publicanorum ordinem laudat M. Tullius. Quare τελώνην vertimus *portitorem*, non *publicanum*, vſum veterum auctorum ſecuti. Gloſſarium, *portitor*, τελώνης. *Portorium* τελωνεῖον. et ſane τελώνης proprie eſt qui *vectigaliarius*, et *telonarius*, in Cod. Theodoſiano. Papinianus lege XVII. Dig. Ad municipalem, ſcribit *munus exigendi tributi inter ſordida munera non haberi; et ideo decurionibus quoque mandari.*

ἀλλὰ κηρύττειν] Iuuenalis ſatira ſeptima [c. 5], --- *nec foedum alii, nec turpe putarent Praecones fieri.* et ſatira tertia lenonum, praeconum, et gladiatorum pueri eodem iure cenſentur. Verum tamen Horatius praeconum ordinem et coactorum tuetur alibi [1 Sat. 6, 86] propter patrem. Multa Cicero de praeconibus in ea pro Quintio.

μαγειρεύειν, κυβεύειν] M. Tullius, Officiorum libro primo ſub finem, *Minimeque artes hae probandae, quae miniſtrae ſunt voluptatum, cetarii, lanii, coqui, fartores, piſcatores, vt ait Terentius: adde his ſi placet vnguentarios, ſaltatores, totumque ludum talarium.* Eleganter Cicero tanquam εἰς μίαν, quod aiunt, μύκονον congeſſit pleraſque omnes artes quae a Romanis improbabantur.

par

par eorundem Athenis vilitas, vt teſtantur ſcriptores Attici. *Cetarii* ſunt ταριχοπῶλαι, viliſſimum hominum genus Athenis: vt et ſalſamenta apud eos ſeruorum et pauperum cibus fuit, quod ſupra diximus. Inde apud Lucianum, ταριχοπωλεῖν ὑπὸ ἀπορίας, ἢ τὰ γράμματα διδάσκειν. Manauit ab iſtis prouerbium de homine obſcuro et terrae filio: dicebant eum patre eſſe ortum qui cubito mungeretur: quod erat ſalſamentariorum proprium, vt ad Strabonem pluribus expoſuimus. De *coquis*, et teſtatur Theophraſtus hic, et habes de iis fuſe apud Athenaeum. *Fartores* ſunt ἀλλαντοπῶλαι infimae ſortis homines. vide Equites Ariſtophanis. *Piſcatores* quo loco ab iiſdem haberentur, declarat vetus prouerbium, quod in Heſychii Gloſſis reperimus: Δοῦναι μὲν εἰς ἐπακτρέων, λαβεῖν δὲ μή. ſumtum eſt ex aliquo comico. monebat viros auctor adagionis, vt vxores ex ordine piſcatorum ne caperent: etſi filias vt piſcatoribus nuptum demus, propter difficultates conditionum reperiendarum, concedit. ἐπακτρεῖς ſunt *piſcatores*. Piſcatoribus adiici debent aucupes et pomarii, *atque omnis Tuſci turba impia vici:* ait Horatius, Satira tertia libri II. [v. 228]. De *vnguentariis* et *ſaltatoribus*, res notiſſima. Athenis olim lege Solonis cautum fuit, ne quis ciuis Atticus myrepſicam faceret. auctor Athenaeus libro XIII. vt minus mirum ſit quod Seneca refert [N. Q. 4, 13], fuiſſe aliquando vnguentarios Lacedaemone pulſos. Poſtremo adiicit Cicero, *ludum talarium*, ſicut et Theophraſtus τὸ κυβεύειν. vide ſuper iſtis titulum Codicis De aleatoribus et alearum vſu.

τὴν μητέρα μὴ τρέφειν] Lege Solonis notabantur infamia qui parentes non alebant, aut tectum ad habitationem non praebebant: vt vel ex Aeſchine contra Timarchum conſtat. Non temere autem matrem potius dixit Theophraſtus quam patrem. latius enim patuit exhibendae matris neceſſitas, quam patris, quando et vulgo quaeſitis mater neceſſario fuit alenda:

in patre non idem obſeruatum. vide Plutarchum et Laërtium in Solone.

ἀπάγεσθαι κλοπῆς] Arceſſi, inquit, ſolet furti: adde, et aliorum criminum. ſic apud comicum Agoracritus, perfectiſſimum *ἀπονοίας* exemplum, id ſibi nomen ait inditum, ex eo quod perpetuo alicuius criminis reus in iudicio volutaretur. Notabis *κυριολογίαν* in voce *ἀπάγεσθαι*. nam *ἀπαγωγὴ* in foro Athenienſi proprie dicebatur de furto, ſicut *ἔνδειξις* de aliis criminibus. auctor Vlpianus in Demoſthenem Πρὸς Λεπτίνην. quamquam alii veteres quibus potius aſſentior, *ἔνδειξιν* et *ἀπαγωγὴν* ita diſtinguunt, vt illa ſit abſentis delatio: haec praeſentis in ius abductio: quando aliquis manifeſti criminis conuictus, in carcerem et ad vndecimuiros rapiebatur.

τὸ δεσμωτήριον πλείω χρόνον οἰκεῖν ἢ τὴν αὐτοῦ οἰκίαν] Dictum venuſtatis Atticae. ſic apud Ciceronem [contra Rul. 2, 37], ***habitare in carcere.*** et in Bruto [c. 89], ***habitare in Roſtris.*** Dinarchus, Καὶ γὰρ θανάτου ἄξια πολλὰ ἕτερα διαπέπρακται, καὶ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ πλείω χρόνον ἢ ἔξω διατέτριφε. loquitur de Ariſtogitone: quem propterea auctor earum orationum contra illum, quae Demoſtheni vulgo tribuuntur, *τεταριχευμένον* in carcere appellat, et alteri opponit recens carcerem ingreſſo, et, vt ipſe loquitur, *νεαλεῖ καὶ προσφάτῳ*. Demoſthenes in ea contra Timocratem Androtioni obiicit, quod pater eius *πολλὰς πενταετηρίδας ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ διέτριψε.* Appio Claudio apud Liuium [3, 57] obiicitur pro magno crimine, quod carcerem appellaſſet ***domicilium plebis Romanae.*** Plautus in Pſeudolo [Fragm. aupud Seruium ad Aen. 1, 143]: ***Niſi carcerem aliquando effregeritis, veſtram domum.*** Poſtremo ipſum etiam hominem improbum ***carcerem*** vocarunt. Lucillius, --- ***carcer vix carcere dignus.***

3 *καὶ τοῦτο δ' ἂν εἶναι δόξειε*] Lego, *καὶ οὗτος δ' ἂν. τῶν*

των περιϊςαμένων τοὺς ὄχλες] Hoc eſt, eorum qui coetus et concurſus faciunt: quod capital fuit Athenis. vide infra ad caput περὶ λογοποιΐας.

μεγάλη τῇ φωνῇ] Alta voce loqui ſupra ſignum erat ruſticitatis: alibi, ſuperbi et elati animi: ſed addit hic Theophraſtus, καὶ παρεῤῥωγυία. quae vocis appellatio, vel ex eo manauit, quod multi nimia vocis intentione ramices fregerunt: vel declaratur ea dictione vaſtus oris hiatus: ſicut Ariſtoteli in ſecundo Hiſtoriarum, et tertio De partibus, ora canum, leonum, ac reliquorum καρχαροδόντων dicuntur eſſe ἀνεῤῥωγότα. Ariſtophanes in Equitibus [3, 1. 22] Cleonem vocat καρχαρόδοντα, et mox ei vocem tribuit χαράδρας, propter aſperitatem et inaequalitatem. vide ſcholiaſten. Et ita etiam vocem παρεῤῥωγυῖαν hic interpretari licet. Vel eſt translatio a ſenſu tactus ad ſenſum auditus. nam quae ſunt abſciſſa et abrupta, eadem aſpera ſunt. Apud Ciceronem inter vocis differentias ſunt, *fractum* et *ſciſſum*. fere autem *fracta vox* apud Latinos auctores dicitur de voce effoeminata, aut eius *liquido qui plaſmate guttur Mobile colluerit*. Graeci σαθρὰν vt videtur, et παρεῤῥυηκυῖαν ſciſſam vocem nominant. Sed de omnibus vocis differentiis acute vt omnia ſummus philoſophus in libello περὶ ἀκουςῶν.

ἢ ὅταν ἢ πανήγυρις] Proprium hoc, vt initio diximus, homini ἀπονενοημένῳ· qui aſſiduis conuiciis ita depudere didicit, vt laetetur etiam infamia. Habuit hoc quoque impurus ille ſaepe iam a nobis commemoratus Ariſtogiton: quem quidem ait orator ea fuiſſe oris duritie, vt quae alii taciti et in tenebris admitterent, quibus tale quid humanitus vſu veniret, ea ipſe tantumnon appenſis ſibi tintinnabulis patraret: quod eſt dicere palam et in omnium oculis. Sic ille, Καὶ ἃ τῶν ἄλλων τῶν ἠτυχηκότων ἕκαςος ἀψοφητὶ ποιεῖ, ταῦθ᾽ ἕτος μονονοὺ κώδωνας ἐξαψάμενος διαπράττεται.

4 τὰς δ᾽ ἐξόμνυσθαι] Lego, καὶ τὰς μὲν ἐξόμνυσθαι.

ἔχων

ἔχων ἐχῖνον] Vaſculum fuit in quo aſſeruabantur litium inſtrumenta, quae in libris Graecorum Iuriſconſultorum ἀσφαλίσματα vocantur. Erat autem echinus, vel teſtaceus, vel aeneus, teſte in Veſpas Ariſtophanis ſcholiaſte.

ὅρμαθον βιβλίων] Ariſtoteles apud Dionyſium Halic. δεσμὰς δικανικῶν βιβλίων. Iuuenalis de cauſidicis in forum venientibus [Sat. 7, 107] --- *et magno comites in faſce libellos.* Proprie ὅρμαθος eſt ſerta ſiue reſtis e caepis aut ſimilibus rebus contexta.

καὶ τῆς δραχμῆς] Plane iſtud hominis eſt, non hominis. Nam cum in genere foenerari idem ſit quod hominem occidere, vt Cato ſenior [apud Cic. Off. 2 extr.] aiebat: et παρὰ φύσιν ἐργάζεσθαι, vt Ariſtoteli [Polit. 1, 10] placet: ac proinde foeneratores furibus peiores ciues a veteribus Romanis fuerint exiſtimati, vt probat idem Cato: quid obſecro te, exiſtimandum eſt de eo, qui foenus id exerceat quod hic commemoratur? Neque tamen putemus fingi haec a Theophraſto. dixit enim ipſe initio, ex iis quae vulgo fierent, et in vſu apud homines eſſent, eſſe hoc a ſe ſcriptum conflatum. Imprimis animaduertenda eſt iſtorum techna, qui vt foenus hoc horrendum minore cum inuidia poſſint exercere, non ſolent grandem pecuniae ſummam ſimul eidem credere, neque in multos dies. Hi ſunt quos Graeci ἡμεροδανειστὰς et τοκογλύφους dixerunt, Latini *tocullIones:* qua voce vtitur M. Tullius ad Atticum [2 ep. 1]. Cum autem obolus ſit ſexta drachmae pars, facile cuiuis aeſtimare, quale ſit hoc foenerandi genus, quando drachma obolum ſemis quotidie parit. Fuit ſane maxima Athenis foenerandi licentia. etſi enim vſitatus in ea ciuitate vſurae modus erat, vt pro mina quot menſibus drachma penderetur: quae eſt centeſima Romanorum vſura; tamen et binas centeſimas et ternas, ac quaternas ſolitas exigi non eſt dubium. quippe cum iſtiuſmodi hominum improbitas, non ſolum non coërceretur

ceretur vllis legibus: ſed etiam approbaretur veteri Solonis lege hac? τὸ ἀργύριον στάσιμον εἶναι, ἐφ᾽ ὁπόσον ἂν βούληται ὁ δανείζων. hoc eſt, *Ius eſto foeneratori pecuniam ſuam quantacunque vſura volet collocare.* Sic enim Lyſias hanc legem exponit. τὸ στάσιμον inquit, τοῦ τό ἐστιν, ὦ βέλτιστε, οὐ ζυγῷ ἱστάναι, ἀλλὰ τόκον πράττεσθαι ὁπόσον ἂν βούληται. Apud Paulum Iuriſconſultum libro IIII. Reſponſorum, Lucius Titius ita cauet: συνεθέμην χορηγῆσαί σοι τόκον ἑκάστης μνᾶς ἑκάστου μηνὸς ὀβόλους τέσσαρας.

τρία ἡμιωβόλια] Antiquum eſt Graecorum loquendi genus, τρία ἡμιωβόλια, pro, *obolus ſemis*, vel *ſeſquiobolus.* Pollux [9, 6] φίλον δὲ τοῖς ἀρχαίοις καὶ τὸ ἐν ἥμισυ τάλαντον τρία ἡμιτάλαντα λέγειν. Ita ſaepiſſime cuiuſuis aut menſurae aut ponderis numeros antiqui ſcriptores, praeſertim Attici, efferunt. ſic apud Hippocratem legas τρία ἡμίχοα, τρία ἡμιώρια, τρία πεμπτημόρια et τέσσαρα πεμπτημόρια· apud Platonem τρία ἡμιμναῖα, ſexto Legum: apud Xenophontem τρία ἡμίδραχμα· apud Theophraſtum in ſecundo Hiſtoriarum τρία ἡμιπόδια· apud Athenaeum libro quarto τρία ἡμιμέδιμνα· et in Dioſcoridis aliorumque medicorum libris ſaepe. Sic Latini interdum Martialis [4, 46] *Et thuris piperiſque tres ſelibrae.* quod et nos in vernaculo noſtro idiomate retinemus. Attici vero quam delectarentur hoc loquendi genere, declarat Theophraſtus, qui in libro περὶ ὀσμῶν, δύο ἡμίεκτα dicere maluit, quam ἑκτέα. Impp. in Cod. Theod. *ſex ſemiſiliquae* quam tres ſiliquae. Auguſtus in teſtamento *ex parte dimidia et ſextante*, quam ex beſſe. Hinc illa ſunt nomina compoſita, τριημιχοῖνιξ apud eundem Theophraſtum: et πενθημιχοῖνιξ. item apud Xenophontem τριημιπόδιον. ſic etiam apud grammaticos dictus πενθημιμερὴς verſus, qui duos pedes et partem a reliquo carmine quaſi ſciſſam et ſeparatam habet. Caue vero confundas loquendi hoc genus cum alio ſimili quidem, ſed ſignificatione

catione longe diuerſo: *τρίτον ἡμιωβόλιον* enim quando dicunt Graeci, non iam obolum ſemis ſed *duos obolos ſemis* volunt intelligi. Sic dixit Herodotus *ἕλκων σάθμον ἕβδομον ἡμιτάλαντον*, pro eo quod eſt, *pendens ſex talenta cum dimidio.* ſic apud Dinarchum *τρίτον ἡμίδραχμον*, pro *duabus ſedrachmis ſemis.* vide Pollucem. Hoc quoque imitati ſunt Latini veteres. *Fuit enim veteris conſuetudinis*, ait Varro, *vt retro aera dicerentur, ita vt ſemis tertius, ſemis quartus pronuntiarent.* Inde eſt *ſeſtertius nummus*, et *ſeſtertius pes*, pro duobus aſſibus ſemis. et duobus pedibus ſemis. et apud Plinium libro XVII. capite XI. *quinus ſemipes* ex Graecis ſcriptoribus, quod ipſi dixerant *πέμπτον ἡμιπόδιον.* hoc eſt, *quatuor pedes cum dimidio.* Adi Priſcianum, et Voluſium Maerianum, qui hoc poſterius loquendi genus diligenter explicauerunt. Nos autem ideo hic notauimus, vt ne ſimilitudo duarum locutionum cuiquam imponeret. quo in errore doctiſſimos etiam viros verſari videmus. Teſtis ſit Demoſthenes: in cuius orationibus quoties extat altera harum *φράσεων*, toties peccat eruditiſſimus Vuolfius. Nam quod in ea pro Androtione ſcribitur, *ὃς ἀποδρὰς ᾤχετο, ἔχων πέντε ἡμιτάλαντα, duo talenta ſemis* ſignificat: non quatuor cum dimidio, vt putauit interpres. ſic debet hic etiam locus ex oratione *ὑπὲρ Φορμίωνος* exponi, *οὐκ ἀποδίδωσι πένθ' ἡμιταλάντων καὶ ἑξακοσίων δραχμῶν.* item iſte ex ea *πρὸς Νικόστρατον*, ſub initium, *ἀπεγραψάμην ἂν πένθ' ἡμιμναίων ἄξια ἀνδράποδα.* Poſtremo in oratione contra Theocrinem quae *ἔνδειξις* inſcribitur, non aliter illa exponi debuere, *ἐδόθη τρία ἡμιμναῖα τούτῳ τῷ ἀδωροδοκήτῳ.* Tot locis apud ſummum oratorem, extat loquendi hoc genus: in quibus omnibus lapſus eſt vit doctus, quum non obſeruaſſet quid inter *τρία ἡμιτάλαντα*, et *τρίτον ἡμιτάλαντον* intereſſet. Enimuero doctiſſimo viro facile ignoſco, qui *ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τόνδ' ἀπωθεῖται ψόγον.* vapulet vero ſciolus ille Graeculus

culus qui Vuolfium in errorem induxit. Ita enim annotatum reperies ad ſuperiorem locum ex Androtiana, τὸ δὲ πένθ' ἡμιτάλαντα, ἀντὶ τῦ πέντε παρὰ ἡμιτάλαντον· ὡς εἶναι τέτταρα καὶ ἥμισυ. καὶ τῦτο συνίσταται ἐκ τῦ σταθμοῦ παρὰ Ηροδότῳ. Haec ille: quae omnia falſa eſſe et inepta ex ſuperioribus liquet. quibus libet adiicere velut ἐκ περιουσίας, vt omnis omnino ſcrupulus eximatur, locum Ariſtotelis inſignem. Sic philoſophus nono Hiſtoriarum [c. 40 extr.], Βλίττεται δὲ σμῆνος χοᾶ, ἢ τρία ἡμίχοα. τὰ εὐθηνοῦντα δύο χοᾶς, ἢ πένθ' ἡμίχοα. τρεῖς δὲ χοᾶς, ὀλίγα. *Eximunt*, inquit, ***ex vno apum alueari choem vnum, aut vnum cum dimidio. vel, bene vt agatur, choas binos, aut binos cum dimidio: raro ternos choas.*** Eat nunc iſte opicus, et dicat πένθ' ἡμίχοα eſſe τέτταρα καὶ ἥμισυ. Abſit vero a nobis, vt haec et alia huius farinae, qualia nonnulla in illis ſcholiis obſeruauimus, Vlpiano tribuamus.

τῆς ἡμέρας πράττεσθαι] Atticum eſt, ἀντὶ τοῦ εἰςπράττεσθαι. non aliter fere Demoſthenes caeterique ſcriptores de meliore nota. non ergo ſunt audiendi qui εἰςπράττεσθαι iubent reſcribi. Veteres et Graeci et Latini ſaepe eleganter ſimplicibus verbis pro compoſitis vtuntur. ſic ergo πράσσω alias pro ἐκπράσσω, exigo: pro συμπράσσω. Pindarus Nemeonicis [od. 1] Πράσσει γὰρ ἔργῳ μὲν σθένος. βελαῖσι δὲ φρήν. hoc eſt, συμπράσσει, συνεργεῖ. Notabis pactionem de vſura in ſingulos dies: cuius extat etiam in Epidico Plauti exemplum [1, 1. 51], *Id adeo argentum ab daniſta apud Thebas ſumſit foenore: In dies minaſque argenti ſingulas, nummis.* Qui hanc vſuram exercebant, Graeci eos ἡμεροδανειστὰς vocabant, vt Laërtius in Menippo. Res hodie tocullionibus praeſertim Iudaeis non incognita.

καὶ τοὺς τόκους ἀπὸ τῦ ἐμπολήματος εἰς τὴν γνάθον ἐκλέγειν] Iam venimus ad locum longe elegantiſſimum, et ex iis vnum qui vetuſtatem libelli huius arguunt: cuius veram interpretationem proprius interpretibus ne per ſomnium

ſomnium quidem in mentem veniſſe affirmare auſim. eſt enim et obſcurior propter ignorationem priſcorum morum: et nonnihil etiam corruptus: ſed de re primum: de verbis mox viderimus. Sciendum igitur, morem olim fuiſſe Athenis hominum vilium atque abiectorum, qui in foro res venales habebant, vt quas pecunias ex venditione mercium ſuarum colligerent, eas in os et buccam conderent: maxime, credo, cum eſſet turba emturientium. tum enim, ne tempus ſibi aperienda claudendaque crumena periret, vt quidque accipiebant numorum, id ſtatim in os coniiciebant. Sic erat iſtis os ſuum inſtar crumenae, quam collo appenſam iſtiuſmodi homines apud Romanos gerere ſolitos fuiſſe, ſupra ex Plauto annotabamus. Propterea ſcribit Artemidorus, in re ſomniorum maxillas indicare horrea: *τὰς σιαγόνας*, inquit, *πρὸς ἀποθήκας ληπτέον.* Hoc eſt quod Theophraſtus vocat, *εἰς γνάθον ἐκλέγειν*, *in maxillam colligere.* nam *ἐκλέγειν* pro *συλλέγειν* poſitum, vt etiam paullo ante. Graeci comici *ἐγκάπτειν εἰς τὴν γνάθον* eodem ſenſu dicunt. Alexis [apud Athen. 3, 3] in Lebete deſcribens venditorem ficorum, hominem impudentiſſimum, *Εἶθ' ὁ μὲν ἔδωκεν ὡς τοιαῦτ' ὠνούμενος, Τιμήν· ὁ δ' ἐγκάψας τὸ κέρμ' εἰς τὴν γνάθον, Ἐρίνε' ἀπέδοτο, σῦκα πωλεῖν ὀμνύων.* Sic apud Ariſtophanem, quem iure veteres critici *τῶν Ἀττικῶν ἐθῶν διδάσκαλον* appellarunt, Philocleon ait, cum tradita tam ſibi quam Lyſiſtrato communis drachma fuiſſet (iudicibus enim binis drachma mercem dabatur) conueniſſetque inter ipſos vt illam Lyſiſtratus permutaret, et eius dimidium, hoc eſt, tres obolos, ipſi daret: ait inquam, ſe a ſodali miſere deceptum fuiſſe: qui monetae loco ſquamas mugilis piſcis in manum ſibi tradiderit: quas ipſe imprudens tanquam probam monetam in os ſubito immiſerit. Verba poëta ſunt, --- *δραχμὴν μετ' ἐμοῦ λαβὼν, Ἐλθὼν, διεκερματίζετ' ἐν τοῖς ἰχθύσι. Κ' ἄπειτ' ἐπέθηκε τρεῖς λοπίδας μοι κεστρέων. Κἀγὼ 'νέκαψ'. ὀβολοὺς γὰρ ᾠόμην λαβεῖν.*

Scholia-

Scholiaſtes, πολλοῖς γάρ ἐςιν ἔθος ἐν τῷ ςόματι φυλάττειν τὸ ἀργύριον. *Multis*, inquit, *moris eſt, vt pecunias in ore cuſtodiant.* Idem poëta in Aeoloſicone, [apud. Polluc. 9, 6] ὅπερ λοιπὸν μόνον ἦν ἐν τῇ γνάθῳ γένηταί μοι. et in Anagyro, ἐν τῷ ςόματι τριημιωβόλιον ἔχων. In libro veteri de miraculis Vdalrici Auguſtae Vindelicorum quondam epiſcopi, ita ſcribitur. *Clericus quidam mutus effectus cum a propinquis ſuis ad ſepulchrum ſanctum deductus fuiſſet, emiſſis de ore ſuo duobus denariis ſuper ſepulcrum, loquelam quam amiſerat, recepit.* Hodie mulieres moris eiuſce veſtigium retinent. multae enim conſueuerunt, maxime αἱ κομμώτριαι, ſiue ornatrices, in ore aciculas habere. nam inde facilius ad vſum promuntur quam ex aciario, ſiue βελονοθήκη, aut e puluillis iis quos ad cuſtodiendas aciculas ſolent ſibi fabricari. Atqui hanc commoditatem magno ſaepe conſtare, exempla triſtiſſima illas debuerant docere. Quid quod etiam nummi in os recepti, nedum aciculae, periculum aliquando veteribus crearunt. Nam apud Ariſtophanem in Auibus Euelpis quidam eſt, qui dum more Athenienſium miluum veris indicem prouolutus ad terram ſalutare parat, obolum quem forte in ore habebat, imprudens nec ſine ſummo periculo deglutit. --- ἐγὼ γοῦν, ait, ἐκυλινδούμην, ἴκτινον ἰδών· κᾆθ' ὕπτιος ὢν, ἀναχάσκων ὀβολὸν κατεβρόχθισα. Ex his luce clarior mens auctoris hoc loco. Supereſt vt de mendo quod haec ſententia continet, videamus. Non enim τόκȣς recte legitur: vt ex illis verbis ἀπὸ τȣ̃ ἐμπολήματος, quiuis intelligat: ſed vel ὀβολȣ̀ς legendum, vel χαλκȣ̃ς dicerem, vel κέρματα, niſi longius ab edita lectione abeſſet. vel igitur, ὀβολȣ̀ς ſcribendum, vt in ſuperiore Alexidis loco: vel χαλκοῦς, vt in hoc Ariſtophanis Concionantibus, --- πωλῶν γὰρ βότρυς Μεςὴν ἀπῆρα τὴν γνάθον χαλκῶν ἔχων. Scimus Graecum eſſe ἐκλέγειν τόκους· vt in 11. Stromat. Clementis τόκους ἐκλέγειν ἐπὶ χρήμασι. ſed hoc nihil ad iſtum locum.

cum. Fuit cum hoc referrem ad σπερμολόγους, viliſſimum hominum genus Athenis. Sic enim vocabant Athenienſes abiectiſſimos quoſdam homines, imo hominum mendicabula, qui forum et Digma oberrantes, ſi quid e mercium oneribus, vt fit, excideret, id legebant, et vitam hoc quaeſtu ſuſtentabant. Auctor Euſtathius [ad Odyſſ. έ, 241]. Sed ſuperiore interpretatione nihil verius, ne ea quidem quae apud Sagram.

5 ἐργώδεις δὲ εἰσὶ] Hoc eſt, δυσχερεῖς καὶ φορτικοί. Malo ſic quam vt quidam, *His ſemper eſt quod agant.*

καὶ φθεγγόμενοι μεγάλῃ τῇ φωνῇ] Ecce iterum eandem notam de qua diximus paullo ante. apparet, Theophraſtum teneras aureis habuiſſe, et clamoribus importunis valde ſolitum offendi. Auctor Rhetoricorum ad Herennium in deſcriptione hominis impudentis hoc non neglexit, *Tum vero*, inquit, *iſte coepit clamare voce iſta, quae facile cuiuis rubores excire poſſet.* Sed de hoc vitio plura Clemens Alex. Paedagog. lib. II. cap. VII. Quintilianus lib. VI. cap. V. et alicubi Iuſtinus Martyr.

AD CAPVT VII

ΠΕΡΙ ΛΑΛΙΑΣ

Ἡ δὲ λαλιὰ εἶναι ἂν δόξειεν ἀκρασία τοῦ λόγου] De hac dictum nobis ad caput περὶ ἀδολεσχίας. In Platonis ὅροις ita definitur, Λαλιά, ἀκρασία λόγου ἄλογος. Hominem λάλον, Latini veteres, *linguacem*, *lingulacam*, et *locutuleium* dixerunt. vocarunt et *linguoſum*, vt Hieronymus ſaepe. ſic apud Graecos γλωσσώδης ἄνθρωπος, et πρόγλωσσος, vt cui ſit lingua prominens. Vſus eſt Clemens elegantiſſima ea voce, quae ei reſpondet quod Francoceltae dicimus, *auoir la langue longue.* Porro λαλιὰ in malam partem non ſemper accipitur, ſed

ſed interdum pro familiari colloquio inter amicos, aut alios. Quare etiam λαλιᾶς praecepta prodita ſunt a veteribus dicendi magiſtris. Menander rhetor, Τὸ τῆς λαλιᾶς εἶδος χρησιμώτατόν ἐςιν ἀνδρὶ σοφιςῇ· καὶ ἔοικε δύο εἴδεσι τῆς ῥητορικῆς ὑποπίπτειν, τῷ τε συμβουλευτικῷ καὶ τῷ ἐπιδεικτικῷ πληρεῖ γὰρ ἑκατέρου τὴν χρείαν. plura ibi lege. Extat et Ariſtidis oratio λαλιὰ inſcripta.

ὅτι οὐδὲν λέγεις] Hoc ſolebant de iis vſurpare qui falſa aut quae nihil ad rem eſſent, loquerentur. Ariſtophanes Veſpis παῦε παῦ, οὐδὲν λέγεις. et alibi ſaepe, et in Platone paſſim. Alio ſenſu apud comicum poſitum obſeruauimus παροιμιακῶς illud οὐδὲν λέγει, non de verbis ſed de re inutili: ſicut hodie nos quoque loquimur de re quam improbamus. Ait autem Theophraſtus ἂν ὁ, τιοῦν, vt indicet locutuleios iſtos, non poſſe quamuis exigui temporis loquendi moram ferre. Ad hos pertinet non ἀδολέσχους locus Ciceronis primo Officiorum [c. 37], *Nec vero tanquam in poſſeſſionem ſuam venerit, excludat alios: ſed cum reliquis in rebus, tum in ſermone communi viciſſitudine vtendum putet.* Similia B. Baſilius in epiſtola quadam ad Gregorium.

καὶ ἂν ἀκούῃ αὐτοῦ, μαθήσεται] Tale illud fere Ariſtophanis in Auibus, --- ἐμὲ τοῦτό γ' ἐρώτα.

ὑποβάλλει, εἴπας σύ, μὴ ἐπιλάθου] Praua diſtinctio hactenus veram huius loci ſententiam infuſcauit. Nam diſtinguendum eſt, ὑποβάλλει, εἴπας, Σὺ μὴ ἐπιλάθου. Et εἴπας ſcribendum, non εἶπας. Eſt enim non verbum, ſed participium, quo ſaepe vtitur Ariſtoteles. Prorſus id eſt quod vulgo excuſationis gratia dicere ſolemus, quando verba facientem interloquimur, *Sans interrompre voſtre propos:* vel, *De voſtre propos vous ſouuienne.* Sic mox, εὖγε ὅτι μὲ ὑπέμνησας, illud eſt quo dici ſolet, *A propos de cela.* eadem ratio illorum, καὶ ὃ παρέλιπον. nam qui illa verba loco ſuo mutant, et locum illum tranſpoſitione opus habere arbitrantur, nae illi toto, quod aiunt, caelo errant. Elegantiſſime

ſane Theophraſtus omnes loquendi anſas recenſet, quas homines loquaces captare ſolent, vt cum aliquo ſaltem praetextu loquentem poſſint interpellare, et, vt veteres loquebantur, obacerare. In Sapientiae libro cum alia praeclare, tum hoc iunioribus nunquam obliuiſcendum, πρὶν ἢ ἀκοῦσαι μὴ ἀποκρίνου, καὶ ἐν μέσῳ λόγων μὴ παρέμβαλλε ῥῆμα. *Ne reſpondeas priuſquam audieris, et in alterius ſermonem verbum nullum interiice.*

3 καὶ εἰς τὰ διδασκαλεῖα] Ne hoc quidem temere ponit auctor. nam quod putet aliquis, fuiſſe leue intrare in ludum literarium, id vero Athenis crimen capitale fuit. Lege enim Solonis poena capitis fuit conſtituta, ſi qui ludum literarium aut palaeſtram, dum ibi erant diſcipuli, ingrederetur. quod cur a caſtiſſimo viro fuerit ita conſtitutum, non eſt difficile diuinare. Hanc igitur in legem committit iſte, et dum garrire cupit, fraudem capitalem admittit. Adi Aeſchinem contra Timarchum. Sed videtur ei legi poſtea derogatum, vel contraria lege, vel vſu ipſo et contraria conſuetudine: quod ex multis dialogorum Platonis locis licet intelligere. Vel Lyſidem vide.

προμανθάνειν τοσαῦτα] Scribendum προσμανθάνειν Attica conſuetudine, pro ſimplici μανθάνειν. Sic apud Ariſtophanem Veſpis.

τοῖς παιδοτρίβαις καὶ διδασκάλοις] Chiaſmus eſt. nam παιδοτρίβαι ad παλαίστρας refertur: διδάσκαλος ad διδασκαλεῖα. Aeſchines in Timarchum, καὶ τοὺς διδασκάλους τὰ διδασκαλεῖα, καὶ τοὺς παιδοτρίβας τὰς παλαίστρας ἀνοίγειν. Porro παιδοτρίβης vertimus *corporum exercitator*, cum Latinis ſcriptoribus. nam qui *laniſta* vertunt (in his eſt vir eruditiſſimus Demoſthenis et Aeſchinis interpres) ii neque Graecam neque Latinam vocem intellexerunt. Poſſis et *gymnaſiarchum* dicere, qua voce vſus et Cicero: γυμνασιάρχης autem et παιδοτρίβης ſaepe pro eodem ponuntur. vide Aeſchinem. Item γυμναστὴς et σωματασκητής. Itaque Pythagoras

quidam

quidam Laërtio σωμασκητὴς dicitur, Plinio *exercitator* ἁπλῶς.

καὶ τοὺς ἀπιέναι φάσκοντας] Hoc etiam ἀδολέσχῃ conuenit. Horatius [1 Sat. 9, 9 ſſ.], *Nil reſpondebam. miſere cupis, inquit, abire, iamdudum video; ſed nil agis: vſque tenebo, perſequar.*

4 *τὴν ἐπ' Ἀριστοφῶντος ποτὲ γενομένην τοῦ ῥήτορος μάχην*] Notabis verborum traiectionem quae ambiguitatem parit. nam et cum μάχην verba illa τοῦ ῥήτορος iungi poſſunt: et cum Ἀριστοφῶντος· quod malo: et ita accipio τοῦ ῥήτορος γενομένην ποτὲ μάχην. Traiectio eſt vt diximus. quod σχῆμα mirum quam ſit frequens cum apud alios veteres Atticos, tum imprimis apud Ariſtotelem, ex quo pauca animi cauſſa libet hic annotare. Hiſtoriarum libro tertio [c. 5], de aorta vena loquens, *νευρώδης*, inquit, *ἐστὶ φλέψ. τὰ μὲν τελευταῖα καὶ παντελῶς αὐτῆς.* hoc eſt, *τὰ μὲν τελευταῖα αὐτῆς, καὶ παντελῶς.* In quinto [c. 7], de genere malacoſtracorum loquens, *ὀχέυεται δὲ ἀρχομένου πρὸς τῇ γῇ ἔαρος.* pro *ὀχέυεται πρὸς τῇ γῇ ἀρχομένου ἔαρος.* Eodem [c. 23], *γίνονται δὲ σχάδονες οὐκ ἐν τῷ ἔαρι τούτων, ἀλλ' ἐν τῷ μετοπώρῳ.* In tertio De partibus, *τοῦ μὲν ἄνω καὶ κάτω, ἐν τοῖς μᾶλλόν ἐστιν ἄνω.* eleganter: ſed obſcuriuſcule pro *ἐν τοῖς ἄνω μᾶλλόν ἐστιν.* Item illud in eodem, *τοῦτο γὰρ μᾶλλόν ἐστιν ἀξιόπιστον ἀκοῦσαι λεγόντων, ἢ τὸ περὶ τὴν κεφαλὴν ὡς ἀποκοπεῖσα φθέγγεται τῶν ἀνθρώπων.* et alibi locis ſexcentis. Sed et apud Ciceronem quoque ſimiles traiectiones locis non paucis obſeruare lector diligens poterit: quas videas ſaepe doctos viros ſuis παραδιορθώσεσιν immutare. Verum ad rem. Ἐπ' Ἀριστοφῶντος non eſt, tempore Ariſtophontis, vt putarunt interpretes: ſed id quod expreſſimus. Fuiſſe autem archonta Ariſtophontem anno tertio Olympiadis centeſimae duodecimae, certum ex Bibliotheca Diodori. Intelligit inclytam illam pugnam ad Arbela pugnatam: quam etſi conſtat priore anno contigiſſe prae-

 tore

tore non Ariſtophonte, ſed Ariſtophane: nihilominus tamen vulgus Athenienſium anno illi, qui Ariſtophontem praetorem habuit, illam aſcripſit: vel quia reuera caedes Darii, in quo erat victoriae ſumma, in annum illum incidit: ſicut Arrianus ait: vel quia, vt diſerte notat Diodorus, cum eius victoriae fama in Graeciam peruenit, iam archon erat Ariſtophon: quod etiam Dionyſius Halicarnaſſeus in epiſtola ad Ammaeum docet. Ariſtophon vero iſte qui fuerit, et cur oratorem illum appellet, vel mediocriter in hiſtoria Graeca verſati ſcire debent. vixit enim Athenis aequalis Demoſtheni: ac pene in dicendi facultate par, ſi quidem ipſius Demoſthenis teſtimonio ſtare volumus. Meminere locis pene infinitis et Demoſthenes et Aeſchines: itemque Plutarchus, Athenaeus, alii, quorum teſtimonia nihil attinet huc congerere. Haec vera eſt, vt quidem cenſeo, iſtius loci interpretatio. Poteſt tamen etiam ſine traiectione accipi: vt nimirum intelligatur nobilis illa controuerſia quae fuit inter ſummos oratores, Demoſthenem et Aeſchinem: quod iudicium conſtat fuiſſe factum cum eſſet praetor Ariſtophon: quamuis multo ante fuiſſet poſtulatum. nam decem ipſis annis prius hanc multam Aeſchines a Cteſiphonte petierat Charonda magiſtratu. auctor Plutarchus. Hanc interpretationem ſi veram putarem, dicerem *τῶν ῥητόρων* reſcribi debere. nunc in priore et lectione et interpretatione acquieſco.

καὶ οὓς ποτε λόγους αὐτὸς εἶπεν, εὐδοκιμήσας ἐν τῷ δήμῳ] Senſum expreſſi, qui diligenter cogitanti videbatur eſſe commodiſſimus. Sunt qui aliter longe accipiant, et *αὐτὸς* ad Lyſandrum referant: *εὐδοκιμήσας* autem, vertant *re bene geſta.* vt dicam libere quod ſentio, errant.

ἢ μεταξὺ καταλιπόντας] *Μεταξὺ* poſitum pro *μεταξὺ λέγων*, vel *λέγοντα*· aut etiam *λεγομένων*, vt in Luciani Philopſeude, *μεταξὺ λεγομένων ἀπιὼν, ᾠχόμην*.

5 *καὶ*

5 *καὶ ὡς ἐν ὑγρῷ ἐστιν ἡ γλῶττα*] A. Gellius de linguoſis iſtis, libro primo [c. 15], *Quorum lingua*, ait, *tam prodiga infreniſque ſit, vt fluat ſemper aeſtuetque colluvione verborum teterrima: quod genus homines a Graecis ſignificantiſſimo vocabulo λάλους appellatos.* Ibidem ait, importunos iſtos locutores *verbis humidis et lapſantibus diffluere.* quae vim verborum Theophraſti aptiſſime exprimunt. Perſius paullo aliter cum ait [Sat. 1, 104 ſ.], --- *ſumma delumbe ſaliua hoc natat in labris: et in vdo eſt Moenas et Attin.* Belle olim comicus qui dixit, *τοῖς γὰρ λάλοισιν ἐξ ἄκρου ἡ γλῶττα πᾶσίν ἐστι τετρυπημένη.* Porro quod lingua dicatur in humido eſſe, faceta quaedam videtur eſſe ratio, cur ex ea ſermones ſemper manent. nam ſemina in loco humido poſita, non poſſunt non germinare. Legimus in hieroglyphicis Aegyptiorum, hydriam illis aliquando linguam denotaſſe. cauſſam ita explicat Orus: *ὅτι διὰ παντὸς ἐν ὑγρῷ ὑπάρχουσαι ταύτην καὶ γενέτειραν τοῦ εἶναι καλοῦσι.*

τῶν χελιδόνων δόξειεν ἂν εἶναι λαλίστερος] Prouerbium eſt, *χελιδόνος λαλίστερος.* Eſt enim hirundo garrularum et *κωτιλῶν* auicularum: imo vero *λάλος μᾶλλον ἢ ἄλλη ὄρνις*, inquit Arrianus, libro primo. Alii tamen aliter prouerbium efferunt: vt *τέττιγος λαλίστερος·* ſicut apud Anacreontem: vel *τρυγόνος λαλίστερος*, vt notat Euſtathius [Il. ζ', p. 503]: vel etiam, *ἀηδόνος λαλίστερος.* quo alluſit Plautus Bacchidibus, initio. Alexis in Thraſone, --- *σοῦ δ' ἐγὼ λαλιστέραν οὐ πώποτ' εἶδον, οὔ τε κερκώπην γύναι, οὐ κίτταν, οὐκ ἀηδόν', οὐ τρυγόν', οὐ τέττιγα.* extat hic locus apud Athenaeum, libro quarto [c. 4], ſed mutilus. ita autem legendum vt ſcripſimus, ex membranis et veteribus grammaticis.

ὅταν αὐτὸν ἤδη καθεύδειν] Deprauatum hunc locum ita (ſed non niſi arbitrario iure) conſtituimus, *ὅταν αὐτὸν ἤδη καθεύδειν βουλόμενα κελεύει, λέγοντα ἄττα λαλεῖν τι ἡμῖν.* Eſt hoc garrulitatis cuiuſdam ſummae indi-

indicium, ſi paterſamilias ferat aequo animo rogari ſe a ſuis pueris, (ſiue de liberis accipias, ſiue de vernulis) vt ſibi ſomnum captantibus aſſideat, et fabellas narret: quo nimirum poſſit ipſis audientibus ſomnus obrepere. Enimuero vix dupondia nutrix alumni ſui paullo adultioris tales delicias ferat. Atqui proprium hoc tamen illarum eſt munus: idque cum faciunt βαυκαλίζειν, vel βαυκαλᾶν Graecis dicuntur. Heſychius, βαυκαλᾶν, καταкοιμίζειν, τιθηνεῖν, παιδία μετ' ᾠδῆς κοιμίζειν. dixerunt et βαυβᾶν pro eodem, vt et Euſtathius et Heſychius docent. cum tamen apud Latinos aliud longe ſit *baubari*, quod canibus proprie tribuitur. Hinc dictae καταβαυκαλίσεις *cantilenae nutricum*, quibus cantandis ſomnum pueris conciliant: apud Athenaeum libro XIIII. [c. 11]: item νηνύνιον pro eodem. vide Heſychium. *Naeniam* Latine poſſis dicere. veteres enim grammatici ad illud Horatii [3 od. 18] *Dicetur merito mox quoque naenia*, naeniam interpretantur carmen ſoporiferum et ſomnolentum. Arnobius libro VII. *ſomno occupari vt poſſint, lenes audiendae ſunt naeniae*. Apud Perſium [Sat. 3, 18] et ex Perſio Hieronymum, *lallare* pueri dicuntur quos nutrix καταβαυκαλᾷ. Sic apud Graecos quoque λάλα fuit παιδικὸν ἐπίφθεγμα, vt apud Lucianum in Philopſeude. Exemplum naeniae iſtiuſmodi habetur hoc in Theocriti Heracliſco, quod propter ſuauitatem ipſius non parcam aſcribere. Ibi igitur mater cunas mouens ita gemellos ſuos καταβαυκαλᾷ, Εὕδετ' ἐμὰ βρέφεα γλυκερὸν καὶ ἐγέρσιμον ὕπνον, Εὕδετ' ἐμὰ ψυχά, δύ' ἀδελφεώ, εὔσοα τέκνα, ὄλβιοι εὐνάζοισθε, καὶ ὄλβιοι ἀῶ ἵκοισθε. Meminere amplius harum cantilenarum, quibus vſae olim nutrices, Quintilianus lib. I. cap. X. Aelianus in hiſtoria Animalium, Tertullianus et Nonnus III. Dionyſiacorum. Vt redeam ad verba Theophraſti, vulgata lectio καθεύδειν βουλόμενον, de ipſo garrulo eſſet intelligenda; qui volens ire cubitum, occaſionem garriendi ſomno anteponat. Sed qui hanc ſcriptu-

ſcripturam tuentur, non animaduertunt ſequentia verba, ὅπως ἂν ἡμᾶς ὕπνος λάβῃ, quae noſtrae correctioni melius conueniunt.

λαλεῖν τι ἡμῖν] Debuerat dicere αὐτοῖς. ita enim poſtulabant praecedentia. Sed mutauit rationem orationis, ſicut ſaepe fit ab optimis ſcriptoribus. et eſt breuis quaſi προσωποποιΐας, vel μιμήσεως, ſpecies. Scholiaſtes Pindari, μετάςασιν τȣ̃ λόγου ſolet appellare: Longinus, λόγου μετάβασιν. eum vide.

AD CAPVT VIII

ΠΕΡΙ ΛΟΓΟΠΟΙΙΑΣ

Ἡ δὲ λογοποιΐα] Vide ad caput περὶ ἀδολεσχίας. Nos *famigerationem* Latine dicimus: et hominem, λογοποιὸν, *famigeratorem*, vt in Trinummo [1, 2. 182] Plautus. Is plane eſt quem vulgo appellamus *forgeur de nouuelles*. hoc eſt, nouorum rumorum, quos Demoſthenes λόγους ματαίȣς vocat, fictores, ſiue, vt cum Plauto dicam, *geruliſigulos*. Sane Impp. in extremo Codice *gerulum nuntiorum* appellant, qui noui aliquid nuntiat: iſti autem non nuntiant tantum, ſed etiam fingunt. quare ſi placet geruliſiguli dicantur. Ammianus Marcellinus *rumigerulos* nuncupat. Seneca *ſermones geſtare* dixit pro λογοποιεῖν, epiſtola CXXIII. *Peſſimum*, ait, *genus hominum videbatur qui verba geſtarent. Sunt quidam qui vitia geſtant.* Demoſthenes λόγȣς πλάττειν in Philippicis. Οἱ δὲ, inquit, λόγȣς πλάττοντες ἕκαςος περιερχόμεθα. Hoc porro genus hominum multum fuiſſe olim Athenis, certiſſimum eſt. eius enim rei teſtem habemus omni exceptione maiorem D. Lucam in Actis [c. 17, 21]. cui concinit, vt mox indicabimus, multis locis Demoſthenes, teſtis et ipſe locupletiſſimus. Notum eſt quod ſcribit Caeſar [B. G. 4, 5] de veteri-

veteribus Gallis ſuper hoc nouorum rumorum aucupio. ſed et Romanis vitium idem ſcriptores ipſorum obiiciunt: quorum princeps Iuuenalis, ſatyra VI. [407 ſſ.] de nobilibus mulieribus loquens: *Inſtantem*, ait, *regi Armenio, Parthoque cometen prima videt: famam, rumoreſque illa recentes excipit ad portas: quoſdam facit iſſe Niphaten in populos, magnoque illic cuncta arua teneri diluuio, nutare vrbes, ſubſidere terras, quocunque in triuio, cuicunque eſt obuia, narrat.*

καταβαλὼν τὸ ἦθος] Accipe hic τὸ ἦθος vt ſaepe apud Graecos, maxime apud Ariſtotelem, pro eo quod Latinis eſt *os* vel *vultus:* quam vocem cenſuit M. Tullius [de Segg. I, 9] Graece dici non poſſe. Illi ſane pro eo dicunt ſaepe ἦθος, aut τὸ ἐπὶ προσώπου ἦθος, vel τὸ ἐπιφαινόμενον ἦθος. Inde illa apud Ariſtotelem in Phyſiognomonicis [c. I] *κατὰ τὰ ἤθη φυσιογνωμονεῖν*, et *ἐκ τῶν ἐπιφαινομένων ἠθῶν*. Plutarchus in Alexandro magis proprie *τὰ περὶ τὴν ὄψιν εἴδη, οἷς ἐμφαίνεται τὸ ἦθος*. Suſpicor autem *μεταβαλὼν* legendum, non *καταβαλών*. Sic dixit Ariſtoteles in eodem eleganti libello, τὸ ἦθος τὸ ἐπὶ τȣ̃ προσώπου *μεταβαλεῖν*· quod paullo ante dixerat, *κατὰ χρόνȣς τινὰς τὰ ἤθη οὐ τὰ ἀυτὰ ἀλλ' ἑτέρων ἔχειν*. Contrarium eſt apud Plutarchum in Agide, *καθιςάναι τὸ πρόσωπον*· et in eiuſdem Demetrio *συνεςῶτι προσώπῳ προσιέναι*. Si cui magis arrideat vulgata lectio, *καταβαλὼν*, aut minima mutatione *καταβάλλων* τὸ ἦθος, erit, *mores ſuos et ingenium expromens.* id enim interdum eſt *καταβάλλειν*, *proferre in medium et prodere.* Inde *λόγον καταβάλλειν* apud Plutarchum in Fabio. Darius in epiſtola ad Heraclitum, Καταβέβληςαι λόγον γραπ]ὸν περὶ φύσεως. Scholiaſtes Pindari, *πολλαὶ περὶ τȣ̃ Κινύρου καταβέβληνται ἱςορίαι.* Sic apud Ariſtotelem, *πολλοὶ καταβέβληνται λόγοι.* Quid ſi tamen *καταβαλὼν* τὸ ἦθος exponamus, *demiſſo vultu:* hoc eſt ad ſeueritatem de indu-

induſtria compoſito. quod qui faciunt, oculos deiiciunt. atque id proprie eſt *καταβάλλειν*.

καὶ ἐπιβαλὼν ἐρωτᾶν] Varie exponi poteſt hic locus: eſtque ſimilis illi Lucae in actis [immo Marci c. 14, 72] de Petro, *καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε*. de quo lege Theophylactum.

μὴ λέγεταί τι καινότερον] Diuus Lucas, Actorum capite XVII. [21] *Ἀθηναῖοι δὲ πάντες, καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαίρουν ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον*. Hanc leuitatem ſuis ciuibus ſaepe exprobrat Demoſthenes. In ea oratione qua reſpondet epiſtolae Philippi, Ἡμεῖς δὲ, inquit, *εἰρήσεται γὰρ τ' ἀληθὲς, οὐδὲν ποιοῦντες ἐνθάδε καθήμεθα, μέλλοντες ἀεὶ, καὶ ψηφιζόμενοι, καὶ πυνθανόμενοι κατὰ τὴν ἀγορὰν, εἴτι λέγεται νεωτέρον*. Similis querela in ſecunda Olynthiaca: item in tertia. Plutarchus Περὶ *πολυπραγμοσύνης*, Οἱ *δὲ πολυπράγμονες φεύγοντες τὴν ἀγροικίαν, εἰς τὸ βῆμα καὶ τὴν ἀγορὰν καὶ τοὺς λιμένας ὠθοῦνται*, Μήτι *καινόν*; etc.

εὐωχήσειν καινῶν λόγων] Vſitatius, *καινοῖς λόγοις*, vt apud Athenaeum in ſexto, et Maximum Tyrium, atque alios: verum ita magis Atticum. Plato De republica, libro primo, Εὐώχου *τοῦ λόγου, ἔφη, θαῤῥῶν*. ſic *ἑστιᾶν καινῶν λόγων καὶ σκέψεων*, initio noni eiuſdem operis. et cum tertio caſu ſimiliter, *αἱμορφύρτοις ἑστιώμενος μάχαις*, apud Lycophronem de Marte. Affinis locutio cui reſpondet *φαγεῖν ῥήματα* apud Ariſtophanem in Gerytade, vt in Aulularia [3, 6. 1] Plauti *comedere ſermonem*. et *τὰ λεγόμενα καταπίνειν*, quod vulgo ſolitum dici ait Chryſippus apud Galenum, libro tertio De dogmate Hippo. et Plat. et alia id genus multa.

καὶ ἔστιν αὐτῷ ἢ στρατιώτης] Hic eſt mos mentientium, vt falſiloquiis ſuis, vel iureiurando fidem adſtruant, vel teſtium quos nemo requirit, laudatione, vel circunſtantiarum adiectione. Quintilianus declamatione XVIII. *Neceſſe eſt contentioſius loquaris quod probare non poſſis:*

poſſis: et affirmationem ſumit ex homine, quicquid non habet ex veritate. Eleganter Aeſchines de Demoſthene loquens, Περὶ παραπρεσβείας· Ἡγεῖται δὲ, inquit, ὅταν τι ψεύδηται, τῶν λόγων, ὅρκος κατὰ τῶν ἀναισχύντων ὀφθαλμῶν· καὶ τὰ μὴ γεγενημένα οὐ μόνον ὡς ἔςι λέγει· ἀλλὰ καὶ τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ φησὶ γενέσθαι. καὶ προστίθησι τινὸς ὄνομα πλασάμενος ὃς ἔτυχε παρὼν, μιμούμενος τοὺς τ' ἀληθῆ λέγοντας. Sic ſcribendus eſt locus hic Aeſchinis elegantiſſimus: quo cum eſſe nihil queat apertius, miror, interpretem doctiſſ. tam infeliciter hic eſſe verſatum. Tale illud etiam capite vltimo, καὶ προστιθεὶς πιθανὰ ἑκάςοις τούτων ὀνόματα.

Λύκων ὁ ἐργολάβος] Puto ea aetate notum magis, quam nobilem, Athenis fuiſſe Lyconem iſtum: qui vel manceps erat et redemptor certarum rerum publico praeſtandarum: vel ſimpliciter artifex operas locare ſolitus. nam interdum ἐργολάβος eſt relatum, τοῦ ἐργοδότης. et ſignificat idem ac χειροτέχνης. Artemidorus libro primo ἀνδρὶ χειροτέχνῃ ἀγαθόν· πολλῶν γὰρ ἀκούσεται ἐργοδοτῶν.

2 αἱ μὲν οὖν ἀναφοραὶ τῶν λόγων τοιαῦταί εἰσι] Λόγων ἀναφορὰ eſt auctoris laudatio, a quo te audiuiſſe dicas. id enim eſt ἀναφέρειν. Plato in Apologia, εἰς ἀξιόχρεων τὸν λέγοντα ἀνοίσω. Alio ſenſu vtitur hac voce idem Theophraſtus, in libello De odoribus, cum ait, ἐν ἀμφοῖν δὲ δῆλον ὡς ἀεὶ πρὸς τὸ βέλτιον καὶ τέλειον ἡ ἡμῖν ἡ ἀναφορά· πᾶσα γὰρ τέχνη ςοχάζεται τούτων. Sic emendamus hunc locum in vulgatis codicibus deprauatum, neque a magno Turnebo reſtitutum. Quis neſcit vel tantillum in philoſophia Ariſtotelis et Theophraſti verſatus, bonis artibus finem duplicem eſſe propoſitum, vt vel emendent naturae peccata, vel inchoatam illam et imperfectam adiuuent, atque perficiant?

ὧν οὐδεὶς ἂν ἔχοι ἐπιλαθέσθαι] Hoc eſt, *quorum nomina nemini poſſint excidiſſe*, vel, *eſſe incognita.* Haec ſententia ferri poteſt. mihi tamen magis probabatur

ἐπιλα-

ἐπιλαβέσθαι, quod ſignificat *coarguere* et *reprehendere.* Herodotus libro II. ἐπελαμβάνετο ἡ μήτηρ τοῦ παιδός. Francoceltae, *ſe prendre à quelcun.* Igitur mens erit, ſolere τὸν λογοποιὸν, eiuſmodi auctores eorum quae dicat laudare, quibuſcum agere nemo poſſit, qui velit ipſos mendacii conuincere. Quomodo autem? quia vel fingit penitus ſuos auctores, vel ad quoſdam refert ita ignobiles et paucis notos, vt et ſi nomen ſcias, tamen ἔργον ſit eos reperire. Sane nihil aeque reformidant famigeratores iſti, quam ne vſque ab ſtirpe exquiratur auctoritas, vnde quicque auditum dicant. quare hoc ne fieri poſſit, cauere diligenter ſolent. Aeſchines: οἱ ἀλαζόνες ὅταν τὶ ψεύδονται, ἀόριστα καὶ ἀσαφῆ πειρῶνται λέγειν, φοβούμενοι τὸν ἔλεγχον. appellat orator ἀλαζόνας, homines mendaces et vanos. ſic enim Athenienſes eam vocem vſurpabant, vt notat ſcholiaſtes Ariſtophanis: et ἀλαζονεύεσθαι eiſdem eſt *mentiri.*

ὡς Πολυσπέρχων καὶ ὁ βασιλεὺς] Etiam hic meminiſſe lectorem velim eius quod alibi diximus: quaecunque libro continentur, ea non ficta eſſe ab auctore exempla: ſed e vita quotidiana deſumpta: et ex iis quae vere facta dictane eſſent, hunc librum eſſe concinnatum. Hoc poſito iam pene annum illum inuenimus quo liber iſte a Theophraſto eſt ſcriptus. Non enim dubitare debemus exempla illa falſorum rumorum, quae hoc capite habentur, illis temporibus eſſe accommodata, quibus haec ſcribebantur. Quare ſtatuamus audacter, non longe ab Olympiade decimaquinta haec ſcripta fuiſſe: quando neceſſe omnino eſt vt falſus hic rumor, qui iſtis verbis continetur, ſub finem eius Olympiadis fictus, et per Athenas ſparſus ac diſſeminatus fuerit. Referendum enim iſtud eſt ad breue illud tempus quo Polyſperchon regnum Macedoniae, tanquam tutor regiae ſobolis, adminiſtrauit. Functus eſt eo munere primus poſt obitum Alexandri, Perdiccas: deinde Pitho et Arridaeus, cum in Aegypto Perdiccas periiſſet:

poſtea ad Antipatrum ea cura eſt delata, coactis Pithone et Arridaeo ſeſe adminiſtratione omni abdicare. Tandem poſt Antipatri obitum, et cura illa ſiue tutela, et totius regni Macedonici ſumma ad Polyſperchontem ex ordinatione Antipatri morientis peruenit: non ſine magna Caſandri, qui fuit Antipatri filius, indignatione. vnde illae tantae inter ipſum et Polyſperchontem inimicitiae: nec inimicitiae ſolum, ſed bella etiam ſaeuiſſima: de quibus habes apud Iuſtinum, Oroſium, imprimis vero Diodorum, libro duodeuigeſimo.

καὶ ὁ βασιλεὺς] Arridaeus, Alexandri magni frater, homo *εὐήθης*, nec minus tutoris quam liberi Alexandri indigens. Regnauit in Macedonia annos ſex et menſes aliquot, eſtque de patris nomine, Philippus appellatus. De eodem accipienda, quae Plutarchus narrat in Phocione extremo.

καὶ πάντα συμφωνεῖν] Scribendum, *πάντας συμφωνεῖν*.

καὶ πολλὺν τὸν ζωμὸν γεγονέναι] Haec eſt lectio quae in veteribus membranis reperitur, vt docti homines teſtantur. at in recentioribus libris eſt *φόνον* pro *ζωμόν*. Valeat vero hic vetus dictum, *Quod antiquius, id melius*. Vera enim lectio et germana eſt *ζωμὸν* non *φόνον*. Eſt autem translatio, e triuio quidem, imo e culina petita: ſed quae illi non male conueniat, cuius hic ſuſtinet auctor perſonam: addo etiam quae ſordida ſit potius quam inepta. rem enim ipſam apte ſic ſatis exprimit. Sic dixit Latinus comicus, *fartum facere ex hoſtibus*: translatione e culina itidem petita. vnde et *μαγειρεύειν* manauit, quo veteres vſi pro *occidere*, teſte B. Hieronymo. Affine eſt apud Euripidem in Rheſo [v. 430], *πέλανος αἱματηρός*, *libum*, vel *placenta ſanguinolenta*, de ſtrage magna hoſtium: et apud Ariſtophanem *περίκομμα ποιεῖν ἐκ τινός*. Amat Theophraſtus, ſicut et comici, eorum quos loquentes introducit, ineptias et inelegantes elegantias retinere. Profecto niſi

ego

ego vehementiſſime fallor, vox ζωμὸς, non eſt imperiti librarii partus, ſed ingenuus αὐτοῦ τοῦ ποιητοῦ. Idem ſentio de voce κλάδος capite περὶ μικροφιλοτιμίας.

τῶν ἐν τοῖς πρ.] Demoſthenes etiam τοὺς ἐπὶ τοῖς πράγμασι pro *magiſtratibus* interdum dicit: vel ἐν τοῖς π. nam vtrunque vſurpat.

3 καὶ πάντα διεξιὼν] Malim καὶ ταῦτα δ. emendauimus autem quae ſequuntur: et illud πῶς οἴεσθε, interrogatiue, διὰ μέσου legimus, vt paſſim apud Atticos. cui ſimile eſt πῶς δοκεῖς. quod et ipſum ſolet venuſte interiici. Exempla paſſim obuia: vt mirum ſit offendiſſe in tam plana via, et tam clara luce, doctos homines. Eſt tamen vbi aliter haec verba collocentur. Themiſtius oratione nona, δι' αἰσχύνην πρoΐενται πολλάκις τὸν βίον· πῶς οἴει θρηνοῦσι τὴν ἀβουλίαν; πῶς οἴει στένουσι τὴν γοητείαν; atque hoc minus eſt vſitatum.

πιθανῶς σχετλιάζει] Scitum eſt enim illud Demoſthenis apud Plutarchum, Μέγα πρὸς πίστιν ὁ τόνος καὶ ἡ ὑπόκρισις τῶν λεγόντων *Plurimum ad fidem momenti habet vocis tenor, et ipſa dicentis actio.* neque hoc praetermittunt dicendi magiſtri. Perſius [Sat. 1, 91], *Plorabit qui me volet incuruaſſe querela.*

ἐνθυμῇ τὸ τῆς τύχης] Interpretes videntur ἐνθυμοῦ legiſſe. ſed ſi ἐνθυμῇ interrogatiue legas, nihil erit cur haec lectio mutetur. Plautinus Hegio Capteiueis [2, 2. 54], *Sed viden? Fortuna humana fingit, artatque vt lubet.* Notum eſt illud Sophoclis, Τύχη γὰρ ὀρθοῖ, καὶ τύχη καταῤῥέπει. et Terentii [Hec. 3, 3. 46] *O fortuna, vt nunquam perpetuo es bona!*

ἀλλ' οὐκ ἰσχυρὸς γενόμενος] Lego, ἰσχυρός γε γενόμενος. Eſt ſimile illi apud Sophoclem, Οἵας λατρείας, ἀνθ' ὅσου ζήλου τρέφει. et Naſonis, *Cernite ſim qualis, qui modo talis eram.* Valet hic locus ad excitandam miſericordiam mirum quantum. nihil enim eſt tam miſerabile quam ex beato miſer. Marcus Tullius De inventione primo, *Primus locus eſt miſericordiae, per quem,*

quem, quibus in bonis fuerit, et nunc quibus in malis ſit, oſtenditur. Graeci magiſtri ἐκ τῶν ἐναντίων αὔξησιν vocant, et eſſe μέγιστον τόπον αὐξήσεως docent. Tale illud in Menaechmis [5, 2. 121 f.], *Heu hercle morbum acrem ac durum! dii veſtram fidem, vel hic qui inſanit, quam valuit paullo prius!* Cicero exul Attico *Poſſum obliuiſci qui fuerim, non ſentire qui ſim?* Graeci hoc ſolent dicere, ἐξ οἵων εἰς οἷα, quod alibi monebamus. Baſilius magnus loquens de inuidia: καὶ εὐθυμοῦντι μὲν οὐ συνευφραίνεται, ὀδυρομένῳ δὲ συνδακρύει, καὶ τὴν μεταβολὴν τοῦ βίου ἐξ οἵων εἰς οἷα μεταπέπτωκε κατοικτίζεται. et ſic alibi vir ille ſanctiſſimus non ſemel. Apud Ariſtotelem tamen in Rhetoricis [1, 9. 45] Iphicrates dicens ἐξ οἵων εἰς οἷα contrarium potius ſignificabat. non enim miſericordiam iis verbis captabat: ſed laudes ſuas amplificabat, vt idem philoſophus alio loco eiuſdem operis declarat. quod hic obiter dixiſſe liceat.

4 τί ποτε βούλονται λογοποιοῦντες] Cum omnia noſtra dicta factaque ad certum aliquem finem referri debeant, miror, inquit Theophraſtus, quid ſit illud quo tendant οἱ λογοποιοῦντες. eſt autem nullus, honeſtus quidem, finis ipſis propoſitus. ideo Demoſthenes, ἀνοητότατοι, inquit, οἱ λογοποιοῦντες. veriſſime et prudentiſſime. Tales enim ſunt omnino illi λογοποιοὶ, de quibus loquitur hic Theophraſtus, et qui proprie ſic dicuntur. Nam quibus λογοποιΐα teli inſtar eſt ad aliquid efficiendum: ii iam λογοποιοὶ proprie dici non poſſunt, neque ſine carere. Summos duces hoc vaframento ſaepe vſos legimus, vt didito aliquo rumore falſo, et a ſe confícto, victoriam de hoſtibus reportarent. Vtuntur aliquando et mercatores ſimili fraude. Quare ait Lyſias fieri ſolitum ſaepius Athenis, vt ſitonae, quo impunitius annonam flagellarent, falſa quaedam comminiſcerentur, et in vulgus ſpargerent. οὕτω δὲ ἄσμενοι, ait, τὰς συμφορὰς τὰς ὑμετέρας ὁρῶσιν, ὥστε τὰς μὲν πρότεροι τῶν ἄλλων πυνθάνονται, τὰς δ᾽ οὗτοι λογο-

ποιοῦσιν·

ποιοῦσιν· ἢ τὰς ναῦς ἐφθάρθαι τὰς ἐν τῷ Πόντῳ, ἢ ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἐκπιεσθέντας συνειλῆφθαι, ἢ τὰ ἐμπύρια κεκλεῖσθαι, ἢ τὰς σπονδὰς μέλλειν ἀποῤῥηθήσεσθαι. De iſtis, et his ſimilibus non ſentit Theophraſtus.

ἀλυσιτελῶς ἀπαλλάττουσι] Non ſolum ἀλυσιτελῶς, ſed etiam, vt arbitror, κινδυνωδῶς. Exiſtimo enim fuiſſe nonnunquam Athenis in homines λογοποιοὺς publice animaduerſum. Indicant non obſcure Plutarchi illa in extremo Nicia de eo qui primus per vrbem diffudit cladis Siculae nuncium. ὡς δὲ, inquit, ἐρωτώμενος παρ' οὗ πύθοιτο, σαφὲς οὐδὲν εἶχε φράζειν, δόξας λογοποιὸς εἶναι, καὶ ταράττειν τὴν πόλιν, εἰς τὸν τροχὸν καταδεθεὶς, ἐστρεβλοῦτο πολὺν χρόνον.

περιστάσεις ποιούμενοι] Sic ſupra, περιΐστασθαι τοὺς ὄχλους, in περὶ ἀπονοίας. Inde dicuntur περίστατοι, qui corona hominum cinguntur. vt apud Iſocratem θαυματοποιίαι περίστατοι. Etymologici auctor, περίστατοι, περίβλεπτοι. ἐφ' οἷς ἂν τις σταίη βουλόμενος θεάσασθαι. Caeterum obſerua mihi iſto loco ſtultam huius hominis temeritatem: qui vt vitio naturae ſuae obſequatur, coetum et concurſum facere non veretur. Atqui conſtat, legem Athenis fuiſſe quae poenam capitis in eos ſtatuebat, qui hominum turbam ad ſe conuocaſſent. Auctor Seneca pater, quem vide libro III, Controuerſiarum, VIII. Hanc etiam puto cauſſam eſſe, cur et hic et in ſimili loco, capite περὶ ἀπονοίας, tam cito diſſipetur qui conuenerat globus hominum.

τὰ ἱμάτια ἀποβεβλήκασι] Furto nimirum ſubrepta, a furibus balneariis: a quibus olim ne tum quidem recte caueri poterat, cum maxime cauebatur. tam multi erant, tam improbi. Propterea coacti veteres ſeruos habere qui veſtes in balneis ſeruarent: Graeci ἱματιοφύλακας vocant, Latini *capſarios*, vt apud Paulum Iuriſconſultum. Morte plectebantur apud Athenienſes fures balnearii, ſi rei furtinae aeſtimatio erat ὑπὲρ δέκα

 δραχμὰς,

δραχμάς, ait Demoſthenes contra Timocratem. vide Ariſtotelis Problemata [S. 29 qu. 14] et Iuriſconſultos.

πεζομαχία καὶ ναυμαχία νικῶντες] Hoc eſt, νίκας λέγοντες καὶ διηγούμενοι. ſicut apud Ariſtotelem multis locis, οἱ γεννῶντες τὸν οὐρανὸν, pro eo quod eſt οἱ λέγοντες τὸν οὐρανὸν εἶναι γεννητόν. Poëtis haec figura dicendi admodum familiaris. vt cum dicitur Lycophroni Capaneus Thebarum muros στερρᾷ δικέλλῃ βουσκαφῆσαι, *valido ligone ſubruiſſe*, hoc eſt, prorupiſſe ad ſubruendum. nam ille quidem nihil quicquam effecit. Simili elegantia dixit Liuius libro XXXXIIII. [c. 22] *In omnibus circulis, atque etiam, ſi diis placet, in conuiviis ſunt, qui exercitus in Macedoniam ducant.* Ita etiam dicuntur hiſtorici eos occidere quorum caedem narrant. quale illud eſt elegantiſſime dictum a Plutarcho de Cteſia, qui Cyri interitum longa verborum ambage narrauerat, et quaſi fabulam in varios actus diſtraxerat. Τοιοῦτος μὲν, inquit, ὁ Κτησίου λόγος, ὥ καθάπερ ἀμβλεῖ ξιφιδίῳ, μόλις ἀναιρῶν τὸν ἄνθρωπον ἀνήρηκε. Plane miror lapſos hic eſſe doctos homines tam foede. nam quis adeo in litteris hoſpes et peregrinus, cui non ſint hoc loquendi genere tritae aures?

ἐρήμους δίκας ὠφλήκασι] Hoc ipſum notat Horatius in deſcriptione garruli [1 Sat. 9, 36 ſ.] --- *caſu tunc reſpondere vadato debebat, quod ni feciſſet, perdere litem.* nam ille mauult perdere litem quam Horatium relinquere. Fuit autem eremodicii poena apud Athenienſes grauiſſima. nam ſi reus qui iudicio non ſtiterat, abſentiam ſuam excuſare non poſſet, neque ad purgandam moram diem aduerſario diceret (quod ἀντιλαχεῖν vel ἀντιγράφειν τὴν μὴ οὖσαν, vocabatur, et intra decem dies erat praeſtandum) mille drachmae aduerſario ſolvendae erant. quod ſi idem fruſtrari pergeret, locus erat τῇ ἐξούλης δίκῃ, vel potius γραφῇ, et multa publico pendenda.

εἰσὶ

εἰσὶ δ' οἳ καὶ πλεῖστοι λόγῳ κατὰ κράτος αἱροῦντες, παρεδειπνήθησαν] Quid *αἱροῦντες*? dicat aliquis intelligi extrinſecus *χωρία* vel *πόλεις*. Logi: et quidem Siculi, non Attici. Locus tranſpoſitione literarum corruptus: atque id iam olim. nam Palatinorum codicum lectio nihil edita melior eſt. Scribendum aio, *εἰσὶ δ' οἳ καὶ πόλεις λόγῳ κατὰ κράτος αἱροῦντες*. Sic Plautus Milite [immo Bacch. 4, 9. 42 ſ.] *Poſtea cum magnifico milite, vrbes verbis qui inermis capit, conflixi.* Falluntur qui aliter futuram orationem Graecam putant. Hoc primum. iam illud *κατὰ κράτος αἱρεῖν πόλιν*, eſt proprie quod ait Saluſtius, *vi pugnandoque capere.* nos Francoceltae, *'d' aſſaut.* Apud Plutarchum in Catone Vticenſi, *πόλις οὐ κατάκρας ἁλώσιμος, vrbs quae munitior eſt, quam vt capi inuaſione murorum poſſit.* Heſychius, *κατάκρας ἑλεῖν, τὸ ἐξ ἐφόδου, καὶ τὸ αἰφνίδιον.* Deinde *παραδειπνηθῆναι* non eſt, vt vulgo putant, *domi coenare:* quod Martialis [lib. 12 epigr. 78] dixit eleganter, *affici domicoenio:* non: ſed *coenam perdere.* Verbum eſt elegans et comicum: quod de eo dicitur, quo abſente, vel praeſente quidem, ſed in garriendo occupato, coena comeſa eſt, et funus factum prandio, vt cum Peniculo Plautino [Menaech. 3, 2. 27], qui hanc calamitatem paſſus erat, loquar. Amphis vetus comicus vſus hoc vocabulo, vt notatum olim a doctiſſimo Athenaeo, libro decimo [c. 6]. ſic ille, *Παραδεδειπνημένος δὲ εἴρηκεν Ἄμφις ἐν Πλάνῳ οὕτως, Παραδεδειπνημένος, παῖδες, πάλαι.* Hodie in editis Athenaei codicibus nullum fere eius obſeruationis apparet veſtigium. nos hunc quoque locum cum aliis infinitis ex veteribus membranis emendauimus. Nae ille auctor eruditiſſimus multum aliquando nobis debiturus eſt, ſi dederit deus, vt quae in illum molimur, et pridem orſi ſumus, perficere et detexere queamus. Affine eſt apud eundem Athenaeum *παροψωνεῖν.*

.AD CAPVT VIIII

ΠΕΡΙ ΑΝΑΙΣΧΥΝΤΙΑΣ

Ἡ δὲ ἀναισχυντία ἐςὶ καταφρόνησις δόξης αἰσχροῦ ἕνεκα κέρδυς] Ariſtoteles in Nicomacheis, pudorem definiri ait, φόβον τινὰ ἀδοξίας· et ἀναισχυντίαν eſſe τὸ μὴ αἰδεῖσθαι τὰ αἰσχρὰ πράττειν. nec multo ſecus in ſecundo Rhetoricorum [c. 6, 2]. Theophraſtus adiicit hoc amplius, αἰσχροῦ ἕνεκα κέρδυς· non quo non ſint aliae occaſiones cur impudens ſit aliquis, ſed quia haec maxime vulgaris et quam plurimis communis. Vulgus enim hominum rumorem parui faciunt, dum ſit rumen qui impleant. veriſſimeque ſummus vates Pindarus, αἰδὼς, ait, ὑπόκρυφα κέρδει κλέπτεται. Plato in Ὅροις, ita: Ἀναισχυντία, ἕξις ψυχῆς ὑπομονητικὴ ἀδοξίας, ἕνεκα κέρδυς. vide eiuſdem Hipparchum.

ὃν ἀποςερεῖ] Cuius propterea conſpectum, ſi micam pudoris haberet, quam longiſſime fugere debuit. Scite et huic loco conuenientiſſime Euſtathius ad Iliadis ῥαψ. ί, [v. 372] ἀναιδείας eſt χαρακτὴρ, τῷ τλῆναι τὸν ἀδικητὴν ἀντιβλέψαι ἀσκαρδαμύκτως τὸν ἀδικηθέντα. Propterea illo loco de Agamemnone ait Achilles, --- ὐδ' ἂν ἐμοίγε τετλαίη κυνεός περ ἐὼν εἰς ὦπα ἰδέσθαι.

προσκαλεσάμενος τὸν ἀκόλυθον, δῦναι ἀπὸ τῆς τραπέζης] Moris fuit veteribus cum ad conuiuium irent, ſeruum aliquem ſecum adducere, qui hero prandenti pone aſtaret, vel ad pedes, eique praeſto eſſet, ſi quid ille imperare vellet. Latini hos ſeruos vocant, *a pedibus*, vel *ad pedes*. Solebant autem illis apophoreta a dominis tradi. Athenaeus initio quarti, Καὶ ἕκαςος λαβὼν σὺν αὐτῷ πίνακι, τοῖς κατόπιν διεδίδου παισίν. mendoſe enim ibi hodie πᾶσι legunt, et interpretantur. ſic ibidem mox, ἐπεδώκαμεν καὶ ταῦτα τοῖς δύλοις.

ὄλλοις. Lucianus Περὶ αἱρέσεων, de philoſopho qui e conuiuio domum redierat, ἀριθμῷ παρέλαβε τὰ κρέα ὅσα τῷ παιδὶ κατόπιν ἑςῶτι παραδεδώκει. Alias autem volente et auctore domino conuiuii haec auferebantur: vt in Cleopatrae conuiuio quod Plutarchus et Athenaeus [4, 2] deſcribunt: et in eo Carani, apud Athenaeum quarti initio: et omnino in omnibus ſplendidioribus epulis. alias non tam vidente eo aut volente, quam vel conniuente, vel inſcio: quod recte hic Theophraſtus inter hominis impudentis notas numerat. Lucillius libro ſecundo epido epigrammatum Graecorum, titulo In gluttones, Καὶ τρώγεις ὅσα πέντε λύκοι Γάμε, καὶ τὰ περισσὰ Οὐ τὰ σὰ, τῶν δὲ πέριξ, πάντα δίδως ὀπίσω. Martialis [lib. 3 epigr. 23], *Omnia cum retro pueris obſonia tradas, cur non menſa tibi ponitur a pedibus?* Lucianus quoque in Lapithis, ſiue moroſophorum conuiuio, ὁρᾷς ὅσα τῷ παιδὶ κατόπιν ἑςῶτι ὀρέγει, λανθάνειν οἰόμενος τὰς ἄλλας, ἀ μεμνημένος τῶν μετ' αὐτόν. loquitur de guloſo quodam qui delibans ex iis quae menſae erant appoſita, gratiſſima quaeque, clam aliis, vt ſibi quidem videbatur, puero ſtanti a tergo omnia porrigebat. At is quem Theophraſtus hic deſcribit, cautior eſt atque ingenioſior. palam enim puero ſuo tradit quae vult auferri, ſimulans ſe non ea fini dare, vt domum ad ſe ille ferat, ſed vt iis ipſe veſcatur: in quo minor erat inuidia. Ideo etiam τίμιον eum appellat: quaſi ſcilicet, non puerum ſuum et famulum alloqueretur: ſed honeſtum aliquem virum, quem pro iure amicitiae ſecum adduxiſſet. nam id quoque fieri ſolebat. atque hi ſunt quos *vmbras* vulgo vocarunt, et ex Plutarcho [Sympoſ. 7 probl. 6], Athenaeo, et Latinis ſcriptoribus notum eſt. Horatius [1 ep. 5, 28], --- *locus eſt vel pluribus vmbris.*

εὐωχοῦ τίμιε] Τίμιε, hoc eſt, *Domine.* nam vt olim apud Romanos, ſuperiores dignitate ab inferioribus *domini* in congreſſionibus ſalutabantur: ſic apud veteres

Atticos τίμιοι. declarat manifeſto Theophraſti hic locus. ſed et Euripides quoque Supplicibus [v. 552] - - πρὸς τε γὰρ τοῦ δυςυχοῦς ὃς εὐτυχήσει τίμιος γεραίρεται. et in Hecuba ait idem poëta, pleroſque homines inſoleſcere: alium propter opes; alium ἐν πολίταις τίμιον κεκλημένον. hoc eſt, *quod dominus vulgo ſalutetur.* Poſtea Romanos imitati ſunt Graeci, et ſeſe inuicem ſalutarunt δεσπότας καὶ κυρίους· quae vox deinde in κῦρος degenerauit. nam ita citimae aetatis ſcriptores. Porro τίμιος eſt vir honeſtus, quae vox apud Latinos ſaepe non ad mores refertur, ſed ad dignationem et auctoritatem. Cicero ad Tironem: *Nauigabis cum boneſto aliquo homine, cuius auctoritate nauicularius moueatur.*

2 εἴ τι χρήσιμον αὐτῷ γέγονε] Locus leuiter corruptus. ſcribendum enim χρήσιμος. quomodo et legitur in quibuſdam codicibus: et ratio omnino poſtulat, imo flagitat. χρήσιμος εἶναι τινὶ, eſt *bene de aliquo mereri.* Ariſtoteles in ſeptimo Eudemiorum, Διὸ καὶ οἱ ἐκείνως οἰόμενοι, ἐγκαλοῦσιν, ἐὰν μὴ ὁμοίως εἰσὶ χρήσιμοι καὶ εὖ ποιῶσι. *Qui amicitiam*, inquit, *vtilitate metiuntur, de amicis conqueri ſolent, ſi minus beneficiorum ab iis acceperunt, quam ipſi in eos contulerint.* Alciphron in epiſtolis, καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐν οἷς αὐτῇ χρησίμη γέγονα, οὐκ ὀνειδίζω. Inde χρηςότης habitus ille dicitur, per quem propenſi ſumus ad bene omnibus faciendum. Andronicus definit ita, χρηςότης, ἕξις ἑκουσίως εὖ ποιητική.

μάλιςα μὲν κρέας, εἰ δὲ μὴ, ὅσον εἰς τὸν ζυγὸν ἐμβαλεῖν] Vt hoc ſit auctarium quoddam, vel ſuprapondium. Latini veteres *mantiſam* vocabant. Lucillius, *--- mantiſa obſonia vincit.* Graeci ἐπίδοσιν, vt Polybius apud Athenaeum lib. VIII. initio.

καὶ ξένοις δὲ αὐτοῦ κρέα ἀγοράσας] Semper iudicauimus vocem κρέα eſſe corruptam: ac cum θέαν ex coniectura emendaſſemus, poſtea animaduertimus hanc etiam antiquorum manuſcriptorum lectionem. Quare nihil

nihil certius quam ita eſſe legendum. Quid eſſet apud Athenienſes θέαν ἀγοράζειν· (Plutarchus pro eo dixit θεωρητήρια ἐκμισθῶν in Gracchis) quid item θέαν καταλαμβάνειν, neminem puto eſſe qui ignoret. vide infra ad caput περὶ βδελυρίας. Iam vero nemini dubium eſt, quin ex vicinis populis magna frequentia Athenas ventitaret ad ludos ſpectandos. quae turba omnis fere ex veteri more apud amicos quibuſcum ius hoſpitii eſſet, diuertebat. ideo ait, τοῖς ξένοις αὐτῶ.

ἄγειν δὲ καὶ τοὺς εἰς τὴν ὑστερ.] Lego, ἄγειν δὲ καὶ τοὺς υἱὼς εἰς τὴν ὑστεραίαν. Librarii vocum affinium τοὺς et υἱοὺς alteram omiſerunt. Senſus eſt, Solitum impudentem iſtum quando cum redemtoribus theatri paciſcitur de loco ad ſpectandum pro ſuis hoſpitibus, etiam ſibi et ſuis domeſticis conſulere. Quomodo autem? de alieno nempe largiendo, fraudemque iis faciendo, pro quibus apud theatropolas intercedit. ſic fit, vt cum aliis omnibus pretio emta ſit ſedes in theatro, ipſe gratis ſpectet: nec ipſe tantum; ſed et liberi eius; et qui eos ſequitur paedagogus. ſimiles ſordes infra in deſcriptione τῶ βδελυροῦ. Erant autem pleraque feſta (quo tempore maxime ſpectacula exhiberi ſolita) plurium dierum: vt mirari nemo debeat, quod ait εἰς τὴν ὑστεραίαν. quod et ipſum plenum eſt venuſtatis Atticae. eſt enim pro τῇ ὑστεραίᾳ. Omnino conſtanter affirmamus hanc eſſe elegantiſſimi iſtius loci ſententiam: prorſuſque deſiderari vocem υἱούς. quod vel ſequens mentio paedagogi euincit. nam adoleſcentes ſuis paedagogis comitati in theatrum veniebant. Suetonium lege in Auguſto, capite XXXXIIII.

3 καὶ ταῦτα χρήσαντας] Ita eſt legendum. χρήσαντας inquam, non χρήσαντάς, quaſi eſſet a χρήζειν. Etiamne haec minuta viros doctos ſefelliſſe?

δεινὸς δὲ πρὸς τὰ χαλκεῖα τὰ ἐν τῷ βαλαν] Pollux χαλκεῖα recenſet inter inſtrumenta balnei. Sunt autem χαλκεῖα ſiue aëna, vaſa magna et oris vaſti, in quibus

aqua balneorum calefiebat: ſicuti in fundi inſtrumento Paulus Iuriſconſultus aëna numerat, in quibus aqua ad potandum calefit. Sed in aënis balneorum puto etiam oleum fuiſſe calefactum, et ita hic accipiendum videtur. Elegans eſt apud Stobaeum veteris ſcriptoris Teletis locus, vbi horum χαλκείων eſt mentio: quem ego, etſi deprauatus eſt, adſcribam. Loquitur ibi de homine Cynicae ſectae. Εἰ ἀλείψαϑαι χρείαν ἔχοι, εἰσελϑὼν εἰς τὸ βαλανεῖον, τῷ γλοιῷ ἠλείψατο. καὶ βαδίσας ἐνίοτε πρὸς τὴν κάμινον ἃ τὰ χαλκεῖα, τῶν μὲν εἰδῶν * ἀποπυρὴν ποιήσας, περιχέας ἂν ἐλάδιον, καϑίσας ἠρίστησε. *Si foret*, inquit, *vngi opus*, *balneum ingreſſus*, *ſtrigmentis olei corpus vngebatur. nonnunquam etiam ad fornacem illam accedebat vbi ſunt aëna, et .... cum ſe oleo pauxillo perfudiſſet, ſedens prandebat.* Vitruuius in balnearum fabrica tria aëna ſuper hypocauſtum vult componi, vnum caldarium, alterum tepidarium, tertium frigidarium. *Aëna* appellat ille, non τὰ χαλκεῖα tantum: ſed etiam quas Plinius iunior in ea epiſtola qua Tuſculanum ſuum deſcripſit [lib. 5 ep. 6], *cellas* nuncupat, et tres pariter commemorat, frigidariam, mediam, caldariam. Lucianus item in elegantiſſima balnei deſcriptione, has cellas οἴκυς vocat ſiue *oecos*. nam ea voce ſaepe Plinius et Vitruuius vſi. Curtius [8, 6] *aedem* ita vſurpat pro oeco ſiue cella aut cubiculo, Graecizans, non inſolens. Ariſtides rhetor pro eodem ponit in hac re, οἶκον et δεξαμενήν. tres autem oecos etiam Lucianus commemorat, τὸν μέσον οἶκον ἔχοντα τρεῖς κολυμβήϑρας· haec eſt cella frigidaria: τὸν ἠρέμα χλιαινόμενον οἶκον· haec tepidaria cella: τὸν ἔνδον τρεῖς περιεχόμενον ϑερμὰς πυέλυς· haec cella caldaria eſt. Fuit vero etiam quarta cella in quibuſdam balneis, quam *aſſam* Cicero in epiſtola ad Q. Fratrem nominat. Et in dialogo Adriani imperatoris cum Epicteto quatuor diſerte nominantur: prima, tepidaria vnctuaria: ſecunda, ſudatoria: tertia aſſa: quarta, frigidaria. Aliter auctor Gloſſa-

Gloſſarii, *Aſſa cella*, ἀφιδρωτήριον. vult eſſe cellam ſudatoriam. Porro χαλκεῖα illa quorum vſus ad calefaciendam aquam, Latini non *aëna* tantum aut *miliaria* vocarunt: ſed etiam *ſcutra*. Gloſſarium, *Scutra*, χαλκίον. alibi, *Scutra* λέβης. extat ea vox in Plauti Perſa [1, 3. 8]. Seruius: *vulgo vaſa vbi calida ſolet fieri, ſcutrae appellantur.* dixerunt Latini et *cucumam*, Graeci κουκούμιον. Arrianus in Epicteto libro III. δεῖ αὐτὸν κουκούμιον ἔχειν ὅπου τὸ θερμὸν ποιήσει. Fictiles fuiſſe cucumas ſcimus ex Marcellino Empirico. Remanſit ea vox in vſu in vernacula Gallorum lingua, vt aliae infinitae. Ad haec vaſa reſpiciebat philoſophus, cum ſcriberet in libello De ſpiritu, τὰς φλέβας ἔχειν πῦρὸς ἐν αἷς τὸ θερμὸν ὄν, ὥσπερ ἐν χαλκείοις θερμαίνει τὸ αἷμα. Fallitur enim doctus ille vir, qui obſcuriſſimum eum libellum interpretans, χαλκεῖα haec de aerariis officinis accepit. Similis error eorum qui ſuperiorem Teletis locum ſunt interpretati. nam etſi verum eſt, in officinis χαλκέων calfaciendi ſe cauſſa ſolitos pauperes conuenire, vel teſtibus Homero et Herodoto: nemo tamen non videat, qui locum attentius conſiderarit, de balneorum aënis ibi agi: vt taceam, quod auctoris verba et loquendi ratio illorum interpretationem ferre non poſſunt. Illum vero Ariſtotelis locum non parum illuſtrabunt quae ſcribit Seneca Naturalium libro III. cap. XXIIII. de aqua per fiſtulas calefieri ſolita in draconibus et miliariis.

καὶ βάψας ἀρύταιναν] Etiam ἀρύταιναν Iulius Pollux [10, 17] in ſupellectile balnearia refert. demiratus ſum interpretes *guttum* vertiſſe. ſed ne alii quidem de hac voce (qua et Latini vſi ſunt, teſte Feſto et veteri Gloſſario et Iuriſconſultis,) ſatis luculenter. Sic autem habe. Ἀρύταινα dicitur Graecis omne inſtrumentum cuius eſt vel in balneis, vel in culina, vel in menſa, vſus ad hauriendum aliquid ex aliquo vaſe. eſt enim ἀπὸ τοῦ ἀρύειν. vnde etiam ἀρυστὴρ et ἀρυστιχὶς et ἀρύστιχος, tam

h 5 ſignifi-

ſignificatione quam origine cognatae voces. Verum quia multiplex eſt inſtrumenti huius vſus, Graeci (vt eſt admirabilis in ea lingua verborum copia) diuerſas quaſi ſpecies eius diuerſis nominibus inſigniuerunt. Nam illud, exempli cauſſa, quo puls hauriebatur, ἐτνήρυσις proprie vocatum: quo iuſculum, ζωμήρυσις· quo vinum e cratere, οἰνήρυσις. Erant autem et ἐτνήρυσις, et ζωμήρυσις, et οἰνήρυσις, excauata inſtrumenta cum manubrio. Sic Graeci. Latini vero *trullae* appellatione omnia haec, vt opinio noſtra eſt, ſunt complexi. Gloſſarium, Ζωμάρυστρον, *Trulla*. appellat ζωμάρυστρον quam veteres Graeci ζωμήρυσιν. Idem alibi, *Trulla lignea*, ζωμήρυσις. *Trullaria* ζωμάρυστρον. vbi ſuſpecta vox *trullaria*. Eſſe vero trullam etiam vas vinarium ſimile bacrioni (de quo Feſtus) conſtat. Horatius [2 Sat. 3, 143 ſ.] --- *Feſtis potare diebus Campana ſolitus trulla*. et Cicero in Verrem [4, 37]. Non deſunt quibus placeat hoc ſolum aut proprie trullam ſignificare: nos putamus arytaenam omnem, generali ſignificatione trullam fuiſſe appellatam: etſi non negamus, ſaepius tribui illi a ſcriptoribus τῆς οἰνηρύσεως ſignificationem. Quod igitur in Amphitruone Plauti ait ille, *Lances detergam omneis, omneiſque trullas, hauriam*, ſic interpretamur, vt trullas omneis accipiamus ἀντὶ τοῦ πᾶσαν ἀρύταιναν, ſiue trullarum omne genus: neque ad οἰνήρυσιν tantum referimus, ſed etiam ad reliquas trullas: puta, ἐτνηρύσεις, ζωμηρύσεις, et alias, ſi quae erant aliae. Notabis βάψαι ἀρύταιναν, pro βάψας ἀρύειν *immerſa arytaena haurire*. Lycophron Alexandra de expeditione Tyrrheni in Italia: Ἐπεὶ Πελασγοὺς εἶδε Ῥυνδακοῦ ποτῶν Κρωσσοῖσιν ὀθνείοισι βάψαντας γάνος. id eſt, *Poſtquam vidit Menelaum aquarum Rhyndaci laticem ſitulis peregrinis haurientem*. neque enim βάπτειν *tingere* ibi ſignificat, vt vir doctiſſ. vertit: ſed id quod diximus.

οὐδεμία σοι χάρις] Haec eſt merces quam iſte impudens balneatori pendit diſcedens. More Romano quadran-

quadrantem ille debuit. nam quadrante pauperiores lavabant. Horatius [1 Sat. 3, 137] --- *dum tu quadrante lauatum Rex ibis.* Iuuenalis [Sat. 6, 448], *Caedere Syluano porcum, quadrante lauari.* Et Seneca epiſtola LXXXVII. balneum vocat *rem quadrantariam.* At pueri balneaticum non dabant, ait Probus in illud Iuuenalis [Sat. 2, 152] *Nec pueri credunt, niſi qui nondum aere lauantur.*

AD CAPVT X

ΠΕΡΙ ΜΙΚΡΟΛΟΓΙΑΣ

Η δὲ μικρολογία ἐςὶ φειδωλία τῦ διαφόρυ ὑπὲρ τὸν καιρὸν] Virtuti illi quae ἐλευθερία ſiue ἐλευθεριότης Graece dicitur, et circa opes verſatur, ac rectum honeſtumque illarum vſum docet, opponitur ἡ ἀνελευθερία, ſiue ἀνελευθεριότης· vitium multiplex et in varias ſpecies diffuſum, ſicut docet Ariſtoteles cum alibi, tum IIII. Nicomacheorum maxime. Theophraſtus tamen vſum loquendi ſecutus nonnihil a praeceptore diſcedit. non enim facit ἀνελευθερίαν genus μικρολογίας, vt Ariſtoteles: ſed eam vocem anguſtius accipit pro tenacitatis quadam ſpecie de qua habetur infra caput vnum. At qui deſcribuntur hic a Theophraſto, ii maxime ſunt quos philoſophus ἀνελευθέρυς τῇ δόσει ἐλλείποντας nominat. Sunt autem huiuſmodi homines ita comparati, vt ab alieno quidem manus abſtineant, et proinde longe ſint meliores iis qui ἀνελεύθεροι, τῇ λήψει ὑπερβάλλοντες, Ariſtoteli appellantur (qualis erat ὁ ἀναίσχυντος, et multo magis ὁ ἀπονενοημένος, quos ſupra deſcripſit auctor) aegerrime vero laturi ſint quicquam omnino ſui ad alios peruenire: neque erga alios tantum, ſed etiam erga ſeipſos ita ſunt parci et reſtricti; metu videlicet minuendarum opum. Horum hominum ſordes Graeci

Graeci plurimis nominibus, ſicut innuit Ariſtoteles, notarunt. longe enim lateque ſuperant Graeci hac in re Latinos, qui vix habent proprium nomen quo iſtud vitium appellent. Seneca De beneficiis libro II. [c. 34] ***Parſimonia***, inquit, ***eſt ſcientia vitandi ſumtus ſuperuacuos: aut ars re familiari moderate vtendi: parciſſimum tamen hominem vocamus puſilli animi et contracti: cum infinitum interſit inter modum et anguſtias. Haec alia ſunt natura: ſed effecit inopia ſermonis, vt et hunc et illum parcum vocemus.*** Voluit Seneca Graecam vocem *μικρολόγος* exprimere, cum dixit ***hominem puſilli animi et contracti.*** eleganter: ſed tamen ita poſſum etiam eum appellare, qui *μικροπρεπὴς* illis dicitur. At homo parcus apud Graecos praeſertim comicos non *μικρολόγος* ſolum dicitur, ſed etiam *γλίσχρος, κίμβιξ, κυμινοκίμβιξ, κυμινοπρίστης*, ſiue, *ὁ περὶ ἅλα καὶ κύμινον·* item *καρδαμογλύφος, κραδοφάγος, θρὶψ, τάγιλος, ἰξὸς, κυκλογάλος, γλοιὸς, θυμβρεπίδειπνος, σκιφὸς* et *κνιπὸς, τρυγόβιος, τρυσίβιος, ῥυποκαύδαλος*, vel, vt alibi legitur, *ῥυποκόνδυλος·* nec non *λιμὸς, λιμοκίμβιξ, συκοτραγίδης, συκοπρίστης, μυκόνιος*, et *μυσάλμης*. ſunt et aliae apud veteres grammaticos eorundem hominum appellationes, quae mihi nunc in mentem non veniunt. Caeterum vocem *μικρολογία* Ariſtoteles ad diſputationes philoſophorum aliquando transfert, et pro *ἀκριβολογία*, vel *λεπτολογία* (***minutiloquium*** poſſis vertere ex Tertulliano) vſurpat: vt in pulcherrimo loco qui ſub finem primi Metaphyſicorum habetur. Iuuenalis *μικρολογίαν* dixit ***minimas ſordes*** ſatyra XIIII. [v. 124] ***Sunt quaedam vitiorum elementa: his protinus illos imbuit, et cogit minimas ediſcere ſordes.*** Apuleius ***ſordem infimam*** pro eodem. Cicero *τὸν μικρολόγον* ***parcum et reſtrictum*** ſolet appellare: ſicut et apud quoſdam Graecos *σφιγγία* hac notione poſitum inuenias: Suetonius in Nerone [c. 30], ***ſordidum et deparcum:*** Plautus in Perſa [2, 3. 14], ***triparcum:*** in Aulularia [2, 4 35], ***parce parcum.***

parcum. quo loco extat elegantiſſimus amoeniſſimusque et γραφικώτατος character hominis tenacis et σμικρολόγου.

τῦ διαφόρου] Significat τὸ διάφορον ſumtum et impenſam: atque adeo pecuniam. ſic apud Ariſtotelem, non ſolum in definitione κιμβείας· ſed etiam alibi ſaepe. eſtque iſtud vocabulum hoc ſenſu Polybio, Dionyſio, Halicarnaſſeo et aliis quibuſdam familiare. Sic accipiendum illud Eccleſiaſtici capite VII. commate XX. Μὴ ἀλλάξῃς φίλον διαφόρου κατὰ μηδὲ ἕν. μηδὲ ἀδελφὸν γνήσιον ἐν χρυσίῳ ὀφείρ. hoc eſt, *Ne commutes amicum vlla re ſiue pecunia.* ὁ νῦς· Caue quicquam tanti aeſtimes, vt id amici iactura velis redimere. Ita exponendum eſſe hunc locum clarum eſt: et euincit altera pars iſtius commatis: quae eodem cum praecedenti pertinet: quod fere perpetuum eſt, in hoc et Solomonis prouerbiorum libro. Quare errant grauiter, qui aliter aut interpretantur aut legunt. Legunt enim doctiſſimi viri ἀδιαφόρυ· quos etiam vetus interpres refellit. In eodem ſcriptore ſic legitur capite XXVII. [v. 1] χάριν ἀδιαφόρου πολλοὶ ἥμαρτον· καὶ ὁ ζητῶν πληθῦναι ἀποστρέψει ὀφθαλμὸν αὐτῦ. Nos hic quoque eandem vocem cenſemus reſtituendam: et legimus, χάριν διαφόρου πολλοὶ ἥμαρτον· perſpicuo et optimo ſenſu: et confirmat hanc noſtram emendationem poſterior pars commatis. vt ne dicam veteres ſic legiſſe: qui tamen *inopiam* minus recte verterunt. at in omnibus quas vidi editionibus eſt ἀδιαφόρου. In libris Maccabaeorum extat locis aliquammultis vox διάφορα numero multitudinis, prorſus pro χρήματα. quod interpretes cum non obſeruaſſent, mire ſe torſerunt, et locos cenſuerunt emendandos, qui optime habebant. Exemplum vnum aut alterum proferemus, libro ſecundo, capite primo, καὶ οἷς ἐχαρίζετο ὁ βασιλεὺς, πολλὰ διάφορα ἐλάμβανε καὶ μετεδίδου. hoc eſt, πολλὰ χρήματα. capite tertio, ὥστε τὸ πλῆθος τῶν διαφόρων ἀναρίθμητον

εἶναι

εἶναι. τῶν διαφ. dixit, pro τῶν χρημάτων. neque recte haec mutant quidam, magni meo iudicio viri: hoc vno minores, quod ſe maximos credunt, et omnia ſibi φιλοκαινοτάτοις οὖσιν licere in literis volunt.

οἷος ἐν τῷ μηνὶ ἡμιωβόλιον ἀπαιτεῖν ἐπὶ τὴν οἰκίαν] Fortaſſe ἐπὶ τῇ οἰκίᾳ. Eſt autem horum verborum, quae eſſe integra praeſtare nolim, obſcurus et in abdito latens ſenſus. An igitur ita exponendum? Solet cum locatae a ſe domus penſionem, (ἐνοίκιον Graeci vocant) ab inquilino exigit, ita rigidus eſſe et acerbus exactor, vt ſi de integra ſumma abſit vel ſemiobolus, condonare id nolit, aut in proximum menſem differre eius ſolutionem. An referendum potius ad conuiuia veterum? Solebant illi collatis ſymbolis, coire apud aliquem amicorum, et in eius aedibus conuiuium agitare. Videtur ergo ſordidus iſte petere, vt aliquid ſibi pro aedibus quas amicis commodat, ſoluatur. Sed cur diſſimulem parum mihi de iſto loco liquere? quem quidem, quoties lego, toties ad incitas redactum me ſentio. Doctiores hoc vulnus ſanent: ego herbam lubens merito dabo. In membranis quae ſeruantur in Palatina Bibliotheca, illuſtriſſimi principis, ſcriptum eſt, ἐλθὼν ἐπὶ τὴν οἰκίαν. optime iudicio meo. Nam vox ἐλθὼν totius ſententiae, niſi fallor, cardo eſt. Vult enim hominis μικρολόγου notam eſſe, quod de menſtrua penſione reſiduum obolum qui ſibi debeatur, tanti faciat, vt eius exigendi gratia ad debitoris ſui domum ipſe veniat. Poſſumus de vſura hoc interpretari quae ex debita ſorte proficiſcatur. nam certum eſt, ſoenus menſtruum pendi ſolitum. Sed non ipſi creditores exigebant: verum ſeruos flagitatores mittebant, quos propterea μηνιαίους ἀπαιτητὰς vocat B. Baſilius. quidam Graeciae populus hos vocauit olim ἐμπορειδονήτας. nam Heſychius ita ſcribit, ἐμπορειδονήτας, ἐνοικίου πρακτῆρας. Poſſumus et de mercede conductae domus accipere. nam et hoc certum, τὰ ἐνοίκια menſtrua die pendi ſolita: cuius rei

teſtes

teſtes ſunt, vt alios taceam, epigrammatarii poëtae Graecorum. Memini tamen legere in Graecorum commentariis, ſolitos Athenienſes τὺς μιϑὺς καὶ τὰ ἐνοίκια κατὰ πρυτανείας, ὐ κατὰ μῆνα, τελεῖν.

ἀριϑμεῖν πόσας κύλικας ἕκαςος πέπωκε] Martialis lib. VIIII. in Charidemum [epigr. 40] *Et numeras noſtros adſtricta fronte trientes, tanquam de cella ſit cadus iſte tua.* Fuit olim apud Athenienſes in epulis publicis ei rei quidam praefectus, vt quoties quiſque, et quomodo biberet, obſeruaret: eumque magiſtratum οἰνόπτην vocabant, vel ὀφϑαλμόν. Athenaeus libro decimo [c. 6 et 7].

καὶ ἀπάρχεσϑαι ἐλάχιςον τῇ Ἀρτ.] Mos antiquiſſimus, deos placare primitiis victus. Varro Manio, *Quocirca oportet bonum ciuem legibus parere, et deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας.* Nota res eruditis.

ὅσα τις μικροῦ πριάμενος λογίζεται] Λογίζεσϑαι non eſt hic *putare:* ſed *imputare alicui,* et *expenſum ferre.* Loquitur enim Theophraſtus de mandatario, vel negotiorum geſtore, qui amici vel mandatoris nomine aliquid emerit. ita denique accipiendum, vt cum ait Ariſtoteles in ſecundo Oeconomicorum, de Cleomene Alexandrino loquens, ἀποςείλας δέ τινα ἐπὶ ἀγόρασμά τι; αἰσϑόμενος, ὅτι εὐώνων τετύχηκε, αὐτῷ δὲ μέλλει ἐκτετιμημένα λογίζεσϑαι. Dinus Paulus etiam ἐλλογεῖν hoc ſenſu ſolet vſurpare. Appianus καταλογίζειν.

2 καὶ οἰκέτου χύτραν ἢ λοπάδα κατάξαντος] Belle haec conueniunt Athenienſibus: quos in rebus ita minutis et parui pretii mire fuiſſe attentos et ſollicitos ne quid ſibi ſeruorum fraude periret, Ariſtophanis fabulae teſtantur. Nam in Ranis [4, 1. 82 ſſ.] ait poëta, pleroſque Athenienſium, ſtatim vbi domum fuerint ingreſſi, nihil antiquius habere, quam vt ſeruos ſuos magno cum clamore appellent, et ab ipſis ſciſcitentur, quid olla factum eſſet, quid capite maenadis, quae forte fuerat e menſa ſublata: quid paropſide anno ſuperiore empta: quid

quid pridiano allio; quis denique de oleis deguſtarit. Verba poëtae, --- νῦν γοῦν Ἀθηναίων ἅπας τις εἰσιὼν κέκραγε πρὸς τοὺς οἰκέτας, ζητεῖ τε, ποῦ ’στιν ἡ χύτρα; τίς τὴν κεφαλὴν ἀπεδήδοκε τῆς μαινίδος; τὸ τρύβλίον τὸ περύσινον τέθνηκέ μοι; ποῦ τὸ σκόροδον τὸ χθεσινόν; τίς τῆς ἐλάας παρέτραγε; Scholiaſtes et Suidas aiunt eſſe haec μικροπρεπείας δείγματα, *indicia anguſti animi.* μικροπρέπειαν accipiunt ἀντὶ μικρολογίας. Sic et alii ſcriptores. Hierocles [ad aur. carm. Pythag. 35 p. 148 Cantabr.], φειδὼ χρημάτων ἄκαιρος εἰς μικροπρέπειαν διαβάλλεται. ex quarto Nichomacheorum diſcas quid ſit μικροπρέπεια.

ἀποβαλούσης τρίχαλκον] Vide Iulium Pollucem.

καὶ τὰς κιβωτοὺς] Capſae erant ad condendas veſtes. Clemens Alexandrinus Paedag. lib. III. [c. 7] ποῦ δαὶ τῶν ἐσθήτων τὰς κιβωτούς; erant autem κιβωτοὶ ligneae, κίσται e vimine. Ab illis arcis dictus vicus Athenarum, vicus κιβωτοποιῶν, cuius meminit Plutarchus [in libello de genio Socr. c. 15].

καὶ οὐκ ἂν ἐάσαι] Contrarium eſt quod de viro magno Pericle teſtantur hiſtoriae: eum quippe legimus, vt populum ſibi conciliaret, ſuorum agrorum macerias ſuſtuliſſe: quo poſſent omnes quibuſcunque eſſet libitum, fructus ex arboribus decerpere. quod et alios factitaſſe, qui liberales et eſſe et haberi volebant, eadem hiſtoria teſtis. vide Plutarchum in Pericle et Cimone.

καὶ τοὺς ὅρους δὲ ἐπισκοπεῖσθαι] Olim ſoliti veteres, ſeruos ſibi parare, et in villis habere, quorum munus erat cuſtodia finium. De Graecis conſtat vel ex idyllio Theocriti, quo Augiae κλῆρος deſcribitur. Latini hos ſeruos *ſaltuarios* appellabant. Gloſſarium vetus, *Saltarius* ὀρεοφύλαξ. in mendo et Graeca vox et Latina cubat. lege, *Saltuarius*, ὀροφύλαξ. Vlpianus lege XII. Dig. De inſtructo vel inſtrumento legato. *Saltuarium autem Labeo quidem putat eum demum contineri, qui fructuum ſeruandorum gratia paratus ſit: eum non, qui finium*

finium cuſtodiendorum cauſa. Saltuariorum, vt vides, duo genera: alii fines cuſtodiebant: de quibus ſenſit Gloſſarii auctor ſuperiore loco. alii, fructus. de his accipio quod in altero Gloſſario ſcribitur κτηματοφύλαξ, *Saltuarius.* Porro termini moti, ſine, vt erat in lege Pompilii, exarati (quod Graecis eſt, τὰ ὀροθέσια ὀρογλυφεῖν) quam graue crimen fuerit, et diuina teſtantur iura et humana: quam frequens, vel hic locus ſit indicio.

3 ὑπερημερίαν πρᾶξαι] Oratores Graeci hoc ſolent dicere τὸν ὑπερήμερον εἰσπράττειν. et erat Athenis grauiſſima eorum poena qui iudicatum non ſoluiſſent. ſcholiaſtes Ariſtophanis in Nebulas ait, in quadruplum ſolitos condemnari: aut ſi non haberent in aere, luiſſe in corpore, et a creditoribus ſuis in neruo et compedibus habitos. Hos Graeci ἐγκαλοσκελεῖς, Latini *nexos*, vocabant.

καὶ τόκον τόκου] Satius erat hanc notam referre inter ἀπονοίας notas. grauius enim iſtud, quam vt μικρολόγος cenſeri debeat qui id faciat. Impp. Diocletianus et Maximianus lege xx. Cod. Ex quibus cauſis infamia irrogatur: *Improbum foenus exercentibus et vſuras vſurarum illicite exigentibus infamiae macula irroganda eſt.* Lucullus, vt refert Plutarchus, inter alias leges quibus improbitatem foeneratorum per Aſiam graſſantium coërcuit, hanc quoque tulit, vt qui vſuras cum ſorte coniunxiſſet, et ſortes et vſuras amitteret. Fere tamen hoc iure veteres vſos legimus, vt vſura quae exacto anno non ſolueretur, ſorti accederet, et deinceps foenus pareret. anatociſmum Graeci Latinique nuncupant.

μικρὰ τὰ κρέα κόψας παραθεῖναι] Plinius Epiſtolarum libro ſecundo, de ſordido conuiuatore loquens, *Vilia*, inquit, *et minuta ponebat conuiuis.*

ὀψωνῶν, μηδὲν πριάμενος εἰσελθεῖν] Cenſen' de alio Theophraſtum loqui, quam de Euclione Plauti [Aul. 2, ſ. 3 ſſ.]? quem locum vt hic non aſcribam nihil ſuaue meritum eſt. *Venio*, ait ille, *ad macellum: rogito piſces.*

indicant caros: agninam caram, caram bubulam, vitulinam, cetum, porcinam, cara omnia: Atque eo fuerunt cariora, aes non erat: Abeo illinc iratus, quoniam nihil eſt qui emam: Deinde egomet mecum cogitare inter vias occepi; feſto die ſi quid prodegeris, profeſto egere liceat, niſi peperceris.

μήτε ἅλας χρωννύειν] Nimirum aceto. Sal et acetum olim, pauperiorum cibus, vt norunt iam et lippi et tonſores. Alexis [apud Athen. 4, 21] *χρωματίζειν* ſic accepit. *τὸ θρύμμ᾽ ἐπὶ πολῆς εὐρύθμως διειμένον ὄξει σιραίῳ χρωματίσας.* Latini, *intingere.* Cato, *Braſſicam crudam ſi edas, in acetum intingito.* Perſius [Sat. 6, 20] *Tingit olus:* et paſſim Cornelius Celſus. Recte igitur *χρωννύειν* conuenit, ſi ad *ἅλας* tantum referas: ſi ad ea quae ſequuntur, non item. Nam quis tam amens, qui ellychnium ſaltem intingi et madefieri nolit? cymino quoque aut origano parum conuenire videtur, quorum vſus eſt in condimentis, vt docet Athenaeus [2, 26]: nec multo melius ſequentibus vocibus, *οὐλὰς, ϛέμματα* et *θυλήματα.* Quare puto ſubeſſe hic mendam, deſiderarique verba aliquot. Lego, *μήτε ἅλας χρωννύειν,* .... *μήτε ἐλλύχνιον.* in lucana deſideratur tale quid, *μήτε χρᾶν τινι,* vel *χορηγεῖν.* fortaſſe tamen nihil deeſt: ſed illud *χρωννύειν*, ex deprauatione verae lectionis eſt natum. Ita igitur legi poteſt, *μήτε ἅλας χρᾶν τινι, μήτε ἐλλύχν.* Hoc poſterius, vt probabilius, ſumus amplexi.

μήτε ἐλλύχνιον] Etiam ellychnia ad curam hominum *μικρολόγων* pertinebant. Itaque in Nebulis Ariſtophanis lamentatur auarus ille Strepſiades, et puerum tantumnon verberat, quod ellychnia lucernae adhibuiſſet craſſa nimis. Alius in Veſpis filium obiurgat, quod ſtuppas non acu vel feſtuca, ſed digito produxiſſet: *καὶ ταῦτα,* inquit, *τοῦ 'λαίου σπανίζοντος.* Iuuenalis, *cuius diſpenſo et tempero filum.*

μήτε

μήτε θυηλήματα] Scribendum θυλήματα. Sunt quae alio nomine ψαιςὰ dicuntur, hoc eſt, fruges ἐψαισμέναι, ſiue fractae ſaxo, vel molitae. Latinis *molae*, vel *liba*. vide Grammaticos. His ſolis antiquiſſimi homines deos ſibi conciliabant, vi ait Ouidius in Faſtis. quare cum poſterior aetas alia ſumtuoſiora ſacrificia vſurpare coepiſſet, is honos antiquitati habitus, vt non ſolum adolendas victimarum partes farre conſpergerent, (de quo ritu poëtae interpretes, Ouidius XV. Metamorph. et Dionyſius Halicar. libro VII. aliique) ſed etiam poſt omnia, extremo loco tandem θυλήματα tanquam offerumentum deo gratiſſimum offerrent. Notat hunc ritum Porphyrius, περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, libro ſecundo [§ 6], τῦ δ' ἀληλεσμένου βίȣ παρὰ τὸ πρόσθεν μακαρισθέντος ἀπήρξαντο τῆς ψαυσθείσης τροφῆς πρῶτον εἰς πῦρ τοῖς θεοῖς. ὅθεν ἔτι καὶ νῦν πρὸς τῷ τέλει τῶν θυηλῶν, τοῖς ψαισθεῖσι θυλήμασι χρώμεθα. Atque hoc proprie ἐπιθύειν poſterior aetas dixit, vt docet idem auctor [lib. 2 § 59], quia poſt alia ſacrificia fiebat. Sed et θυλεῖσθαι verbum eſt, quod ſignificat θυλήματα offerre. Porphyrius eodem libro [§ 17] de pauperis Docimi oblatione loquens, ἐκ τῆς περικειμένης πήρας τῶν ἀλφίτων ὀλίγας δράκας ἐθυλήσατο. Conſtat autem ex hiſtoria, pauperiorum ſacrificia non alia fere quam iſta fuiſſe. Theophraſtus apud Stobaeum, τὸν δὲ μὴ οἰκοῦντα ἐν ἄστει, θύειν τὸν ὅρκον ἐπὶ τῦ Διὸς τοῦ ἀγοραίου· τὴν δὲ θυσίαν τῶν ἐλαττόνων εἶναι θυλήμασι, Diuites vero cum alia ſacrificabant, tum etiam loco θυλημάτων thura, et alia id genus libamina in buſtum arae iaciebant. in quo illud legimus obſeruatum, vt ſummis digitis vel thura, vel fruges, offerrent. Porphyrius, ἔφησεν, ἡ Πυθία τὸν Ἑρμιονέα κεχαρῆσθαι, θύσαντα τῶν ψαιςῶν ἐκ τῦ πηριδίου τοῖς τρισὶ δακτύλοις. Hieronymus, epiſtola prima, *Non eſt tantum in eo ſeruitus, ſi quis duobus digitulis thura in buſtum arae iaciat, aut hauſtum paterae poculo fundat merum.* pro-

 pterea

pterea dicebat Lactantius de religione paganorum, ***nihil in ea ſe videre aliud quam ritum ad ſolos digitos pertinentem.*** et Seneca pater negat, eum cui praeciſae ſint manus, poſſe adorare: non ſolum ritum hunc reſpiciens, ſed alios qui fuere a veteribus in re diuina facienda obſeruati: de quibus fortaſſe alias. Atquae haec quia non ita vulgo nota videbantur, placuit paullo fuſius exponere.

ὅτι τὰ μικρὰ ταῦτα, πολλά· ἐςι τȣ̃ ἐνιαυτȣ̃] Praeclare philoſophus in quinto De republica [c. 8], ſi quis ſaluam velit Rempublicam, monet cauendum, ne quicquam omnino contra leges fiat: et addit, ſumma in primis cautione opus eſſe, in eo quod paruum videtur: nam id ni fiat, paullatim et latenter irrepere rerum omnium deprauationem: vt neceſſe ſit illam funditus tandem perire rempublicam. Sic peſſundari domos locupletes paruis, ſed frequentibus ſumptibus. hoc enim decipi plerorumque mentem, dum ſibi perſuadent, nihil aut perpuſillum eos ſumptus eſſe nocituros, quorum ſit vnuſquiſque paruus: contrarium tamen euenire: minutas enim iſtas impenſas magnum damnum tandem afferre, imo labem ac perniciem totius rei familiaris. *παραλογίζεται δὲ*, inquit Ariſtoteles, *ἡ διάνοια ὑπ᾽ αὐτῶν, ὥσπερ ὡ σοφιςικὸς λόγος, Εἰ ἕκαςον μικρὸν, καὶ πάντα· τȣ̃το δ᾽ ἔςι μὲν ὡς οὔ. τὸ γὰρ ὅλον, καὶ τὰ πάντα, οὐ μικρὸν, σύγκειται δ᾽ ἐκ μικρῶν.* Par prudentia magni viri Demoſthenis, cuius haec ex quarta Philippica, pulcherrime ſuperiori Ariſtotelis loco concinunt. Ἡ *καθ᾽ ἡμέραν ῥαςώνη καὶ ῥαθυμία, ὥσπερ τοῖς ἰδίοις βίοις, οὕτω κἀν ταῖς πόλεσιν, ȣ̓κ ἀφ᾽ ἑκάςου τῶν ἀμελουμένων ποιεῖ τὴν αἴσθησιν εὐθέως, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῷ κεφαλαίῳ τῶν πραγμάτων ἀπαντᾷ.* *Quemadmodum*, inquit, ***in priuata vita, ſic etiam in Republica, deſidia et ſocordia quotidiana, non in ſingulis ſtatim, vt quidque eſt neglectum, animaduertitur: ſed in ſumma rerum tandem apparet.*** Sed et grauiſſimus auctor Plutarchus in vita Caeſa-

Caeſaris monet, nullum vllius rei initium eſſe paruum exiſtimandum, quod magnum ſtatim ſit redditurа aſſiduitas, licentiam et impunitatem ex ſui contemtu nacta. Graece melius, *ὡς ὀυδεμίαν ἀρχὴν πράγματος ἡγητέον μικρὰν, ἣν ταχὺ ποιεῖ μεγάλην τὸ ἐνδελεχὲς, ἐκ τοῦ καταφρονηθῆναι τὸ μὴ κωλυθῆναι λαβοῦσαν.* Sic ille locus Plutarchi legi et exponi debet. Hoc eſt quod Ariſtoteles tot locis appellat, *τὸ παρὰ μικρόν.* Vide ſi lubet quae ſcripſimus ad illa Satirici, verba e ſatira quinta: *Cras hoc fiet, idem cras fiet.*

4 *ἐλάττω τῶν μικρῶν τὰ ἱμάτια φορεῖν*] Fortaſſe *τῶν μηρῶν breuiores quam vt femora penitus tegant.* Sed et *μικρῶν* ferri poteſt. Sic dixit Sappho, *ἀνδρὸς μεγάλου πολὺ μείζων.* Sic Syneſius, *τῶν ὀλίγων ἐλάττονες.* Sic Pauſanias, *ἀνδρὸς οὐ μείζων μεγάλου.* Sic Appianus, *οἱ τὰ μεγέθη μείζους τῶν μεγίστων ὑπάρχοντες.* Poteſt et *μετρίων* legi. Sic dixit Herodotus libro II. *ἄνδρες μικρὸν μετρίων ἐλάσσονες ἀνδρῶν.* Quemadmodum autem veſtis breuitas eſt ſordium argumentum, ſic veſtis ad talos demiſſa, vitae delicatae et diſſolutae, vt apud Platonem in Alcibiade priore *ἕλξις ἱματίων* indicium *ἁβρότητος.* inde illa Plutarchi in Alcibiade, *ὑβρίσματά τε καὶ θηλύτητας ἐσθήτων ἁλουργῶν ἑλκομένων δι' ἀγορᾶς.* Horatius [epod. 4], *Cum bis ter vlnarum toga.* Apud Dionem Calenus obiicit Ciceroni, quod *μέχρι σφυρῶν τὴν ἐσθῆτα σύρει·* et Cicero ipſe de Oppianico [pro Cluent. 40], *Facite,* inquit, *vt non ſolum mores eius, et arrogantiam, ſed etiam vultum atque amictum, atque illam vſque ad talos demiſſam purpuram recordemini.* Seneca pater libro II. [controu. 14] *Omnia a te vitia: quod vnguento coma madet, tuum eſt: quod laxior vſque in pedes tunica demittitur, tuum eſt.* Propterea breues veſtes homines graues et *δραστήριοι* geſtabant. Horatius [I ep. 19, 13] *Exiguaeque togae ſimulet teſquore Catonem.* et de Hercule ait Theocritus: *Εἵματα δ' οὐκ ἀσκητὰ μέσας ὑπερέννυτο κνήμας.*

καὶ ἐν χρῷ κειρομένους] Ariſtophanes Nebulis [3, 1. 22] --- *ὧν ὑπὸ τῆς φειδωλίας ἀπεκείρατ' οὐδεὶς πώποτε.* Ait poëta, homines tenaces prae ſordibus nunquam caput totondiſſe. Videntur eſſe contraria, ſtrictim ad cutem vſque tonderi, et nunquam tonderi: ſunt tamen eiuſdem hominis, et, vt loquitur Ariſtoteles [Top. 2, 3], *τοῦ αὐτοῦ ἤθους.* Nam qui ad viuum tonderi vult, id ſpectat, vt raro tonſoris opera indigeat. vitat, inquam, ſumptus, non minus quam ille alter. Ex his intelligi poteſt, quae ratio ſit cur apud Ariſtophanem philoſophi modo tanquam *κομῶντες* irrideantur: modo vt *ἐν χρῷ κεκαρμένοι.* vtrumque enim extremae parſimoniae eſt, a quibus ſordibus vt ſe oſtenderent eſſe alienos, homines venuſti et elegantes, ſolebant, quod Theophraſtus capite quinto dicebat, *πλειστάκις ἀποκείρεσθαι.*

τὸ μέσον τῆς ἡμέρας ὑπολυομένους] Non ſemper veteres Graeci calceati erant, vt hodie nos ſumus. multus enim fuit *τῆς ἀνυποδησίας* vſus. Spartanos quidem etiam lex Lycurgi coëgit eſſe diſcalceatos: vt refert Xenophon in eorum politia. Athenienſes quoque paullo qui eſſent in ratione vitae aſtrictiores aut ſeueriores, non niſi neceſſario tempore, ad vitandum ſcilicet frigus, aut itinerum aſperitates, calceis vtebantur. vide Plutarchum in Phocione. et ait idem auctor in vita Lycurgi oratoris, eum *ταῖς ἀναγκαίαις* tantum *ἡμέραις* calceos induiſſe. Oppianus etiam in venatoris inſtitutione, iubet eum nudis pedibus ad venationem ire [Κυνηγ. 1, 102 ſ.] --- *γυμνοῖσι δὲ ποσσὶν ὁδεύειν Κείνοις τοῖσιν ἴχνη μέλεται δυσδερκέα θηρῶν.* Clemens Alexandrinus Paedagog. III. cap. II. *ἀνδρὶ δὲ εὖ μάλα ἁρμόδιον, ἀνυποδησία· πλὴν εἰ μὴ στρατεύοιτο· καὶ γὰρ πως ἐγγὺς τὸ ὑποδεδέσθαι τῷ δεδέσθαι.* id eſt, *ſine calceis eſſe, viro admodum conuenit qui quidem non militauerit. parum enim a vincto differt cui pedes in calceis vincti.* Nota eſt et Romani Catonis *ἀνυποδησία.* item Neronis. vide Suetonium capite quinquageſimo primo. Martialis vero

vero libro XII. [epigr. 89] Cottam quendam ridet quod excalceatus iret ad coenam. Seneca quoque epiſtola LXXXVIII. erubuiſſe ſe ait mulionem ſuum excalceatum non propter aeſtatem. Quod ait τὸ μέσον τῆς ἡμέρας, Atticum eſt, vt admonent veteres magiſtri, pro, κατὰ τὴν μεσημβρίαν· vel, vt loquitur Diogenes Cynicus, ὑπὸ μέσην ἡμέραν, errant enim qui aliter accipiunt. Theocritus dicere ſolet τὸ μεσαμέριον, vel τὸ μεσαμβρινόν· et Lucianus De gymnaſiis.

τὸ ἱμάτιον αὐτοῖς ἕξει πολλὴν γῆν] Nempe κονίαν, vel potius κιμωλίαν. Hoc Liuius [4, 25] dixit, cretam, ſiue album, in veſtimentum addere: Theophraſtus in libro De lapidibus, γῆν ἐμπάττειν εἰς τὰ ἱμάτια. Erat olim duplex cretae vſus in officina fullonum: alia ſordes eluebantur: alia candorem nitoremque veſti parabant. Plinius, libro XXXV. cap. decimoſeptimo.

AD CAPVT XI

ΠΕΡΙ ΒΔΕΛΥΡΙΑΣ

Οὐ χαλεπὸν δέ ἐστι τὴν βδελυρίαν διορίσασθαι] Negat Theophraſtus difficile eſſe definire τὴν βδελυρίαν, nec ſane multum difficile eſt, quid ille velit intelligere. Illud, puto, difficilius ſit, vocem Latinam reperire quae Graecae reſpondeat. Non enim ſatis mihi facit vox *obſcoenitas*: quoniam animaduertimus, iocos ludoſque qui hic recenſentur, non omnes eſſe obſcoenos, neque ea turpitudine infectos, quae caſtas pudicaſque aures ſolet offendere: vt erant illa quae in Feſcenninis verſibus et Atellanis ſolebant vſurpari. Multa inquam hic continentur, inhoneſta illa quidem, ſed ſine obſcoenitate et αἰσχρολογία· turpia tamen nihilominus et μύσους ἄξια, quod proprie ſonat vox βδελυρός. Ac notat ſcholiaſtes Ariſtophanis βδελυροὺς Athenis fuiſſe vocitatos ho-

mines infames, vt ſunt lenones, et id genus: itemque τοὺς ἀνελευθέρους, hoc eſt, eos qui prae auaritia turpiſſimis ſordibus delectarentur: quod pulchre facit ad multa quae hic commemorantur. Nos duabus dictionibus vocem βδελυρία expreſſeramus, *obſcoenitas et impuritas:* ſed viſa eſt poſtmodum vox *impuritas* vel ſola non male auctoris mentem exprimere: vt quidem apud comicos frequenter ſolet vſurpari.

ἀνασυράμενος] Componens videlicet ſe, vel ſimulans ſe componere, ad κοιλιολυσίαν, vel ad meiendum. nam is olim χεζητιώντων (honos ſit auribus) et micturientium mos et geſtus. Dionyſius Halicarnaſſeus [Exc. de legat. c. 4], de Philonide Tarentino loquens, ἀνασυράμενος τὴν ἀναβολὴν, καὶ σχηματίσας ἑαυτὸν ὡς αἴσχιστον ὀφθῆναι, τὴν ὃ λέγεσθαι πρέπουσαν ἀκαθαρσίαν κατὰ τῆς ἱερᾶς ἐσθῆτος τοῦ πρεσβευτοῦ κατεσκέδασε. et in eadem hiſtoria alii. Galenus in exhortatione ad artes, οἱ ἀπὸ τῶν κρηνῶν ὑδρευόμενοι πρόσθεν, ἐπειδὰν μηκέτ' ἔχουσιν ὕδωρ, ἀνασυράμενοι προσουροῦσι. et eſt in viris τὸ ἀνασύρασθαι, quod in ſequiore ſexu varicitus ſtare, vt apud Apuleium. At οἱ χεζητιῶντες incoxare ſe etiam dicuntur. vnde eſt coſſim χέζειν, quaſi coxim. Vide Nonium.

συρίττειν ους ἡδέως θεωροῦσιν οἱ λοιποὶ] Exemplo ſit Theophraſtus quidam in Ariſtophanis Veſpis: Οἱ δ' ἀνεκρότησαν, πλήν γε Θουφράστου μόνου· Οὗτος δὲ διεμύλλαινεν, ὡς δὴ δεξιός. nam διαμυλλαίνειν a rictu oris facta vox, idem eſt ac συρίττειν· quod ſignificat ſibilo ſiue paſtoritia fiſtula, vt loquitur Cicero [ad Att. 1 ep. 13] aliquem proſequi. dicitur et κλώζειν, pro eodem, vt in ea contra Midiam. vide Heſychium, Harpocrationem, et Euſtathium in ὀδυσσ. δ', [v. 436] Inde eſt, κλωσμοσυρίττειν vox elegantiſſima apud Philonem.

ἀνακύψας ἐρυγεῖν] Simile eſt quod notat Cicero in Antonio [2, 25]: *Cui ructare turpe eſſet, is veniens, fruſtis eſculentis, vinum redolentibus, gremium ſuum, et totum tribunal impleuit.* 2 καὶ

² καὶ καλέσαι] Plautus Menaechmis [2, 3. 21 ſ.] *Certo haec mulier aut inſana eſt, aut ebria Meſſenio, hominem quae ignotum compellet me tam familiariter.*

σπεύδοντα δὲ που] Malim ποῖ.

καὶ ὀψωνεῖν ἑαυτὸν] Scribe ἑαυτῷ. Vide ſupra.

καὶ παρακαλεῖν ἐπὶ ταῦτα] Ridiculi cauſſa, non ſerio. Atqui hoc inſulſe rudere eſt, non ſalſe ridendi occaſionem praebere.

3 καὶ διηγεῖσθαι προςὰς πρὸς κουρεῖον] In tonſtrinis iam olim male feriatorum hominum conciliabula celebrari ſolita. vnde eſt κουρεακὴ λαλιὰ dictum παροιμιακῶς a Polybio in tertia hiſtoria. Lyſias in ea contra Pancleonem, ἦλθον ἐπὶ τὸ κουρεῖον τὸ παρὰ τοὺς Ἑρμᾶς, ἵνα οἱ Δεκελεῖς προσφοιτῶσι. Idem alibi, ἕκαςος ὑμῶν εἴθιςαι προσφοιτᾶν, ὁ μὲν πρὸς μυρεπώλιον· οἱ δὲ, πρὸς κουρεῖον. Damnat hunc morem ſanctiſſimus vir Clemens Alexandrinus, III. libro Paedago. [c. 10] Μὴ τοίνυν, ait, μηδὲ οἱ ἄνδρες ἐπὶ τῶν κουρείων καὶ καπηλείων διατρίβοντες ἀδολεσχούντων ςωμυλευόμενοι. Theophraſtus vero noſter, vt erat ingenio perurbano, tonſtrinas appellitabat abſtemia conuiuia, ſiue ἄοινα συμπόσια, διὰ τὴν λαλιὰν τῶν προσκαθιζόντων. teſtis Plutarchus [Sympoſ. 5, 5]. Adiicit auctor ἢ μυροπώλιον, quia vt tonſtrinae, ita et myropolia otioſis hominibus referta ſolebant eſſe. Sic Demoſthenes in Ariſtogitonem, οὐδὲ προσφοιτᾷ πρός τι τῶν ἐν τῇ πόλει κουρείων ἢ μυροπωλίων. et paſſim.

καὶ οἰνοπωλῶν, κεκραμένον τὸν οἶνον] Fraus pridem *Miſcere aquas vino:* apud Tertullianum ex propheta Iſaia. Hoc nomine male audiebant Athenae. Alexis comicus in Aſoto [apud Athen. 10, 8], facete qui id facerent excuſat: negans ſui compendii illos habere rationem: ſed ſanitatis ementium, vt ne poſſint mero potato morbi cauſſam contrahere. Locus ſuauiſſimus eſt; quem ideo placuit apponere, A. Κομψόν γε τοῦτ' ἔςιν παρ' ἡμῖν ὦ Σόλων ἐν ταῖς Ἀθήναις, δεξιῶς θ' εὑρημένον.

μένον. Σ. Τὸ *ποῖον;* Α. *ἐν τοῖς συμποσίοισιν ȣ̓ πίνετε ἄκρατον· ȣ̓ γὰρ ῥᾴδιον· πωλȣ̃σι γὰρ ἐν ταῖς ἁμάξαις εὐθέως κεκραμένον.* Οὐχ *ἵνα τὶ κερδαίνωσι· τῶν δ' ὠνȣμένων προνοȣ́μενοι, τȣ̃ τὰς κεφαλὰς ὑγιεῖς ἔχειν.* Sed in venditione vini triplicem fere fraudem cauponum notant veteres: quod illud diluant, mangonizent, et falſa menſura vendant. Lucianus, *οἱ φιλόσοφοι ἀποδίδονται τὰ μαθήματα ὥσπερ οἱ κάπηλοι κερασάμενοί γε οἱ πολλοὶ, καὶ δολώσαντες καὶ κακομετρȣ̃ντες.* A conſueta fraude aquam vino miſcentium, manauit, vox *ὑδαρὴς*, pro parum ſincero, et fraudulento. vt in Aeſchyli Agamemnone, *ὑδαρεῖ σαίνειν φιλότητι.*

καὶ ἐπὶ θέαν ἡνίκα] Corruptiſſimum locum minima mutatione, ſic emendandum cenſemus: *καὶ ἐπὶ θέαν ἡνίκα ἂν δέῃ, πορεύεσθαι, ȣ̓κ ἐῶν τοὺς υἱ' ἡνίκα δὲ πρόικα ἀφιᾶσιν οἱ θ.* Imperiti homines cum non poſſent legere illa *ȣ̓κ ἐῶν*, pepererunt nobis iſtud *ἀπιών*, quod huc nulla ratione quadrare poteſt. Iam ſupra diximus lucar Athenis pendi ſolitum ab iis qui locum in theatro habere vellent. cuius moris auctorem grammatici faciunt Periclem, quem aiunt primum feciſſe *τοὺς τόπους ὠνητȣ́ς.* Propterea viritim accipiebant de aerario certam pecuniam, vt haberent etiam pauperes vnde poſſent ſumptum illum facere, et locum ſibi ad ſpectandum emere, quod *θέαν ἀγοράζειν* vocabant. Inde tam multa apud oratores Atticos, Demoſthenem maxime, de pecunia theatro deſtinata. Hanc mercedem ei dabant qui hic vocatur *θεατρώνης*, apud Ariſtophanem *θεατροπώλης.* non ſunt enim, vt prima fronte poſſint videri, hae duae voces inter ſe relatae, ſed de eodem, etſi diuerſa ratione, dicuntur. *Θεατρῶναι* ſunt, redemtores theatrorum, qui facienda et extruenda ſubita theatra conducebant. conſtat enim veteres Athenienſes ſpectaſſe *ἀπὸ τῶν ἰκρίων.* Iidem mox in extructo theatro ſedes ſiue foros ſpectaturientibus vendebant. vnde dicti *θεατροπῶλαι, οἱ θέαν ἀπομισθοῦντες,* inquit Pollux [7,33].

Demo-

Demoſthenes, eum a quo ſedes erat emenda, architectum appellat, in ea pro Corona, et eius interpres vetus perſaepe, propter eam quam expoſuimus rationem. Duobus autem obolis ſpectabant Athenienſes. Demoſthenes pro Corona, *ἀλλ' ἐν τοῖν δυοῖν ὀβολοῖν ἐθεώρουν ἄν.* vbi mire turbat Graecus interpres, non raro nimis quam impeditus dicam, an imperitus? Ariſtophanes Veſpis, *Ἐγὼ δὲ τεθεώρηκα πώποτ' οὐδαμοῦ, Πρὶν ἐς Πάρον. καὶ ταῦτα δύ' ὀβολὼ φέρων.* Scholiaſtes: *Ἰκρίοις θεωροῦντες, τοὺς δύο ὀβολοὺς παρεῖχον.* Reperio tamen vnam aliquando drachmam dari ſolitam. Heſychius *Δραχμὴ χαλαζῶσα· ἐπὶ Διοφάντου τὸ θεωρητικὸν ἐγένετο δραχμή.* vide primam Olynthiacam, et ibi Vlpianum. Porro videntur hi theatrorum redemptores ſub finem ſpectaculorum facile quemvis gratis ſoliti eſſe admittere. id enim Theophraſtus iſto loco manifeſto innuit.

τὸ μὲν ἐκ τῆς πόλεως ἐφόδιον] Qui publice legati aliquo proficiſcebantur, accipiebant ex aerario legativum. Marcellinus in Hermogenem, *Νόμος τὸν πρεσβευτὴν λαβόντα παρὰ τοῦ ταμίου τὰ ἐφόδια ἄχρι τῶν τριάκοντα ἡμερῶν ἐξελθεῖν ἐπὶ τὴν πρεσβείαν.* Legatiui modus fuit, binae in ſingulos legationis dies drachmae. quod etſi paruum videatur ad noſtra tempora ſi referas: illis tamen temporibus magnum fuit. Indicio eſt Ariſtophanis iſte locus Acharnenſibus [1, 2. 23 ſſ.] *Ἐπέμψαθ' ἡμᾶς ὡς βασιλέα τὸν μέγαν, Μισθὸν φέροντας δύο δραχμὰς τῆς ἡμέρας Ἐπ' Εὐθυμένους ἄρχοντος. Αἰ οἴμοι τῶν δραχμῶν.* Romanorum veterum non diverſa fuit frugalitas, qui Tiberio Graccho rem agenti publicam extra vrbem, ſumptum diurnum aſſignarunt nouem obolorum. auctor Plutarchus. Hanc autem pecuniam, non tantum *ἐφόδιον*, vt hic et apud Demoſthenem, ſed etiam *πορεῖον* vocabant. Auctor Etymologici, *Πορεῖον, τὸ διδόμενον τοῖς πρεσβευταῖς περὶ τοῦ πορευ-*

πορευθῆναι εἰς πρεσβείαν ὥσπερ ἐφόδιον. Porro exemplum ſimilis βδελυρίας in Piſone exagitat M. Tullius.

4 τῷ ἀκολούθῳ ἐπιθεῖναι μ. φορτίον] Intelligit ſtragulam veſtem, et alia inſtrumenta viae, quae olim moris fuit iter facientibus ſecum deferre. cuius rei paſſim exempla ſunt in veterum monumentis. Has ſarcinas quae ςρωματόδεσμα Graecis vocantur, Senecae, *ſagma*, vnus aliquis validus ſeruus ἀναφόρῳ ſine aerumnulis religatas gerebat: vnus, inquam: plurium enim opera in eam rem vti mollis et delicati nimis habebatur. quare Aeſchines Demoſtheni vitio vertit, quod eum legatum ſequerentur duo ſerui cum duabus ſarcinis: συνηκολούθουν δὲ, inquit, αὐτῷ ἄνθρωποι δύο ςρωματόδεσμα φέροντες. videbatur enim hominis eſſe nimis mollis et effoeminati, tot rebus ad corporis cultum pertinentibus ſeruos onerare. Atque hoc ipſum in Romanis notat Seneca primo Naturalium quaeſtionum. *Adeo*, ait, *omnia indiſcreta ſunt peruerſiſſimis artibus, vt quicquid mundus muliebris vocabatur, ſarcinae viriles ſint: minus dico; etiam militares.* et Suetonius aliquot locis. Hunc ſeruum vocat Theophraſtus ἀκόλουθον, et ita Xenophon in tertio Commentariorum extremo: et alii. et ſane ἀκόλουθος erat, quia onuſtus herum ſuum ſequebatur. Sciendum tamen, proprie ἀκολούθους dici pueros, qui viros nobiles et honoratos, honoris cauſſa ſequebantur. Heſychius, Ἀκόλουθος, ὁ νεώτερος παῖς. θεράπων δὲ, ὁ περὶ τὸ σῶμα. Atque huiuſmodi elegantes pueros plures habere Athenis inuidioſum fuit: ac ne legibus quidem permiſſum, vt teſtatur Vlpianus in eam Demoſthenis contra Midiam. Melius hoc ſane et caſtius Athenienſes quam Romani: quorum nota eſt licentia effrenata, in alendis ornandiſque paedagogiis: de quibus non repeto quae ſunt a doctis hominibus obſeruata. Eapropter ſcribit Tatianus, Romanos ſolere παίδων ἀγέλας, ὥσπερ ἵππων φορβάδας συναγείρειν. Similis querela Clementis [Paedag. 3, 4] de ſui temporis hominibus,

οἰνο-

οἰνοχόων τε ὅμιλος ἀσκεῖται παρ' αὐτοῖς, καὶ μειρακίων ὡραίων ἀγέλαι, καθάπερ θρεμμάτων, παρ' ὧν αμέλγονται τὸ κάλλος.

μεῖζον φορτίον ἢ δύναται φέρειν] Quoniam plures ſeruos ſecum ducere ad ſarcinas portandas, et magni ſumptus res erat, et praeterea inuidiae obnoxia, vt modo dicebamus; propterea ſaepe eueniebat vt vnus ille qui duceretur, pondere iniquo oneraretur. quod genus iniquitatis, ita frequenter vſurpabatur ab Athenienſibus, aetate Ariſtophanis, vt comici eorum temporum, non aliud argumentum ſaepius in ſuis fabulis tractarint. In omnibus enim illorum comoediis erat ſemper miſellus aliquis ſeruus, qui onere preſſus clamaret Θλίβομαι, vel Πιέζομαι. Eam ob cauſam Ariſtophanes aequales ſuos comicos tanquam inſubidos, ineptos, et eadem ſemper chorda oberrantes caſtigat, cum in Ranis, tum in parabaſi illa elegantiſſima, quae eſt in Pace: et tamen idem ipſe poëta Paſiam ſimiliter querentem inducit in Ranis. vide initium eius fabulae.

ἐλάχιστα ἐπιτήδεια τῶν ἱκανῶν] Notabis *ἐλάχιστα* pro *ἐλάττω*. Ariſtoteles tertio Topico. *μάλιστα γὰρ τὸ στερεὸν ὑπὸ τὴν αἴσθησιν πίπτει τοῦ ἐπιπέδου. τὸ δ' ἐπίπεδον μᾶλλον τῆς γραμμῆς· γραμμὴ δὲ σημείου μᾶλλον.* et hic *μάλιστα* pro *μᾶλλον*. Idem, libro De ſenſu et ſenſili [c. 4], *χειρίστην ἔχομεν τῶν ἄλλων ζώων τὴν αἴσθησιν ταύτην. χειρίστην* dixit pro *χείρω*. Quare nihil opus emendatione, quod quibuſdam videbatur.

σαπρόν γε τὸ ἔλαιον ἐπρίω] Σαπρὸν oleum eſt, *τὸ πεπαλαιωμένον*, vetuſtate corruptum, ac rancidum, et cuius odorem nequeas perferre, vt ait Horatius [2 Sat. 2, 59] Graecis *ταγγὸν* proprie. ***Putre*** oleum dicere noluimus: qui praeſertim didiciſſemus ab Ariſtotele *τὰ λιπαρὰ* magnam partem eſſe *ἄσηπτα*. Atticis autem *σαπρὸν* et *νέον*, ſiue *νεαλὲς* ſaepe opponuntur: vbi ineptiſſime *σαπρὸν* ***putre*** reddideris, vt eſt a veteribus Graecis grammaticis obſeruatum. Sic *σαπρὸν οἶνον* inter-

pretan-

pretantur grammatici veteres, τὸν πρὸς τῷ τέλει ὑλώδη. et σαπρὸν λύχνον vocabant *lucernam quae non luceret.* B. Chryſoſtomus homilia IIII. in epiſtolam ad Timotheum, διὰ τῦτο καὶ σαπρὸν λύχνον ἐποίησας, πρὸς τὴν ἐγκεχειρισμένην θεραπαινίδα ἀεὶ λέγομεν. denique vt ibidem obſeruatur, σαπρὸν appellant Graeci quicquid eum praeſtare vſum non poteſt, ad quem eſt comparatum. Verba Chryſoſtomi ſunt: πᾶν ὃ μὴ τὴν ἰδίαν χρείαν πληροῖ, σαπρὸν λέγομεν.

καὶ τῶν εὑρισκομένων χαλκῶν] Χαλκοῦς accipe pro *quibuſuis parui pretii nummulis:* quales Athenis fuere et χαλκοῖ, quos *aeratos obolos*, Plautus dixit: et κόλλυβοι, et σίλαι, et κραπάταλλοι, quorum omnium mentio in comoediis. Tales apud Romanos lupini, et plumbei illi nummi, de quibus apud Plautum [Moſtel. 4, 2. 11] et Martialem [10 epigr. 74]. Raro autem Athenienſes aereos nummos cuderunt. vide Ariſtophanem Concionantibus, et eius ſcholia: necnon Athenaeum libro XV. [c. 3]. vbi de Dionyſio, cui cognomen Χαλκοῦς.

δεινὸς ἀπαιτῆσαι τὸ μέρος] Ἀπαιτεῖν, poſitum et hic, et paullo ante pro μεταιτεῖν. id enim proprie μεταιτεῖν eſt. Ariſtophanes, Ἄτ]' ἂν εἴσω τις φέρῃ, τούτων μεταιτεῖ τὸ μέρος. Sic apud Demoſthenem. Vel ἀπαιτεῖν accipe pro *vehementius petere, et quaſi flagitare: ab inuito* denique *per vim quodammodo extorquere tanquam debitum.* Αἰτεῖν eſt *poſcere quod gratiae apponatur acceptum.* ἀπαιτεῖν, *repetere quod ſibi debeatur.* Andocides orator, ταῦτα ὑμᾶς, εἰ μὲν βούλεσθε, αἰτῶ· εἰ δὲ μὴ βούλεσθε, ἀπαιτῶ.

κοινὸν εἶναι φήσας τον Ἑρμῆν] Olim apud Graecos cum duobus ſimul ambulantibus alter in via aliquid inuenerat, ſtatim alter, Κοινὸς Ἑρμῆς aiebat: partem rei inuentae his verbis ſibi vindicans. Heſychius, Κοινὸς Ἑρμῆς, παροιμία ἐπὶ τῶν κοινῇ τὶ εὑρισκόντων. Romani non multo aliter. Seneca epiſtola centeſima et vigeſima,

ſima, *Quoties aliquid inueni, non expecto donec dicas, In commune: ipſe mibi dico.* Lucianus in Votis vtriuſque formulae meminit: Κοινὸς Ἑρμῆς φασί· καὶ, Ἐς μέσον κατατίθει φέρων τὸν πλοῦτον. Notat hunc morem Leo Imperator, Conſtitut. LXX. Συνοδῖται πολλάκις οὑρήματι περιτυχόντες, εἰ καὶ μὴ κατ' ἴσον ἔβαλον ἐπ' αὐτὰ τὰς τῶν ὀμμάτων βολὰς, ὅμως διὰ τὴν ἐκ τῆς ὁδοιπορίας κοινωνίαν, κοινὴν τὴν τοῦ εὑρήματος κτῆσιν πεποίηνται. Affinis huic alia paroemia Graecorum, Σῦκον ἐφ' Ἑρμῇ. de qua Heſychius, et Euſtathius in Odyſſeam ή, [v. 121]. Notum eſt quid ſit ἕρμαιον. Plato Charmide, Ἕρμαιον, ἔφη, ὦ Σώκρατες, γεγονὸς ἂν εἴη ἡ τῆς κεφαλῆς ἀσθένεια τῷ νεανίσκῳ, εἰ ἀναγκασθήσεται etc. *In lucro,* inquit, *ponere debebit puer hic capitis morbum, ſi futurum eſt, vt per occaſionem ſanandi capitis, etiam mens ſanetur.* Interpres nouus etiam hic clara luce caecutiit. Sic etiam dicunt εὕρημα ποιεῖσθαί τι.

5 τὰ δὲ δὴ τοιαῦτα φειδ.] Lego, πρὸς πρὸς δὴ τὰ τοιαῦτα, φειδ. vel τά τε δὴ τοιαῦτα καὶ φειδ. hoc eſt: *Eiuſmodi homini, cum haec conueniunt quae diximus, tum illa quae ſequuntur.* ſic infra, capite περὶ δυσχερείας.

φειδωνίῳ μέτρῳ τὸν πύνδακα ἐκκεκρουμένῳ μετρεῖν] Mirificam lectionem. An vero quiſquam ita parum iudicio valet, vt putet moribus eius qui hic deſcribitur, hoc eſt, ſordidiſſimi hominis et auaritia perditi, conuenire, vt ſuis famulis diaria metiatur menſura, non dicam quae pertuſa ſit, et perpluat: ſed quae fundo omnino careat? id enim iſta lectio egregia prae ſe fert. Cur non eadem opera credat aliquis aquam ſe cribro haurire poſſe, aut Danaïdum πίθῳ continere? Sed res ipſa loquitur, nihil inquinatius iſta lectione, nihil infrunitius eſſe poſſe. quod non eſſe ab interpretibus animaduerſum, rem tam abſurdam, tam ineptam, mirarer ſi quiſquam eſſet qui non miraretur. Emendatio vero in promptu. Lege ἐγκεκρουσμένῳ, vel εἰσκεκρουμένῳ, aut εἰσκεκρουσμένῳ. nihil enim refert. Senſus ex verſione

apparet:

apparet: nititur haec emendatio noſtra, certiſſimis et γεωμετρικωτάταις rationibus. Eſt autem defoeda quae iſtis verbis notatur auaritia. Non deſunt hodieque qui ſimili artificio vtantur, dum vel oleum vel vinum, vel alia vendunt, quae menſura aut ſtannea aut ferrea menſurari ſolent. Id genus menſurarum videtur Theophraſtus φειδώνια μέτρα nuncupare. cum enim ex varia materia confici menſurae ſoleant, non omnis profecto huius fraudis eſt capax: ſed illa demum quae malleo tractari, flecti, ſubigique potis eſt. Talem igitur menſuram intelligit hoc loco Theophraſtus, et Phidoniam appellat, cum vulgo Athenienſium, ſine dubio. quamquam eius appellationis hodie rationem explicare non poſſumus. Nam etſi et Strabo noſter et veteres grammatici φειδωνίων μέτρων mentionem faciunt: nihil tamen extare memini, quod hunc mihi locum ſatis explanet: niſi quis putet φειδώνιον μέτρον hic dici menſuram illam, ſiue ἐλαιηρὸν ἀγγεῖον quod Athenis vocabatur φείδων, auctore Polluce [10, 46]. mihi quidem id non placet. Hoc igitur mittamus: illud teneamus, ſic eſſe vt emendaui, legendum. Pherecrates Λήροις [apud Polluc. 10, 22]. λαβοῦσα μὲν τῆς χοίνικος τὸν πμύνδακα εἰσέκρουσε. Non dubium ad eandem fraudem pertinere hunc Pherecratis locum. Iuuenalis [Sat. 14, 125], *Seruorum ventres modio caſtigat iniquo.* Similis Saluiani querela libro tertio. *Seruis*, inquit, *etiam ſi ſtipendia vſitata praeſtentur, conſuetudini haec magis quam ſufficientiae ſatisfaciunt: et ita implent canonem, quod non explent ſatietatem.* Εἰσκεκρουμένα ἀγγεῖα, aut ἐγκεκρουμένα, Ciceroni dicuntur *vaſa colliſa.* ſit enim colliſione ἡ εἴσκρουσις. ſic vocat Hippocrates ἐσπεφλασμένον et ἐμπεφλασμένον ὀστέον, quod ſit incuſſum, et ex colliſione intro ceſſerit. Aliud eſt ἀποκρούεσθαι quod de vaſis dicitur per colliſionem fractis, aut quibus vel labrum vel anſa vel emblema fuerit excuſſum. Ariſtophanes Acharnenſibus [2, 4. 53 ſ.] --- ἀλλά μοι δὸς ἓν μόνον.

Κοτυ-

Κοτυλίσκιον, τὸ χεῖλος ἀποκεκρυσμένον. Scholiaſtes exponit, ἀποκεκλασμένον. Legimus in hoc verſu comici κοτυλίσκιον, non, vt vulgo, κυλίσκιον, ſecuti auctoritatem Athenaei et Euſtathii. In Athenaei codicibus ἀποκεκομένον male legitur hodie ex gloſſa, pro ἀποκεκρυσμένον. Locus eſt libro vndecimo. [c. 8].

σφόδρα ἀποψῶν] Oppido quam belle conueniunt haec ſuperioribus. Eſt enim σφόδρα ἀποψᾶν, *boſtorio cumulum diruere, et demere ſtudioſe, quod menſurae ſupereſt.* Sic accipit Heſychius in ἀπομάκτρας. et apud Pollucem libro quarto [c. 23] τὰ ȣ̓ κατεψημένα μέτρα, quibus non eſt dirutus radio cumulus. In vetere Gloſſario ſic ſcriptum extat, ψηκτὸς μόδιος, *Raſus.* Lego ψηστός· eſt enim a ψάω. Dicitur et ἀπομάττειν. vnde apud Lucianum in Πλοίῳ choenix ἀπομεμαγμένη· et apud Syracuſanum poëtam, Οὐκ ἀλέγω μή μοι κενεὰν ἀπομάξῃς· quem locum ne pluribus nunc exponam, non ſolum librorum, ſed et otii inopia facit. raptim enim iſta, et in itinere ſcribebamus. Inde ἀπόμακτρα, ſiue ἀπόμακτρον *radius.* quod et ἀπόψηστον, et ῥόχανον dixerunt. Reperio et ἀποψήκτιον in veteri Gloſſario inter interpretationes vocis *ruplus*, ſiue *replus.* de quo alias. Contrarium τῷ ἀποψᾶν eſt κορύσσειν. Gloſſarium, κορυστὸς μόδιος *cumulatus.* docte ſane. Heſychius, Κορυστὸν, ἐπίμεστον. minus recte ibi vulgo, κορυτόν. Idem grammaticus κορύσσειν paullo ante exponit αὔξειν, *amplificare, cumulare.* quae interpretatio cônuenit huic loco Pindari in Pythionicis [od. 8], Ϛίον κορυσσέμεν ὀρθοβȣ́λοισι μηχαναῖς. Opponitur etiam τῷ σφόδρα ἀποψᾶν verbum σαλεύειν, quod grato debitori quadrat, qui non eadem tantum, ſed cumulatiore etiam, menſura quod accepit vult reddere. D. Lucas capite ſexto [v. 38], μέτρον καλὸν, πεπιεσμένον, καὶ σεσαλευμένον, καὶ ὑπερεκχυνόμενον, δώσουσιν εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν. cuius loci ſingularis mihi ſemper et admirabilis viſa eſt elegantia. Obſeruauimus etiam apud poëtas affinem huic vocem,

σαλάττειν, pro *implere aliquid largiter.* proprie tamen eſt *mouere, concutere*, idem quod σαλεύειν. Leonidas poëta epigrammatarius in Anacreontem [Anthol. 4, 27] Πρέσβυν Ἀνακρείοντα χύδαν σεσαλαγμένον οἴνῳ Θάεο. *En*, inquit, *Anacreontem vino ita obrutum atque impletum, vt etiam redundet et diffluat.* Heſychius, Σαλάξαι, κατακλύσαι, κινῆσαι. perperam enim in vulgatis codicibus, κατακλῆσαι. Macedonius libro ſexto Graecorum epigrammatum [c. 5], Κισσοκόμα Βρομίῳ σάτυρον σεσαλαγμένον οἴνῳ Ἀμπελοεργὸς ἀνὴρ ἄνθετο Ἀηναγόρας.

ὑποπρίασθαι φίλου ἐπιλαβὼν ἀποδόσθαι] Videntur hic voculae quaedam deeſſe, quas ſine libris ſupplere non erat opis noſtrae: ac ne officii quidem fortaſſe erat. diuinationis enim res eſt, non eruditionis, aut ingenii. Capiat igitur, qui volet, per me quidem coronam, et incipiat hic ariolari. nos Oedipi non ſumus. Fuit cum legebamus ὑπέγγυόν τε παρὰ φίλου τὶ λαβὼν, ἀποδόσθαι. vt hic notetur duplex βδελυρία iſtius. Altera, quod mutuo dans aliquid amico ſuo, pignus ab eo accipit: altera, quod id ipſum pignus mox vendit, ſicut facere ſolent difficiles et inhumani creditores, ſi debitum ſua die non fuerit ſolutum. Nae qui hunc locum primi deprauarunt, digni fuerunt, quibus pro hac noxia multae praegnantes infligerentur plagae cum hoc ſuperdicto, Μὴ κακούργει τὰ τῶν Μουσῶν.

ἔλαττον τέτρασι δραχμαῖς ἀποδιδόναι] Apud Latinum comicum Dordalus leno in Perſa [4, 6 init.] ſexaginta minas ſoluturus, duos nummos retinet: vt ille quidem ait, pro crumena: re autem vera, ea cauſa erat quam hic Theophraſtus notat. Propterea ait Toxilus, *Sine quaeſo quando leno'ſt, nihil mirum facit.*

καὶ φράτορας ἑστιῶν] Quemadmodum apud Romanos fuere dies curiae, vt Cicero [Orat. 1, 7] vocat, hoc eſt, curialium conuiuia: ita etiam apud Athenienſes: fuitque hoc, χορηγίας vnum genus, e quampluriimis

quae

quae in ea Republica fuerunt. vide Harpocrationem in voce Ἡϛιάτωϱ, et Demoſthenis orationem contra Midiam, et eius interpretes multis locis. Moris etiam fuit vt ſeptima decimaue die poſtquam aliquis infans erat natus, celebrarentur eius nominalia, et conuiuio exciperentur curiales. quo putet fortaſſe aliquis haec pertinere, propter verba ſequentia. verumtamen poſſit et ad priorem morem commode referri.

ἡμίση τῶν ϱαφανίδων ἀπογϱάφεϑαι] Iam protulimus ex Ariſtophanis Ranis, τίς τὴν κεφαλὴν ἀπεδήδοκε τῆς μαινίδος; item, ποῦ τὸ σκόϱοδον τὸ χϑεσινόν; τίς τῆς ἐλάας παϱέτϱαγε; vide ad ſuperius caput. Plautus Perſa [2, 3. 14 ſſ.], *Nam id demum lepidum eſt, triparcos homines vetulos, auidos, aridos bene admordere, qui ſalinum ſeruo obſignant cum ſale.* Iuuenalis vero elegantiſſime de ſordido homine loquens, ſatira decimaquarta [v. 126 ſſ.], *Ipſe quoque eſuriens; neque enim omnia ſuſtinet vnquam mucida caerulei panis conſumere fruſta: heſternum ſolitus medio ſeruare minutal Septembris: nec non differre in tempora coenae alterius conchem, aeſtiui cum parte lacerti ſignatam, vel dimido putrique ſiluro, filaque ſectiui numerata includere porri.* Lucianus de quodam e coena domum reuerſo, ἀϱιϑμῷ παϱαλαβὼν τὰ κϱέα, ὁπόσα τῷ παιδὶ κατόπιν ἐςῶτι παϱαδεδώκει, καὶ ἐπισημηνάμενος ἐπιμελῶς, τὸ ἀπ᾽ ἐκείνȣ καϑεύδει.

AD CAPVT XII

ΠΕΡΙ ΑΚΑΙΡΙΑΣ

Ἡ μὲν ȣ̓ν ἀκαιϱία] Appellat Theophraſtus ἀκαιϱίαν, vitium ei virtuti oppoſitum, quae εὐκαιϱία vocatur, et ita a Platone definitur. Εὐκαιϱία χϱόνȣ ἐπίταξις, ἐν ᾧ χϱὴ παϑεῖν ἢ ποιῆσαι. cui definitioni ſimillima eſt ἡ τȣ̃ καιϱοῦ apud eundem. Καιϱός eſt, inquit,

ἐν ᾧ ἕκαστον ἐπιτήδειον παθεῖν ἢ ποιῆσαι. Stoici non εὐκαιρίαν, ſed εὐταξίαν, vt auctor eſt in Officiorum libris [1,40] M. Tullius, hanc virtutem appellabant: ipſe Tullius, *ordinem rerum, et temporum opportunitatem,* vel vno nomine *modeſtiam.* modeſtiae enim nomine complectitur ille tam μετριότητα, quam εὐταξίαν. duplicem namque facit modeſtiam: alteram, in qua modus ſpectatur: ea eſt μετριότης· alteram, in qua ordinis conſeruatio: ea eſt, vt diximus, Stoicorum εὐταξία. neque dubium eſt, Ciceronem duabus dictionibus fuiſſe vſurum, ſi potuiſſet, hoc eſt, ſi tuliſſet Latini ſermonis paupertas. Modeſtiam hanc, ſiue εὐταξίαν, definiri ait ille a Stoicis, vt ſit, *ſcientia earum rerum quae aguntur aut dicuntur ſuo loco collocandarum.* recte ſane et eleganter. Andronicus noſter, ſic: Εὐταξία, ἐμπειρία καταχωρισμοῦ πράξεως ἢ, ἕχουσα τοὺς καταχωρισμοὺς πράξεων. Non potuit rotundius vis Graecorum verborum exprimi, quam vt fecit Cicero. Adiicit Andronicus et aliam definitionem, ἡ περὶ τὰς πράξεις ἔχουσα τὸ βέβαιον. alludit horſum Tullius, *Talis eſt igitur* (ait) *ordo actionum adhibendus, vt quemadmodum in oratione conſtanti, ſic in vita omnia ſint apta inter ſe et conuenientia.* Τὴν ἀκαιρίαν idem auctor *inſcientiam temporum* elegantiſſime vertit. *Importunitatem* vero caue dixeris. In ſchida manu exarata reperi hanc ἀκαιρίας definitionem: Ἀκαιρία ἐστὶ λῆψις καιροῦ κατ' ἐπιτυχίαν προθυμίου τοῦ ζητουμένου.

ἐστιν ἐπίτευξις] Nihil mutandum. Attici ἐπιτυγχάνειν pro ἐντυγχάνειν vſurpant. vt Plato ſexto Legum. ergo etiam ἐπίτευξις, pro ἔντευξις.

καὶ δίκην ὠφληκότα ἐγγύης] Hoc veteres Latini dixiſſent, *Eum qui ſponſionem exactus fuerit.* Plautus *Quas ſponſiones pronuper tu exactus es.* Cicero [Trinum. 2, 4. 26]: *qui quod pro alio ſpopondiſſet, coactus fuerit dependere.* At κελεύειν αὐτὸν ἀναδέχεσθαι eſt *ſponſum vocare.* Horatius [2 ep. 2, 67], *Hic ſponſum vocat, hic*

hic auditum ſcripta. Notum quid ſit ἀναδέχεσθαι. inde, ἀνάδοχος. Gloſſarium, *Praes,* ἔγγυος, ἀνάδοχος. alibi, *Vades,* ἔγγυοι, ἀνάδοχοι.

2 δεινὸς δὲ καὶ προσάγειν ὠνητὴν] Mos fuit Athenis, vt qui vellent aliquid vendere, certorum hominum opera vterentur ad reperiendum emptorem. Eos homines Dinarchus et Iſaeus, ait Pollux [7, 2], προπράτορας vocarunt: Ariſtophanes προπώλας· Plato προπωλοῦντας. Hodie quoque multum illis mercatores vtuntur: vocanturque vulgo Italico, vt opinor, vel Hiſpanico nomine *curſitatores.* De iis accipiendus eſt iſte locus: itemque hic Platonis in duodecimo De legibus, vbi de fideiuſſoribus diſputans, Ἐγγυητὴς μὲν δὴ, inquit, καὶ ὁ προπωλῶν ὅ, τι ἂν τοῦ μὴ ἐνδίκως πωλοῦντος ἢ καὶ μηδαμῶς ἀξιόχρεω. ὑπόδικος δ' ἔστω, καὶ ὁ προπωλῶν, καθάπερ ὁ ἀποδόμενος. *Fideiuſſor eſto qui rem alienam vendit, eius qui non iure vendat, aut qui non ſit futurus auctor idoneus. Tenetor ergo euictionem praeſtare, tam is qui rem alienam vendit, quam is cuius res eſt.* Statuit philoſophus, vt ὁ προπράτωρ qui aliquid emendi cuipiam auctor fuerit, habeatur pro fideiuſſore: adeo vt ſi res empta, fuerit ab emptore euicta, (vtpote quod venditor parum bona fide eam poſſideret) liceat emptori cum proxeneta et parario in iudicio experiri, non ſecus ac cum eo cuius res eſſe tum dicebatur cum vaeniret. Haec mens Platonis. Romae quoque, vt Vlpianus docet, venditores aliquando fideiuſſorem interponebant. quem, ait ille, vulgo auctorem ſecundum vocabant. Gloſſarium, *Secundus auctor,* βεβαιωτής. Sic etiam per interceſſorem aes alienum faciebant, vt indicat Seneca epiſtola CXX. et libro II. De beneficiis. meminit et libro III. vide epiſtolam Alciphronis: quae incipit Μέγα *etc.* et apud IC. de proxeneticis libro I. Pandectarum.

ἀνίστασθαι ἐξ ἀρχῆς διδάσκων] Sic capite ſequenti, οἷος ἐπαγγέλλεσθαι ἀναστάς, ſumptum a more qui in

 con-

concione et curia ſeruabatur. nam qui verba facturi erant, ſurgebant.

καὶ θύοντας καὶ ἀναλίσκοντας ἥκων] Lege *ὡς θύοντας*. hoc eſt, *πρὸς θύ.* Iam *ἀναλίσκειν*, non eſt ſimpliciter *ſumptus facere*, vt putarunt interpretes: ſed *comedere atque epulari.* Sic enim accipi illam vocem, vel ex vno Athenaeo notius eſſe poteſt, quam vt moneri quisquam debeat. Sic et *δαπανᾷν* vſurpant. Xiphilinus de Vitellio, *τὸ πλεῖστον τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς ἐδαπάνα.* et *δαπάνη* pro *cibo*, recentioribus Graecis. Mauricius libro XI. *φέρει δίψης καὶ δαπάνης ἔνδειαν.* idem in verbo *conſumere* eſt apud Latinos.

τόμον ἀπαιτήσων] Ne hic quidem *τὸ ἀπαιτεῖν* vſitatam ſignificationem retinet, quae eſt, *repoſcere rem ſuam:* ſed *ἀπὸ* ita accipi debet, vt in *ἀπελπίζειν* apud Euangeliſtam [Luc. 6, 35]: vtque in *ἀπεσθίειν*, et aliis accipi debere fuſe docet Athenaeus [16, 16]. Notum eſt autem conuiuia rem ſacram ſolita olim comitari: aut ſi conuiuium celebrare nollent, e victima partes ad amicos mittebant. Theocritus Bucoliaſtis, - - *καὶ τὺ δὲ θύσας ταῖς Νύμφαις, Μόρσωνι καλὸν κρέας αὐτίκα πέμψον.* Plautus Milite [3, 1, 116], *Sacrificant? dant inde partem maiorem mihi quam ſibi.*

3 *καὶ παρὼν διαίτῃ συγκρίνειν*] Intempeſtiua commemoratione iuſtorum alterius partis: quorum commemorandorum non id eſt tempus, ſed id potius, quando apud iudicem res agitatur. Ibi enim ſtricto iuri, hic aequitati, locus eſt. Peccatur igitur ab iſto inſcitia temporis. Hoc moneo, quia poterant haec viderī ad *περιεργίαν*, de qua capite ſequenti, referenda.

καὶ ὀρχησάμενος, ἀψ.] Omnino *ὀρχησόμενος* legendum. Vt ait Cicero [pro Mur. 5], ſaltatio, comes erat extrema conuiuii tempeſtiui. cum enim erant bene ſaturi, ac bene poti, tum ad ſaltandum animum appellebant. Supra nota erat *ἀπονοίας*, ſiccum, necdum vino plenum ſaltare. Dion Chryſoſtomus in oratione

ad

ad Alexandrinos: τὰς μὲν ἄλλας ἀνθρώπους ἡ μέθη πρὸς ᾠδὴν τρέπει καὶ ὄρχησιν· παρ' ἡμῖν δὲ τοὐναντίον ἐστίν. ἡ γὰρ ᾠδὴ μέθην ἐμποιεῖ καὶ ὄρχησιν. De ſaltandi ſtudio antiquorum, Athenaeus [1, 19 et 14, 6], Lucianus, Macrobius, alii.

AD CAPVT XIII

ΠΕΡΙ ΠΕΡΙΕΡΓΙΑΣ

Ἀμέλει περιεργία δόξειεν ἂν εἶναι] Parum videtur vitium iſtud a blanditia, de qua dictum ſupra, differre: differt tamen. Blando enim homini, vt eum nobis definiit Theophraſtus, ſcopus eſt propoſitus delectare omnes, nemini moleſtus eſſe, in ſermonibus quotidianis omnium offenſionem vitare. Hoc ſi aſſequitur homo blandus, habet ille tota quod mente petebat, eſtque eius voto abunde ſatisfactum. At is quem περίεργον Theophraſtus hic vocat, magis ad naturam adulatoris accedit. habet ſane hoc cum illo commune, quod cum officioſus admodum videri cupiat, ineptam tamen eius rationem init. fine etiam ac ſcopo parum ſaepe diſtant. vterque enim alius gratiam cupit, non virtutis amore, ſed quia ſic ſuis rationibus conducere exiſtimat. Omnino paruo interuallo ſeparantur haec tria, adulatio, blanditia, et περιεργία. quae eſt officium ab eo profectum in quo non eſt affectio ſed affectatio, vt cum Tertulliano dicam. Hanc poſſis cum Cicerone [pro Caec. 5], *fictum officium*, et *ſimulatam* vel *ineptam ſedulitatem* dicere: Horatio ſimpliciter *ſedulitas*, in illo [2 ep. 1, 260], *Sedulitas autem, ſtulte quem diligit, vrget.* Poſſis et *ambitionem*, Latiniſſime. *Officium ſuperuacuum* dicere cum interpretibus non placuit. nam τὸ περὶ in hac voce non tam quod ſuperuacaneum eſt et non neceſſarium, notat, quam id quod abundans eſt nimis et afflu-

ens et exſuperans, ſicut in alia voce recte explicat A. Gellius [1, 22.] *Curioſum officium* potius dixerim: vt loquitur Tertullianus, etſi in alia re.

ἐπαγγέλλεσθαι ἀνας̇ὰς, ἃ μὴ δυνήσεται] Accidere multis ſolet vt rogati aliquid, cui praeſtando pares ſe non eſſe probe ſciant, nihilominus tamen id in ſe recipiant, et operam ſuam prolixe polliceantur. ſic miſeri in laqueos ipſi ſe induunt, vnde mox extricare ſe ſaluo pudore cum cupiant, nequeant. Eius rei duplex cauſa eſſe ſolet: vel quod pudet multos imbecillitatem virium ſuarum, et pauperiem ſuam denudare: vel quod ita nati ſunt, vt denegare quicquam rogati non ſuſtineant, impediente illos pudore quodam ſubruſtico, et plane inepto, quem δυσωπίαν vocant Graeci. de quo legat decori et honeſti ſtudioſa iuuentus pulcherrimum Plutarchi commentarium. reperiet multa quae ad περίεργον hunc pertineant. Hi ſunt de quibus Seneca [de benef. 2, 1] *Multos*, inquit, *liberales facit frontis imbecillitas.* Neque aliena hinc illa Charini apud Terentium querela [Andr. 4, 1. 5 ſſ.] - - *id genus eſt*, ait, *hominum peſſumum in denegando modo queis pudor eſt paululum: Poſt vbi iam tempus eſt promiſſa perfici, tum coacti neceſſario ſe aperiunt, et timent, et tamen res cogit eos denegare.*

ἔν τινι ςὰς ἐλεγχθῆναι] Senſum, puto, expreſſimus. verba autem valde ſunt deprauata. Arbitror autem locum eſſe mutilum: ideoque non ἐξ ἀφαιρέσεως, ſed προσανατροφῇ potius curandum. Ita igitur expleo, ἔν τινι ςὰς, δεικνύειν ὡς ȣ̓χ οἷόντε ἐλεγχθῆναι. Si quis malit referre ad eum cui nulla probatio ſatisfacit, neque acquieſcit iis quae omnes eſſe vera fatentur, ita erit legendum, ἔν τινι ςὰς, δεικνύειν ὡς οἷόντε ἐλεγχθῆναι. Moleſti autem eſſe ſolent qui in re clara haerent: et a Latinis nodum in ſcirpo quaerere dicuntur. Lucilius, *Nodum in ſcirpo inſane facere vulgus.* Terentius [Andr. 4, 4. 40 ſ.] *at mihi vnus ſcrupulus etiam reſtat, qui me male*

male habet. P. *dignus es.* *Cum tua religione odium: nodum in ſcirpo quaeris.* Cicero [pro Caec. 5] Aebutium cui perſonam hominis περιέργου imponit, appellat *cognitorem viduarum, defenſorem nimium litigioſum, concitum ad rixas.*

καὶ διεγείρειν τοὺς μαχομένους] Non damno hanc lectionem. optime enim conuenit homini inepte officioſo. Tales autem multi paſſim reperiuntur, qui contendentes amicos rixanteſque, ſuis acclamationibus ἰὴ, ἰὴ παιῆον, accendant potius quam vt eos diremptum eant. quod erat veri amici officium. Sed nec διείργειν, quod aliquando in mentem mihi venerat, penitus damno: vt nimirum intelligamus, ineptum iſtum hominem, cum aliquos videt inter ſe certantes, ſiue id verbis fiat, ſiue armis, (vtroque enim modo verbum μάχεσθαι accipi poteſt) temere ſe in eorum contentiones immiſcere: quaſi pacificaturus illos ſit: cui tamen praeſtando auctor non ſit futurus idoneus, Διείργειν ergo erit *certantes inter ſe dirimere:* quomodo accepit Plato in nono De legibus.

μὴ δύνασθαι εὑρεῖν οὗ πορεύεσθαι] Scribe οἷ, vel ᾗ paſſim ita peccatur. Cum ait Theophraſtus μὴ δύνασθαι εὑρεῖν, ſcite et venuſte exprimit ἀγωνίαν aeſtumque hominis in biuio haerentis. Oppianus poëta doctiſſimus Ἁλιευτικῶν libro tertio [v. 501 ſſ.] - - ἴκελος ἀνδρὶ κείνῳ ὅς ἐν τριόδοισι πολυτρίπτοισι κυρήσας ἔστη ἐφορμαίνων· κραδίη δέ οἱ ἄλλοτε λαιὴν, ἄλλοτε δεξιτερὴν ἐπιβάλλεται εἰς ὁδὸν ἐλθεῖν. Παπταίνει δ᾽ ἑκάτερθε· νόος δέ οἱ ἠΰτε κῦμα Εἱλεῖται, μάλα δ᾽ ὀψὲ μιῆς ὠρέξατο βουλῆς.

2 πότε μέλλει παρατ.] Non tulit rex Antigonus περιεργίαν iſtiusmodi, ne in filio quidem: a quo cum eſſet aliquando interrogatus: *Quando ſumus caſtra moturi?* reſpondens ille, *Quid*, inquit, *vereris ne tubae ſonum vnus omnium non audias?* Caeterum videntur duces Athenienſium ſcripto ſoliti ſignificare, quid opus

k 5 facto,

facto, ſuis centurionibus et tribunis. Vide Suidam in *πινάκιον*.

τῷ πατρὶ εἰπεῖν] Non quo matrem deferre aut accuſare apud patrem velit: ſed vt patrem admoneat tempus eſſe vt cubitum eat, ne ſit matri iam cubanti imo iam dormire incipienti, longior exſpectatio moleſta. *Δωμάτιον* eſt *κοιτὼν*, *thalamus* ſiue *cubiculum*, vbi erant lecti cubiculares diuerſi a tricliniaribus. Plato III. De republica, de Ioue loquens, libidine inflammato, *καὶ οὕτως ἐκπλαγέντα ἰδόντα τὴν Ἥραν, ὥστε μηδ᾽ εἰς τὸ δωμάτιον ἐθέλειν ἐλθεῖν, ἀλλ᾽ αὐτοῦ βουλόμενον χαμαὶ ξυγγίνεσθαι.* Ex iſto loco Platonis apparet quare dicatur vxor maritum exſpectare *ἐν τῷ δωματίῳ·* et quanta ſit filii *περιεργία* iſta curare, et matri ſuae pene dixerim lenocinari. Caeterum vocem *δωμάτιον* id ſignificare quod diximus, cum ſit indubitati iuris: (Heſychius diſerte alicubi explicat *κοιτὼν*) obſeruauimus tamen, doctiſſimos viros ſaepe hac illius notione non obſeruata, grauiter peccare. vertere enim paſſim *domus*, aut neſcio quid aliud, contra auctoris ſui mentem. Exempla reperies in Plutarchi Catone, in eiuſdem Cimone, item Alexandro, Caeſare, Catone Vticenſi, Demetrio, Antonio, et aliis locis apud eundem magnum ſcriptorem: vbi fere ſemper offendunt interpretes. quod in rudiorum iuuenum gratiam, non in doctorum hominum contumeliam dictum ſit.

ὅπως μὴ δώσει οἶνον τῷ καλλωπιζομένῳ] Placet quod docti viri excogitarunt, *μαλακιζομένῳ*. Videamus tamen num minore mutatione in integrum vulgata lectio queat reſtitui. Quid enim ſi ita ſcribamus? *ὅπως μή τῳ δώσει οἶνον, καλλωπιζόμενος, καὶ φήσας βούλ.* *Τῳ* eſt, *alicui*, nempe aegroto: quem planius illa mox deſignant, *τὸν κακῶς ἔχοντα.* at *καλλωπιζόμενος* eſt, *inepte ſe illi venditans.* nam quia ſolus ex omnibus domeſticis et amicis aegroti voluntati morem gerit, hoc iſte ſuum in illum ſtudium oſtentat et venditat: homo praepoſterus,

qui

qui id ſibi gratiae apponi velit quod iuſta reprehenſione dignum ſit. Ita poſſe accipi verbum καλλωπίζεσθαι, docti non negabunt. ſic apud Plutarchum in Antonio, ἐγκαλλωπίζεσθαι τοῖς αἰσχροῖς *oſtentare tanquam pulchra, quae ſint turpia.* Omnino iſtam vocem mordicus retinendam cenſeo: vel propter effatum Coi ſenis, qui in lib. Περὶ ἰητρȣ̃, vere et eleganter, ζητεῖται ὁ νοσέων, inquit, ȣ̓ καλλωπισμὸν, ἀλλὰ τὸ συμφέρον. Verum de hoc loco Theophraſti amplius cogitemus. Fortaſſe verum eſt quod in margine vnius e Palatinis codicibus erat adnotatum καυματιζομένῳ. id erit, *febri ardente laboranti.* tunc enim maxime aeger vino abſtinere ſinitur, quando ipſum febris illud genus habet, quod καῦμα vel καῦσον medici appellant. At illud εὐτρεπίσαι quod ſtatim ſequitur, non eſt *hortari* aut *inducere*, vt docti homines putant: ſed quod Hippocrates μετεωρίζειν dicere ſolet, hoc eſt, *aegrotum in lecto iacentum attollere, et ita componere, vt poſſit commode bibere.*

3 καὶ γυναικὸς τελευτησάσης] An τῆς ἰδίας? an τῆς τȣ̃ πλησίον καὶ φίλου? vtroque enim modo poſſis accipere. Quanta fuerit veterum περιεργία et ambitio in titulis cipporum, res ipſa indicat. Plato vero vt huic *ambitioni ſtultae*, vt vocat Tertullianus; *humanae*, vt Plinius; obuiam iret, legem hanc inter caeteras ferebat, Ne cui liceret tumulo cuiuſquam longiorem quatuor verſibus heroicis titulum inſcribere. libro XII. De legibus.

ὅτι καὶ πρότερον πολλάκις ὀμώμοκε] O hominem non ſolum περίεργον, ſed plane vacui capitis, et, vt ait Pindarus, λευκῶν φρενῶν! Vult hic iuriiurando quod adigitur fidem aſtruere, et ait ſaepius iuraſſe ſe. non poterat melius probare quanto haberet neglectui iurisiurandi religionem: quae quidem in non iurando, aut quam rariſſime iurando maxime ſita eſt. vix eſt enim, vt qui ſaepe iuret, non interdum peieret. Quare optimo ſane conſilio Theophraſtus ſupra inter hominis perditi profligatique notas hanc cum primis numerabat,

quod

quod facile et leues ob cauſas iuraret. Scite et eleganter Hierocles, Σέβου, inquit, τὸν ὅρκον, τῷ μὴ προχείρως αὐτῷ καταχρῆσθαι, ἵν' ἐθισθῇς εὐορκεῖν, ἐκ τοῦ μὴ ἐθισθῆναι ὀμνύναι. Eſt enim veriſſimum quod Philo Iudaeus ait De decem praeceptis Legis, Φύεται ἐκ πολυορκίας ψευδορκία, καὶ ἀσέβεια. et alibi idem, οὐ πίστεως ἡ πολυορκία τεκμήριον, ἀλλ' ἀπιστίας ἐστὶ παρὰ τοῖς εὖ φρονοῦσιν. Exemplum huius ſtultitiae in his verſibus lepidiſſimi Menandri, Γλυκέρα τί κλαίεις; ὀμνύω σοι τὸν Δία Καὶ τὴν Ἀθηνᾶν φιλτάτη, ὀμωμοκὼς Καὶ πρότερον ἤδη πολλάκις.

AD CAPVT XIIII

ΠΕΡΙ ΑΝΑΙΣΘΗΣΙΑΣ

Ἔστὶ δὲ καὶ ἡ ἀναισθησία] Eſt hoc vitium τῆς διανοίας, neque ad mores proprie refertur. opponitur enim ei virtuti διανοητικῇ, quam Graeci ἀγχίνοιαν, Latini, puto, *ſolertiam* appellant. quemadmodum autem ſtupiditatem definit Theophraſtus *tarditatem mentis*, ſiue *animi*: ſic Platoni in Charmide definitur ἀγχίνοια ὀξύτης τις τῆς ψυχῆς. de eadem habes apud Ariſtotelem, et in VI. Nicomacheorum [c. 10], et in priore Poſteriorum, et alibi. Sed nolo praetermittere eiuſdem definitionem, quae eſt in libello Andronici, Ἀγχίνοια, inquit, ἐστιν ἕξις ἐξ ὑπογυίου τὸ καθῆκον εὑρίσκουσα, καὶ καταστοχαζομένη τοῦ δέοντος. quae prorſus huic loco eſt accommodata. Suetonius, in Claudio [c. 39], ſtuporem de quo noſter, μετεωρίαν καὶ ἀβλεψίαν elegantiſſime vocauit. Vulgo qui eſſent eiuſmodi audiebant ἄσπλαγχνοι. Galenus libro III. De dogmate Hippocratis et Platonis, οὓς ἂν εἰς ἀναισθησίαν παντελῆ σκώψαι βουληθῶσιν, ἀσπλάγχνους ὀνομάζουσιν. idem ſcribit et alibi. In ſacris litteris et libris patrum εὔσπλαγχνος idem

idem eſt atque ἐλεήμων. Eſt vero ſingulare *ἀναισθησίας* exemplum in eo qui aſino vehens, cum plureis duceret, vnum ſibi furto periiſſe ſerio querebatur, illum nempe cui inſidebat. Eſt in ore vulgi fabula: ſed vt rem geſtam narrat Galenus in libris De vſu partium.

καὶ ταύτην εἰσιέναι μέλλον] Dicitur *εἰσιέναι τὴν δίκην*, is qui admittitur ad cauſſam apud iudicem dicendam, ſiue coniiciendam, vt veteres loquebantur. Dicunt autem vtroque modo: et ὁ φεύγων, ſiue ὁ διώκων, *μέλλει εἰσιέναι τὴν δίκην ἢ γραφήν*· et *ἡ δίκη μέλλει εἰσιέναι*. ſic enim orator cum in ea Κατὰ Μειδίου tum in *πρὸς Φορμίωνα*.

2 *καὶ ἐπὶ θάκου ἀνιστάμενος*] Legebam olim *ἀπὸ θάκου*, et ad huius loci illuſtrationem ita diſſerebam. Si nihil aut deeſt, aut corruptum hic eſt, ſenſus erit huiuſmodi. Solet iſte ſtupidus ac ſtolidus, cum nocte tota ſe cibis ſupra modum onerauerit, poſteaquam in theatrum venit, vino ſomnoque ſepultus iacere: vix vt tandem euigilet, vt ſero domum ſuam reuenire inſtituat, quo quidem in itinere ſaepe accidat vt aberrans a foribus ſuis, et incautius ad vicini aedes accedens, a mutis cuſtodibus qui ad veſtibulum excubias agunt, mordeatur. Optime autem concinit hoc ei quod modo dicebat, ſolitum *τὸν ἀναίσθητον*, in theatro dormientem ſolum relinqui. Θάκος eſt theatrum, aut alius locus in quo ſederi vulgo ad ſpectandum ſolet. *θάκοι* enim ſunt *ſedes* et *ſubſellia theatrorum*. Latini, vt notat Liuius [1, 35], *foros* appellabant. itemque *ſpectacula*, cum ipſe Liuius tum alii. melius Graeci *θεωρεῖα*. vide Heſychium in *ἰκρίον*. Atticum autem eſt, locum vbi multae ſeſſiones et *θάκοι* ſint, appellare *θάκον*. Scholiaſtes Ariſtophanis in Nebulas, *Θάκος καλεῖται ὁ τόπος Ἀττικῶς, ἔνθα πολλοὶ συνέρχονται σκεψόμενοι.* Sic alia loca vocabant Athenienſes ab iis rebus quae ibi multae erant aut multum. Sic exempli cauſa ἔλαιον vocabant vbi venale proſtabat oleum. Menander, *ἀναμενῶ σε πρὸς τοὔλαιον. μύρον* myropolium.

lium. vt in Ariſtophanis Equitibus, *τὰ μειράκια, τὰ ἐν τῷ μύρῳ καθήμενα. πεσσὲς, τὸ κυβεῖον*, vbi calculis vel talis ludi ſolet. qui locus Ciceroni. [1 ep. 13 ad Att.], *ludus talarius;* Auguſto apud Suetonium [c. 71] *forum aleatorium* dicitur. Euripides Medea [v. 67. ſſ.], Ἤκουσά του λέγοντος ὀ δοκῶν κλύειν Πεσσὲς προσελθὼν ἔνθα δὴ παλαίτατοι, Θάσσουσι. Scholiaſtes: Ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς τόποις ὠνόμαζον τοὺς τόπους πεσσὲς γὰρ νῦν καλεῖ τοὺς τόπους τῶν κυβευτῶν, ὡς ἔψον καὶ μύρα ἔνθα ταῦτα συνήθως ἐςίν. Pollus quoque [10, 5] notat dixiſſe poëtas comicos *εἰς τὸν οἶνον, εἰς τοὔψον, εἰς τοὔλαιον, εἰς τὰς χύτρας, εἰς τὰ σκόροδα*. et id genus alia. Ita debes accipere in hoc Alexidis loco apud Athenaeum [3, 23], Τοῖς ἰχθυοπώλαις ἐςὶν ἐψηφισμένον ὥς φασι, χαλκῆν Καλλιμέδοντος εἰκόνα Στῆσαι Παναθηναίοισιν ἐν τοῖς ἰχθύσι. falluntur enim ibi interpretes, dum non animaduertunt dictum eſſe ἐν τοῖς ἰχθύσι pro *in foro piſcatorio*, qui locus Plutarcho in Hyperide, ἰχθυόπωλις ἀγορὰ nominatur: ſicut eidem in Timoleonte ἀγορὰ ὀψόπωλις dicitur quae Attice ὄψον. Sic etiam accipiendum apud Ariſtotelem, in nono de hiſtoria animalium, capite XXXXIII. vbi teredinem ait eſſe λίχνον ζῶον, et ſolitam aduolare πρὸς τὰ μαγειρεῖα καὶ τοὺς ἰχθύας. hoc eſt, τὰ ἰχθυοπωλεῖα. ſicut dixit Theophraſtus capite VI. ἐφοδεύειν τὰ μαγειρεῖα, καὶ ἰχθυοπωλεῖα. Haec igitur nos olim. Caetera, opinor, recte, nec mutamus. at, de loci huius interpretatione, aliter nunc ſentimus. Nam pro ἐπὶ θάκου ἀνιςάμενος, quod nihil ſignificat, ſcribendum eſt ἐπὶ θάκον, vel ἐπὶ θάκους, inducta copula καὶ ante ἐπὶ, quae ſenſum plane corrumpit. de eo namque loquitur Theophraſtus, qui poſtquam diu multumque eſt helluatus, cogitur e lecto noctu ſurgere ad aluum, honos ſit auribus, exonerandam. quod conciſa et honeſta locutione dixit auctor *ἀνίςαθαι ἐπὶ θάκους, ſurgere ad ſellas:* id eſt, *ſurgere e lecto vt eat ad ſellas.* Certum eſt, veteres priuatarum latrinarum vſum hodiernum ignoraſſe.

Qui

Qui paullo erant in re lautiore, laſanis et ſeruorum λασανοφόρων opera in in eam rem vtebantur; ſicut poëtae Graeci et Latini paſſim oſtendunt. plebs vilis e cubiculo et domo tota, vt plurimum egrediebatur; et vel proxima quaeque loca inhoneſta petebat; vel ſellas publicas, in vſum exſtrui ſolitas, et aquis fere imponi. hæc loca Graecis appellantur θάκος vel θάκοι, propter eandem cauſſam, quam antea expoſuimus. quare etiam καθέδρας pro eodem vſurparunt. Epiphanius libro II. de morte impii Arii: κατὰ τὰς νύκτας εἰσελθὼν ὁ Ἄρειος εἰς θάκον πρὸς τὰς αὐτοῦ χρείας παρασκευασθῆναι, ἐλάκνισε. ante Epiphanium B. Athanaſius, in epiſtola ad Serapionem: εἰσῆλθεν εἰς θάκους, ὡς διὰ χρείαν τῆς γαστρός. Theodoritus libro primo de re eadem: εἰσῆλθεν εἰς καθέδρας ὡς διὰ χρείαν τῆς γαστρός. pro eo quod idem libro IIII. de haereſibus: εἰς τὰ δημόσια εἰσελήλυθε λάσανα. inde θακεύειν pro ἀφοδεύειν, *ire ad ſellas*, vel *adſellare*, aut *adſellari*, vt ſaepe apud Vegetium, in libris de re veterinaria. Ioſephus Ἁλώσεως libro II. de Eſſenis: βόθρον ὀρύξαντες θακεύουσιν εἰς αὐτόν. Heſychius explicat; θακεύουσι, κάθηνται εἰς τὰς χρείας. nam χρεῖαι hic, quod eruditiſſimi viri non obſeruarant, ſunt *alui neceſſitates*, vt in ſuperioribus locis aliquoties vidimus. Artemidorus libro primo, cap. II. inter hominis actiones ponit τὸ καθίζειν εἰς χρείας et θακεύειν, quae duo idem ſignificant. et fortaſſe alterum e gloſſemate irrepſit. quin ipſas quoque *ſellas* appellarunt χρείας. Gloſſae veteres: χρεῖαι ἐν αἷς ἀποπατοῦμεν, *latrinae*. Hebraei, בית הכסא οἶκον καθέδρας. Latini *ſellas* dicunt, vnde *ſellae familiae*. vel *familiaricae*, apud Catonem et Varronem in villae deſcriptione. quidam hiſtorici inferioris aetatis, *ſedem naturae*. Graeci vero eadem loca dixerunt etiam τὰ ἄβατα. Epiphanius adverſus Ariomanitas, τοῦ Ἀρείου προελθεῖν κατὰ τὰς νύκτας ἐπειχθέντος ἐπὶ τὸ παρασκευασθῆναι, διέρχεται μέχρι τοῦ ἀφεδρῶνος, καὶ ἔνδον ἐν τοῖς ἀβάτοις καθεζόμενος, εὑρέθη λακήσας. pro-

proprie ἄβατα ſunt *loca inaceſſa*, vel propter foeditatem, vt hic: vel propter maieſtatem, vt in libro De nominibus diuinis, qui Dionyſii Areopagitae eſſe dicitur, capite vltimo. ibi de natura dei auctor diſſerens, ὃδὲ ὄνομα, inquit, αὐτῆς ἐςὶν, ὃδὲ λόγος ἀλλ' ἐν ἀβάτοις ἐξῄρηται.

καὶ μὴ δύναθαι εὑρεῖν] Notanda iſta verba: quibus indicat ſe de eo intelligere qui non ſolum quaerat quod ſit a ſe reconditum et certo loco poſitum, ſed qui omnino nequeat reperire. quod ſane ſtuporis alicuis eſſe indicium fatendum eſt. Nam alioquin ſcimus hoc multis vſuuenire, interdum etiam iis qui ſint ὅτε φυῆς ἐπιδευέες ὅτε νόοιο, vt quod alicubi collocarint, ſtatim inuenire non poſſint. Quamquam quid hoc mirum, ſi etiam liberorum, aut amicorum aut ſeruorum noſtrorum nomina, quando vocare illos volumus, in mentem nobis non veniunt, ſed in primoribus labris haerent? Imo auſim dicere vix quenquam eſſe cui non aliquando vſuuenerit quod ille apud Plautum ait: *Iſtuc*, inquit, *fieri ſolet, quod ir manu teneas atque oculo videas, id deſideres.* Et ſane aliud eſt ἄγνοια, aliud ἀπροσεξία. *Interdum,* inquit Seneca, *ſcimus aliquid, ſed non attendimus.* Idem, epiſtola L.XXII. *Quibuſdam euenit, vt quaedam ſcire ſe neſciant, quemadmodum quaerimus ſaepe eos quibuſcum ſtamus.* Propterea dicebat Cyrus apud Xenophontem, καλὸν εἶναι ἐν οἰκίᾳ ἐπιτήδευμα εὐθημοσύνην. Non diſſimile eſt illud de quo quærit in Problematis Alexander, διὰ τί εἰς τόπον τινὰ ἀπιόντες ἀναγκαίως, καταλαβόντες αὐτὸν διαβαινόμενος. vide locum.

ἵνα παραγένηται] Nempe vt funeri operam det, ſicut mos erat olim venire ad amicorum defunctorum πρόθεσιν. vnde eſt apud Iſocratem, παραγενέσθαι ἐπὶ τὸ κῆδος apud Demoſthenem, παρεῖναι τῇ προθέσει τῦ τετελευτηκότος. Ea πρόθεσις trium fere dierum erat: etſi lege Solonis vnus illi dies tantum praefinitus. poſtea ſequebatur ἐκφορά. efferebantur autem mortui ante ſolis ortum. verum de his alias fortaſſe pluribus.

δακρύσας,

δακρύσας, εἰπεῖν, Ἀγαθῇ τύχῃ] Contrarium oportuit, *Nollem factum*, aut, *Moleſte fero.* Inepte igitur iſte formulam vſurpat, cuius vſus in re laeta potius, vt cum ducenda vxor, aut aliud quid ſuſcipitur. nam tum ſolebant dicere *Ἀγαθῇ τύχῃ*, hoc eſt, *Quod bene vertat*, vel, *Quod ſit felix et fauſtum*, aut, *Felix hoc*, vel denique, *Bonum factum.* et apud Ciceronem ad Atticum libro VII. *Bene eueniat*, plane eſt *Ἀγαθῇ τύχῃ*, et quod dicit Perſius [Sat. 4, 29], *hoc bene ſit:* non *Ἔσαι μὲν εὖ*, quod affert Boſius ex Ariſtotelis teſtamento. id enim aliam vim habet. Dicebant etiam *εὖ πάθωμεν*, cum aliquid facere inſtituebant, vt apud Lucianum, qui e portu ſoluunt. Moris etiam fuit veteribus, quicquid aggrederentur, dei nomen inuocare, et veluti bonae ſcaeuae gratia dicere inter initia, *θεὸς θεός*. Annotant Heſychius et Euſtathius ex veteribus criticis ad Ἰλιαδ. ῥαψ. β', [v. 481 p. 195]. Porro ſtuporis non diſſimilis exempla habes in Suetonii Claudio capite XXXVIIII.

3 *μάρτυρας παραλαβεῖν*] Tanquam videlicet flagitatum debitas pecunias iret. ſolebant enim illi teſtes ſecum adducere, vt ſi debitores inficias irent, aut caluerent, vt eſt in XII. praeſto eſſet quem poſſent anteſtari, et qui eum vnde petebatur, vocaret in ius, quod *κλητεύειν* dicebant Athenienſes. vide Nebulas Ariſtophanis. Vel imitatur ſtulte eorum morem qui debitas pecunias ſoluunt. nam illi ſolebant ambitioſe multos bonae ſuae fidei teſtes adducere. Demoſthenes eleganter in ea contra Phormionem, *ἴσε δήπου*, inquit, *πάντες, ὅτι δανείζονται μὲν μετ᾽ ὀλίγων μαρτύρων· ὅταν δ᾽ ἀποδιδῶσι, πολλοὺς παρίσανται μάρτυρας, ἵνα ἐπιεικεῖς δοκῶσιν εἶναι περὶ τὰ συμβόλαια.*

καὶ τροχάζειν] Veteres et ſe et liberos ſuos curſu ſtudioſe excercebant. vocabant autem *τρόχον*, tam genus hoc exercitationis (cuius varias ſpecies habes apud Platonem De legibus lib. VIII) quam locum ipſum. Ariſtophanes, *Βαδίζει μοι τὸ μειράκιον ἀπὸ τρόχων.* Euripides

pides Medea [v. 46], ἀλλ' οἵδε παῖδες ἐκ τρόχων πεπαυμένοι Στείχουσι. Vocabant et δρόμον. qua de voce plura alio loco ad lucem auctorum, faciente deo.

καὶ εἰς κόπους ἐμβάλλειν] Delendum cenſeo τὸ καὶ ante εἰς κ. Intelligendum eſt excedere iſtum in hac parte, neque modum ſeruare. Eſt enim legitimus modus et omnis exercitationis finis, laſſitudo: inquit Seneca, epiſtola LXXXIIII. Clemens Alexandrinus [Paedag. 3, 10], ὡς πόνους σιτίων ἡγεῖσθαι ἄριστον, οὕτως τὸ ὑπὲρ τὸ μέτρον πονεῖν, καὶ κάκιστον, καὶ κοπῶδες, καὶ νοσοποιόν. Κόπον accipe, non laſſitudinem, ſed fatigationem, et incommoda quae nimiam laſſitudinem conſequi ſolent, quae a medicis explicantur. Haec notare volui. nam alioquin laude dignum potius quam reprehenſione iſtius iſtud ſtudium. Seneca De diuina prouidentia [c. 2], *Non vides quanto aliter patres, aliter matres indulgeant? Illi exercitari iubent liberos ad ſtudia obeunda mature: feriatis quoque diebus non patiuntur eſſe otioſos: et ſudorem illis, et interdum lacrymas excutiunt.* Cauenda ſane in educandis pueris laſſitudo corporis: quae, vt ait idem alibi, conſumit quicquid in nobis eſt mite placidumque, et acria concitat. quin eadem iuuenes reddit ſegniores. quam ob cauſſam ait Varro, illos qui catulos educant, non pati eos defatigari.

καὶ ἐν ἀγρῷ] Cur iſta adiiciuntur? An legendum ἐν ὑγρῷ. Nam, quemadmodum ait Xenophon, τὰ ἑφθὰ πάντα μεθ' ὕδατος τοῦ πλείστου ἐσκευάσθαι. Nihil pronuntio.

αὐτοῖς φακῆν ἕψων] Lego αὐτός. nam etiam in hoc eſt ſtultitiae argumentum, quod ipſe ollam curat. Sic refert Plutarchus [Apophthegm. 66 et Symp. 4, 4] ſubſannatum fuiſſe Antagoram poëtam a rege Antigono, quum rex illum videſſet γόγγρον ἕψοντα, καὶ αὐτὸν τὴν λοπάδα σείοντα.

4 ἡδύγε τῶν ἄστρων νομίζει] Conclamatus locus, niſi meliores libri proferantur. nam quae ab interpretibus afferun-

afferuntur ad curationem huius deſperantis vlceris, plane ſunt omnia, quod ille ait, *gerrae germanae, atque aedepol lire lire.*

κατὰ τὰς ἱερὰς πύλας] Appellat *ἱερὰς πύλας* portam Sacram Athenarum, cuius meminit Plutarchus in Sylla, vbi *ἱερὰν πύλην* vocat. ſed vſitatum eſt Graecis qui purius locuti ſunt, vt portarum nomina numero multitudinis efferant, vt *πύλαι Μεληρίδες* eiuſdem vrbis, et aliae ſexcentis locis apud veteres ſcriptores: idque Homerico *ζήλῳ* et imitatione, ſi veterum criticorum ſtamus ſententia. Euſtathius: *Πληθυντικῶς τὰς πύλας, καὶ ȣ̓χὶ ἑκάϛην ἑνικῶς πολλοὶ γράφȣσι τῶν παλαιῶν, παρασημειȣ́μενοι ὡς ȣ̓δέποτε πύλην λέγει ὁ ποιητὴς, ἀλλὰ πύλας.* Latini aliter vt notum eſt. quare non recte *Sacras portas*, vulgo hic vertunt. An autem certa aliqua fuit porta Athenis, per quam efferrentur mortui? Olim enim mortuos in pleriſque ciuitatibus ſepelire in vrbe fas non fuit. Romae quidem diſerte legibus XII. vetitum quod ex Solonis axibus puto translatum. Fuit etiam Athenis in nomophylacio ianua vna quam *χαρώνειον θύραν* vocabant, qua educebantur ad ſupplicium, qui capitis eſſent condemnati. vide Pollucem [8, 9] et Graecos paroemiographos. Teſtatur etiam Plutarchus, in aliis vrbibus Graeciae, portam quandam ſceleratam fuiſſe, qua ſontes, (nam extra pomoeria, in reos animaduertere moris erat) *τὴν ἐπὶ θανάτῳ* ducerentur: ipſe *πύλας ἀποφράδας* vocat. Hinc eſt apud Plautum prouerbium, *Extra portam ire,* in Milite [2, 4. 9]. Seneca pater, Controuerſiarum libro primo, *Dicendum eſt in puellam vehementer, non ſordide nec obſcoene. Sordide Baſilius qui dixit: Extra portam iſtam virginem.* Reſpondet illis Graecorum, *ἐς Μακαρίαν*, et *ἐς κόρακας.* et ei quod eſt apud Tertullianum, *Malum foras.*

πρὸς τȣ̃τον εἰπεῖν, ὅσοι ἐμοὶ καὶ σοὶ γένοιντο] Non eſt is horum verborum ſenſus quem putant interpretes. non enim optat efferri e ſuis familiaribus, aut eius quem

alloquitur, mortuos: quod non eſſet ſtuporis nota, ſed neſcio cuius immanitatis. Enimuero peccatum idem hic, quod ſupra in Ἀγαθῇ τύχῃ. Lingua enim tardam hominis mentem praecurrit. Cum igitur prouerbialis eſſet locutio de iis quorum copiam magnam indicare volebant; Tot eſſe quot ſint in orco mortui: ſtupidus iſte poſtquam audiit magnum eſſe mortuorum numerum, optat tantam ſibi copiam, non mortuorum quidem, non: ſed alius cuiuſuis rei bonae: puta, nummorum, vel modiorum tritici, aut neſcio cuius: imo ipſe quoque, qui eſt eius ſtupor, quid dicat aut optet, non ſatis ſcit. Apud Plautum in Paenulo [1, 3. 21 ſſ.] Agoraſtocles adoleſcens, inſanorum more loqui incipiens, ſimile quid ait, *Non hercle*, inquit, *mercam quantum Acherunte eſt mortuorum; neque quantum aquae eſt in mari, neque nubes omnes quantum ſunt.*

AD CAPVT XV

ΠΕΡΙ ΑΥΘΑΔΕΙΑΣ

Ἡ δὲ αὐθάδεια] Pertinet hoc quoque vitium ad τὰς ὁμιλίας, vt capite ſecundo annotauimus. Sunt enim quidam ita odioſe ſibi placentes, tantumque ſibi tribuentes, et, (quod fere coniunctum eſt) ita alios prae ſe deſpicientes, vt difficile ſit admodum cum iis verſari. fere enim omnibus contradicere ſolent, et ſuam mordicus in omni re ſententiam tueri. grauitatis ſcilicet neſcio cuius opinionem et famam aucupantur: neque ſciunt grauitatem morum eam demum probandam, quae comitate et hilaritate frontis iuncta, condita et temperata fuerit. Hoc genus homines philoſophus in Nicomacheis δυσκόλους et δυσέριδας ſemper vocat: vbi eleganiſſime incudi eos comparat, quae cedere neſcia malleum ſemper repercutit. Ait enim iſtos πρὸς πάντα ἀντι-

ἀντιτυποῦν, τῦ λυπεῖν οὐδ' ὁ, τιοῦν Φροντίζοντας. Virtutem autem huic vitio oppoſitam in Nicomacheis quidem φιλίαν ſemper vocat: nouo quodam modo φιλίαν vſurpans, vt ipſe explicat: intelligi autem voluit eo vocabulo, morum facilitatem, et grauitatem decenti conditam lenitate. quam iccirco φιλίαν, ſiue amicitiam appellat, quia ſit optimum contractarum per virtutem amicitiarum coagulum. At in Magnis [1, 29] et Eudemiis [3, 7] σεμνότητα virtutem illam nuncupabat: ſicut etiam facit Demoſthenes in Erotico, vbi ait multos ἐπὶ σεμνότητος αὐθάδεις fuiſſe habitos. Paullo aliter Plutarchus, qui Dionem ait Dionyſio minori fuiſſe inuiſum propter σεμνότητα, quam tyranni adulatores ὑπεροψίαν vocabant: et παῤῥησίαν, quam iſti αὐθάδειαν nuncupabant. Ariſtoteli vero id verbi videtur poſtea diſplicuiſſe. non enim de nihilo eſt, quod in accuratiſſimo opere mutauit, et φιλίαν dixit, voce praeſertim ambigua, vt iam eſt oſtenſum. Sic etiam in iiſdem libris [2, 7 et 4, 12] maluit δυσκόλυς et δυσέριδας dicere quam αὐθάδεις, vt in Magnis et Eudemiis. in Magnis vero etiam notationem nominis adiecerat: τοὔνομα, inquit, ἔοικεν ἀπὸ τῦ τρόπου κεῖσθαι. ὁ γὰρ αὐθάδης, αὐτοάδης τίς ἐςιν, ἀπὸ τῦ αὐτὸς αὑτῷ ἀρέσκειν. Latini hoc vitium, modo *ſuperbiam*, modo *arrogantiam*, modo *proteruitatem*, modo *peruicaciam*, ſiue *pertinaciam*, ſaepe *ferocitatem*, interdum *contumaciam* aut *truculentiam*, nominant. Hominibus autem αὐθάδεσιν opponuntur homines *benigni et manſueti*, quos auctor ad Herennium *commodos* et *ſui cognoſcentes* vocat. quod plane contrarium eſt τῇ αὐθαδείᾳ, cui Plato tribuit τὸ ἄγριον καὶ ἀπηνὲς (inde eſt ἀπήνεια in deſcriptione Theophraſtea) in XII. De legibus. in VIIII. autem De republica, τὸ ὀφεῶδες et τὸ λεοντῶδες. vbi αὐθάδειαν etiam δυσκολίαν vocat, ſicut de Ariſtotele ante annotauimus. quam ob cauſſam non defuere qui αὐθάδειαν vertendo, *moroſitatem* dicerent. Idem Plato in Politico pulchre τὸν

αὐθάδη deſcribit, ἀμαθῆ appellans, et, qui nihil probet niſi quod ſibi fuerit viſum: quique nunquam quenquam in conſilium aut aduocet, aut admittat. Ac videtur Terentius eum locum Platonis in animo habuiſſe, cum faceret illa Mitionem dicere [Adelph. 1, 2, 18 ſ.] ***Homine imperito nunquam quicquam iniuſtius: Qui, niſi quod ipſe facit, nihil rectum putat.*** Euripides quoque Medea ſimiliter [v. 223 ſ.], Οὐδ' ἀστὸν, ait, ᾔνεσ' ὅς τις αὐθάδης γεγὼς, Πικρὸς πολίταις ἀμαθίας ὕπο. Non multum diuerſa eſt natura illius quem Graeci ἰδιογνώμονα, vel αὐτογνώμονα dicunt. Cicero in Verrem, *ſui iuris et ſententiae.* Pro ἀπήνεια diximus *duritas;* quomodo illam vocem Cicero alicubi [Caton. 18] vſurpat. et Graecis quoque ἀπηνὴς exponitur σκληρὸς, *durus, intractabilis.* Gloſſae: ἀπηνὴς, *immanis, immitis, durus*. ἀπηνέστατος, *duriſſimus.*

τοιοῦτός ἐστιν, οἷος ἐρωτηθεὶς] *Superbum eſt,* ait Cicero [Acadd. 4, 29], *non reſpondere, ſi habeas quod liqueat.* Proprium ſane eſt hominibus grauitatis opinionem inepte affectantibus, vt ſint ἀπροσήγοροι. De his Iuuenalis [Sat. 2, 14], *Rarus ſermo illis, et magna libido tacendi.*

πράγματα μή μοι πάρεχε] Hoc paſſim in ore hominibus ſuperbis et reliquos faſtidientibus. Plautus Truculento [5, 4 ſſ.], *Quid hic vos agitis?* PH. *Ne me appella.* ST. *Nimium ſaeuis.* PH. *Sic ſine. Potin es vt moleſta ne ſies?* In Moſtellaria [4, 1, 19] Phaniſcus de inſolentia conſeruorum conquerens, *vbi,* ait, *aduorſum vt eant, vocantur hero, Non eo, Moleſtus ne ſis.* et iterum ſcena ſequenti, et alibi. Quid quod in Caſina [3, 6, 6 ſ.] formulam hanc ipſam Graeculorum arrogantium vſurpauit poëta ingenioſiſſimus. ibi Stalino herus et Olympio ſeruus, ſed qui dominum ſuum nequiſſime θρυπτόμενος ludos faceret, ita loquuntur, OL. *Ab odio es.* ST. *Mane vero quanquam faſtidis.* OL. *Hei hei foetet tuus*

mihi

mihi ſermo. ST. *quae res? Etiamne aſtas?* OL. *Enimvero* Πράγματά μοι παρέχεις.

ἀλλ' ἐρωτᾷν, τί εὑρίσκει;] Non potuit ſuas merces magis laudare. Sic Parmeno apud Terentium [Eun. 3, 2. 21 ſſ.], --- *quid tu ais Gnatho? Nunquid habes quod contemnas? quid tu autem thraſo? tacent: ſatis laudant.* vbi τὸ *habes*, eſt, εὑρίσκεις, vt etiam Donatus explicat. quid ſi ita accipias, interrogat, *quid inueniat?* hoc eſt, iubet illum dicere, an quantum ipſe pretium mercis ſuae inueniat. Plane ita hodie; *que penſez vous que j'en trouue.*

καὶ τοῖς τιμῶσι καὶ πέμπουσιν εἰς τὰς ἑορτὰς] Apparet ſubeſſe vlcus. Interpretes vero quos quidem vidi, parum digne hinc ſe expediunt. Scilicet τιμᾷν, *ſtipem colligere* eſt Φεῦ τι δεινότητος! ſed ad rem. Notat auctor in homine αὐθάδει contemptum diuini numinis, et religionis omnis. Ita enim fere comparatum videas vt qui erga homines ſuperbi ſint, etiam erga deum inſoleſcant, eumque colere parum curent: ὁ γὰρ, inquit B. Chryſoſtomus, κατὰ ἀνθρώπων ἐπαιρόμενος, εὐκόλως καὶ κατὰ Θεοῦ. vide ſodes homiliam ſeptimam, in poſteriorem ad Timotheum. quod etiam Theophraſtus in extremo capite alia nota indicat. Fuit autem olim diuini cultus pars, deorum feſtis ſolennibus intereſſe, et ea concelebrare. Quare, qui religioſiores erant, ii non feſta tantum vrbis in qua habitabant, religioſe obſeruabant: ſed ad alia quoque aliarum vrbium feſta ſolemnia cum muneribus accurebant, vt etiam Platonis leges docent. Atque hoc, etſi ſine magnis ſumptibus fieri non poterat, non tamen ea res illos deterrebat: ſed cum Plautino Pleuſide [3, 1. 81] ſibi perſuadebant, *Quod in diuinis rebus ſumas, ſapienti lucro eſt.* Contra vero iſte factum eorum ridet: et quod illi propterea boni aliquid a diis ſperent, id quoque ſceleratus ſcelerate ridet, et negat eſſe tanti: *Magno*, inquiens, *vobis id bonum, ſi modo vllum vnquam futurum eſt, conſtabit.* Sic autem

lego, *καὶ τοῖς τὸ θεῖον τιμῶσι, καὶ π.* Aut me omnia fallunt, aut rem acu tetigimus; et, quod Graeci aiunt, *αὐτὸν κέκρουκα τὸν βατῆρα τῆς θύρας.* Pietatis apud Graecos praecipua cenſebantur argumenta, ſi ſacra patria diligenter colerent, et dona ad aliarum vrbium deos mitterent. Vide Iſocratem in Areopagitica: vbi verbum *πέμπειν* ſic accipi debet vt hoc loco.

οὐκ ἂν γένοιτο διδόμενα] Sententia quam ex his verbis elicimus, par et ſimilis eſt illi, quam hoſtis humani generis pronuntiat Iobi capite primo, commate VIIII. hoc tantum intereſt, quod hic diuini numinis in homines religioſos benignitas extenuatur; ibi ſancti viri Iobi pietas in deum. argumentum quidem geminum plane eſt.

² *καὶ οὐκ ἔχων συγγνώμην*] Seneca De beneficiis, libro VI. *Quid eſt iniquius homine, qui eum odit, a quo in turba calcatus, aut reſperſus, aut quo nollet impulſus eſt?*

φίλῳ δὲ ἔρανον κελεύσαντι εἰσενεγκεῖν] Adeon interpretes alias res egiſſe cum hunc pulcherrimum libellum verterent, vt vocem *ἔρανον* ſemper de ſymbolis conuiuarum acciperent? Atqui, contra quam illi putant, nuſquam ita Theophraſtum hac voce in hoc *ἀποσπασματίῳ* eſſe vſum affirmamus. vbi quoties dictio *ἔρανος* occurrit, ſemper referri debet ad pulcherrimum et vere pium Graecorum morem pauperes amicos ſubleuandi. Fuit enim apud illos moribus receptum, vt cum aduerſam fortunam paſſus eſſet aliquis, amicorum atque ſodalium facultatibus ſubleuaretur. accipiebat enim ab iis pecuniae aliquam ſummam, ea lege vt ſi deus aliquando meliora daret, quantum illi erogatum eſſet, tantundem ipſe reſtitueret. Hanc illi ſtipem collatitiam vocabant *ἔρανον*, et factum ipſum *ἐρανίζειν*, reſpectu vt plurimum accipientis, vel *ἔρανον συλλέγειν*· dantis vero, *ἔρανον εἰσφέρειν.* Atque hoc fuit veluti medium quoddam genus

nus inter id quod δάνεισμα creditumque proprie dicitur, et ſtipem illam quotidianam, quae mendicis hominibus et aeruſcatoribus ſine vlla recuperandi ſpe erogabatur. Ἐλεημοσύνην Graeci illam ſtipem, non ἔρανον vocarunt: etſi me non latet, abuſiue eos interdum vocabulum ἔρανος ita vſurpare. Huius moris apud Graecos ſcriptores paſſim fit mentio. apud Antiphontem gloriatur quidam ſe pecuniis ſuis non niſi honeſte vti: λαμπρῶς, inquit, χορηγοῦντα, πολλοὺς δὲ ἐρανίζοντα, μεγάλας δὲ ὑπὲρ πολλῶν ἐγγύας ἀποτίνοντα. et paullo ante oſtendit idem conferri ſolitum eranum ſi quis ſententia iudicis, omnibus bonis ſuis fuiſſet euolutus: περιγενόμενος δὲ, ait, καὶ ληφθεὶς, κἂν ἔρανον παρὰ τῶν φίλων συλλέξας, οὐκ ἂν εἰς τὰ ἔσχατα κακὰ ἦλθον. eundem morem tangit et Demoſthenes in Midiana. et ex eiuſdem oratione in Nicoſtratum conſtat pro captiuis amicis ſolitum dari amicis ἔρανον, vt eſſet vnde ſe redimerent. Extant etiam pulcherrimi Philemonis antiqui poëtae verſiculi [apud Stobaeum ſerm. xxx], vbi poſteaquam varios caſus recenſuit quibus homines ad paupertatem redigi ſolent, ſubiicit: Ἀλλ' ἑταῖροι καὶ φίλοι σοὶ, καὶ συνήθεις νὴ Δία, Ἔρανον οἴσουσιν. εὔχου μὴ λαβεῖν πεῖραν φίλων· Εἰ δὲ μὴ, γνώσῃ σεαυτὸν (fortaſſe melius, αὐτοὺς) ἄλλο μηδὲν, πλὴν σκιάν. Pertinet ad hunc morem locus Ariſtotelis Phyſicae acroaſeos libro II. capite v. vbi hoc ponit exemplum eorum quae κατὰ τύχην accidunt, οἷον, ἕνεκα τοῦ ἀπολαβεῖν τὸ ἀργύριον ἦλθεν ἂν κομιζομένου τὸν ἔρανον, εἰ ᾔδει. Torquent verba philoſophi interpretes Latini, nec certam interpretationem, ac ne lectionem quidem veram vident: quam ex Philopono protulimus. illa verba, ἦλθεν ἂν κομιζομένου τὸν ἔρανον, ſigni ficant, veniſſet creditor ad debitorem ſuum; cum ille ab amicis eranum, hoc eſt, pecuniam erani nomine collectam, auferret. Eodem cenſeo referendum et Plauti locum in Curcullione, vbi ait leno in magno fuiſſe ſe periculo ne argentum amit-

 teret

teret quod ſibi argentarius debebat: eum enim inibi fuiſſe, vt ceſſione bonorum creditoribus ſuis ſatisfaceret: verum poſtea amicos iuuiſſe ipſum, et dediſſe vnde ſolveret. Sic ille [5, 3. 5 ſſ.], *Poſtquam nihil ſit, clamore hominem poſco: ille in ius me vocat: Peſſime metui ne mihi hodie apud praetorem ſolueret: Verum amici contulerunt: ſoluit argentum domo.* ſic enim lego, non *compulerunt.* Porro autem videntur ea fini et apud Athenienſes et in aliis Graecorum ciuitatibus inſtitutae ſodalitates quae communem arcam haberent, in quam quot menſibus certum quid a ſingulis penderetur, vt eſſet vnde iuuari poſſent qui ex illa ſodalitate fortunam adverſam aliquo modo eſſent experti. Harpocration, *Ἐρανιςὴς μέντοι κυρίως ἐςὶν ὁ τȣ̃ ἐράνου μετέχων, καὶ τὴν Φορὰν ἣν ἑκάςου μηνὸς ἔδει καταβάλλειν, εἰσφέρων.* Hos *ἐρανιςὰς* orator *ἐράνων πληρωτὰς* vocat. niſi malis referre ad *δημοσίους ἐράνȣς.* nam et in Rempublicam collatae pecuniae genus quoddam eſt *ἔρανος.* cuius ſaepe oratores meminere. Quemadmodum autem penſio *ἐράνȣ* fuit menſtrua, ita et ſingulis menſibus lites diſceptabantur, ſi quae forte inter ſodales propter *ἐράνȣς* diſcordiae eſſent obortae. Harpocration, *ἔμμηνοι,* inquit, appellantur *δίκαι ἅιτε ἐμποϱικοὶ, καὶ αἱ ἐρανικαί.* meminit et Pollux [8, 6]. Neque dubium ſicut erant *δίκαι ἐρανικαὶ* Athenis, ita et *ἐρανικοὺς* fuiſſe *νόμȣς.* Quare etiam apud Platonem in XI. De legib. de iſtiuſmodi eranis accipienda lex haec eſt, non, vt vulgo faciunt, de conuiuarum collectis. Verba Platonis ſunt, *Ἐράνων δὲ πέρι, τὸν βȣλόμενον ἐρανίζειν, Φίλον παρὰ Φίλοις. ἐὰν δέ τις διαφορὰ γίγνηται περὶ τῆς ἐρανίσεως, ȣ̃τω πράττειν ὡς δικῶν μηδενὸς περὶ τούτων μηδαμῶς ἐσομένων.* Lex eſt perutilis: Statuit Plato, vt eranum ab amico exigere neceſſario tempore, in ſua Republica ius ſit et fas. quod ideo non praetermittendum in ſuis legibus putauit ille, quia non in omnibus ciuitatibus permiſſae ſunt olim huiuſmodi *ἑταιρεῖαι.* Apud Romanos quoque in amicorum

corum aduerſis conferri ſolitam pecuniam, non eſt dubium: velut ad reficiendam domum abſumptam incendio. Martialis in Tongiliano [3 epigr. 51], *Empta domus fuerat tibi, Tongiliane, ducentis: Abſtulit hanc nimium caſus in vrbe frequens. collatum eſt decies.* eſtque huiuſmodi collationum etiam alibi mentio. Sed ius eranorum, quale expoſuimus, apud Romanos non obſeruauimus. quin potius exiſtimo vetitas iſtas ſodalitates fuiſſe a Romanis in pleriſque Graecorum ciuitatibus, poſtquam ad illos ſumma rerum peruenit. quare etiam Plinius Secundus epiſtola quadam Traianum conſulit ſuper libello ad eranos pertinente, ſibi ab Amiſenorum ciuitate oblato. Traianus vero reſpondens, Amiſenis quidem permittit eranos habere: *eo facilius,* inquit, *ſi tali collatione non ad turbas et illicitos coetus, ſed ad ſuſtinendam tenuiorum inopiam vtuntur.* in caeteris vero ciuitatibus, quae Romanorum iure eſſent obſtrictae, rem huiuſmodi vult prohiberi. Addit Plato, Si qua ex ea collectione controuerſia inter amicos oriatur, nullam datum iri in ſua Republica actionem eo nomine. quod aliter Athenis vt dixi obſeruabatur. erat enim ibi locus *ταῖς ἐρανικαῖς δίκαις.* Sane quin tenerentur qui huiuſmodi collatione fuerant ſubleuati, reddere quod acceperant, reparatis opibus, non poteſt ambigi. id enim diſertis verbis teſtatur Theophraſtus capite Περὶ μεμψιμοιρίας. et apud Lucianum Demoſthenes ait, ſe multis amicis τοὺς ἐράνους συνδιαλύσασθαι, hoc eſt, ſodales multos pro ſua virili parte iuuiſſe in reddendis pecuniis quas ab amicis acceperant. Ex his intelligi poteſt quid ἔρανον cum hic tum alibi Theophraſtus vocet. Latini, vt diximus, rem ignorarunt: neque propriam vllam vocem habent huic rei: nec temere factum quod, et Plinius et Traianus vocem Graecam retinuerunt. *Collationem* aut *collectam* vertere poſſis: etſi alio ſenſu Marcus Tullius hac dictione vſus eſt. Plura de hac re ad Athenaeum nobis obſeruata [in lib. 3, 31 et 8, 10].

ὅτι

ὅτι ἀπόλλυσι καὶ τοῦτο τὸ ἀργύριον] Hae ſunt voces eorum qui beneficium dare neſciunt. quo alludens ait Sapiens auctor Eccleſiaſtici cap. XXVIIII. [v. 13] Ἀπόλεσον ἀργύριον διὰ φίλον. Praeclare et ad hunc locum appoſitiſſime Seneca De beneficiis libro VI. [c. 4] ***Saepe beneficium manet nec debetur, ſi ſecuta eſt dantem poenitentia: ſi miſerum ſe dixit, quod dediſſet: ſi cum daret, ſuſpirauit, vultum obduxit, perdere ſe credidit, non donare.*** Hic eſt quem panem lapidoſum Fabius Verrucoſus appellabat. Quanto melius qui dixit, ***Extra fortunam eſt quicquid donatur amicis.***

3 δεινὸν καταρᾶσθαι] Omnino δεινὸς ſcribendum, non δεινόν.

οὐκ ἂν περιμεῖναι] Melius προσμεῖναι. imo vero mutato accentu et ὑπομεῖναι et προσμεῖναι ſcribendum eſt.

καὶ οὔτε ᾆσαι, οὔτε ῥῆσιν εἰπεῖν, οὔτε ὀρχήσασθαι ἂν ἐθελῆσαι] Scribendum hic quoque mutato accentu ἐθελήσαι. eſt enim modus optandi, vt loquuntur γραμματικῶν παῖδες, non infinitiuus. Haec autem eo pertinent, quod, ſicut diximus, iſtiuſmodi homines graues ſeuerique, non comes videri volunt: cum re vera non grauitas ea ſit, ſed ſimulatio, faſtus ac typhus, et, vt eleganter Hierocles vocat, νόσος μισολογίας. Notum autem, veteres Graecos ſolitos vſurpare in ſuis conuiuiis quae hic commemorantur. Cantabant enim vel ſcolium aliquod, vel odam aliquam, ſiue μέλος, aut aliquem ex poëta quopiam locum. Sic etiam apud antiquiſſimos Romanos fuerunt carmina quaedam in epulis a ſingulis conuiuis cantitata de clarorum virorum laudibus, vt in Originibus ſcriptum reliquerat Cato. Saltatio ſequebatur comes extrema conuiuii menſis remotis. non enim niſi bene poti, vt bis ſupra dictum eſt, ſaltabant. Interpretes, quid eſſet ῥῆσιν εἰπεῖν, aſſecuti non ſunt. eſt autem, ***locum ex aliquo poëta recitare oblectationis gratia et*** διαγωγῆς χάριν. Id veteres factitabant alias quidem aſſa voce, quod eſt ᾄδειν· alias vero ad tibiam, vel aliud muſicum

ſicum organum: quod ψάλλειν Graeci dicunt. et cantabant interdum quidem omnes confertim: interdum vero ſinguli per vices: quod eleganter vocat Clemens ἐν μέρει περιελίττειν τὰς προπτώσεις τῇ ᾠδῇ. Exempla proferre non magis neceſſe eſt, quam meridie lucernam accendere. Tantum dicam peccari ſaepe ab interpretibus in iſta voce: vt cum apud Platonem in x. De republica, μακρὰν ῥῆσιν ἀποτείνειν ἐν τοῖς ὀδυρμοῖς, vertunt, *Contenta voce eiulari.* perperam. Plato enim de iis poëtis loquitur, qui lamentationes praelongas et multorum verſuum heroibus tribuunt in ſuis poëmatis. qualis illa apud Sophoclem vere μακρὰ ῥῆσις in Trachiniis. quales item multae in tragoediis, Euripidis praeſertim. qui poëta reus iampridem haeret apud criticorum tribunal, διὰ τὸ μακρὰς ἐπάγειν ῥήσεις ἤγουν διηγήσεις ταῖς συμφοραῖς. propterea etiam, vt videtur, τοὺς τραγῳδοὺς per ludibrium τρυγῳδοὺς appellarunt. Male etiam iidem interpretes in ſeptimo De legibus τινὰς ὅλας ῥήσεις, hoc eſt, *integros poëtarum locos* tranſtulerunt, *ſcita quaedam dicta.*

δεινὸς δὲ καὶ τοῖς θεοῖς μὴ ἐπεύχεσθαι] Graeci eiuſmodi homines proprio nomine ἀγερόπτους dixerunt. Heſychius: ἀγέροπτος, ὁ σπανίως εὐχόμενος.

AD CAPVT XVI

ΠΕΡΙ ΔΕΙΣΙΔΑΙΜΟΝΙΑΣ

Ἀμέλει ἡ δεισιδαιμονία δόξειεν εἶναι δειλία πρὸς τὸ δαιμόνιον] Alii ſic definiunt, Δεισιδαιμονία ἐστὶ φόβος θεῶν καὶ δαιμόνων. Sed Theophraſtus voce δαιμόνιον, et deos et daemones complexus eſt, et quicquid diuinitatis eſſe particeps male ſana putauit antiquitas. Δειλίαν accipe metum alium ab eo qui pios decet. Scite enim Varro apud Auguſtinum dicebat, *Deum a religio-*

religioſo vereri: a ſuperſtitioſo timeri. Seneca dilutius epiſtola XXXXVII. *Deo ſatis eſt quod colitur, et amatur: Non poteſt amor cum timore miſceri.* Melius idem alibi [ep. CXXIII.], *Religio deos colit: ſuperſtitio violat.* Latius veteres, vt annotant Grammatici, *metum* pro religione, vel ſuperſtitione vſurparunt. vide Nonium. Maximus Tyrius ſermone IIII. pietatem a ſuperſtitione ſic diſtinguit: εἰ δέ ἐςι, καὶ ἀνθρώποις πρὸς θεὺς ἐπιμιξία, ὁ μὲν εὐσεβὴς φίλος θεῷ, ὁ δὲ δεισιδαίμων, κόλαξ.

ἀπονιψάμενος τὰς χεῖρας καὶ περιῤῥανάμενος ἀπὸ ἱεροῦ] Duplicem lauationem ſiue purificationem tangit. altera ad manus pertinet, altera ad totum corpus. Illa proprie χέρνιψ, haec περίῤῥανσις, appellatur. fiebatque θαλλῷ, id eſt, *ramo felicis oliuae*, vt ait Virgilius [Aen. 6, 230]. Vtriuſque frequens apud Graecos mentio. Aqua vero luſtralis qua aſpergebantur, ſic fiebat. Erat ad fores templi aquiminale quoddam magnum, quales fere tinctorum cortinae, (*labrum* Aſconius nominat) in quod mergebant titionem ardentem ab ara ſumptum, quando victima adoletur: eaque aqua omnes qui templum ingrediebantur, ſeſe aſpergebant ipſi, aut a ſacrificulis aſpergebantur. Euripides Hercule furente [v. 928 ſ.], Μέλλων δὲ δαλὸν χειρὶ δεξιᾷ φέρειν εἰς χέρνιβ᾽ ὡς βάψειεν Ἀλκμήνης γόνος. Athenaeus quid ſit, χέρνιψ, (vel, vt ipſe legi ait, χερνὶψ,) explicans [9, 18], Ἐςιν, inquit, ὕδωρ εἰς ὃ ἀπέβαπτον δαλὸν ἐκ τοῦ βωμοῦ λαμβάνοντες, ἐφ᾽ οὗ τὴν θυσίαν ἐπετέλουν. Nec ſolum in templis erant περιῤῥαντήρια, ſed etiam ad fori introitum, quorum ſaepe meminere oratores Graeci. Moris etiam fuit vt ad fores priuatarum aedium tantiſper dum illae funeſtae eſſent, et dum fieret ἡ πρόθεσις eius qui obierat, vas magnum ſtatueretur, aqua luſtrali plenum, quae eſſet e domo non funeſta allata: qua aqua ſeſe quiſque exiens aſpergeret, qui exequias venerat: idque vas figlinum fuit, et ἀρδάνιον proprie nuncupabatur. auctor

Pollux

Pollux libro octauo [c. 7]. Ariſtophani dicitur ἤστρακον· Καὶ παράθου τοὔστρακον πρὸ τῆς θύρας. Heſychio γάστρα duobus locis. B. Chryſogonius homilia XII. ad Epheſios: ἴδοις Ἕλληνα ἀπὸ νεκροῦ λουόμενον. Non diſſimilis ritus apud Romanos. Feſtus, *funus proſecuti redeuntes ignem ſupergrediebantur aqua aſperſi: quod purgationis genus vocabant ſuffitionem.* Fuit et apud Iudaeos ſimilium lauationum et purificationum vſus: quas auctor Eccleſiaſtici capite XXXIIII. [v. 30] βαπτισμοὺς ἀπὸ νεκροῦ appellat.

δάφνης εἰς τὸ στόμα λαβὼν] Non leuis error eſt interpretum, qui ἀπὸ ἱεροῦ δάφνης iunxerunt, et ſacram laurum hic ſunt commenti. quod profecto ferri non poteſt. Dictum autem δάφνης λαβὼν, vt ἄρτου φαγεῖν, et alia paſſim apud Atticos. Nos locum planius expreſſimus, et ita vertimus, quaſi eſſet ſcriptum δάφνης πέταλα. eam enim vocem ſupplendam eſſe cenſemus. Scimus namque veteres in purgationibus, lauri foliis vti ſolitos. Clemens Alexandrinus in Protreptico, Καθαρσίων μεταλάμβανε θεοπρεπῶν, οὐ δάφνης πετάλων, οὐ ταινιῶν τινῶν ἐρίῳ καὶ πορφύρᾳ πεποικιλμένων. Sic et Romani, vt ait Feſtus, omnibus ſuffitionibus laurum adhibebant. Moris praeterea fuit Graecis baculum laureum prae manibus habere, tanquam ἀλεξίκακον φάρμακον, vt ait Suidas, quod crederent lauro ineſſe vim quandam malum auerruncandi. inde natum prouerbium δαφνίνην φορῶ βακτηρίαν, cum quis negat ſe ſibi ab alicuius inſidiis metuere. Eodem etiam ſpectat quod obſeruare aliquando meminimus, ſolitos Graecos pro foribus laurum ſtatuere. auctor Heſychius in voce Κώμυθα. Quod ait Theophraſtus, laurum in os capi ſolitam a ſuperſtitioſis, neſcio an huic ſimilis ſuperſtitio ſit quam apud Hieronymum in Marcellae viduae epitaphio annotauimus. Sic ille, *Nec mirum ſi in plateis et in foro rerum venalium fictus ariolus ſtultorum verberet nates, et obtorto fuſte dentes mordentium quatiat.* nam ariolo-

ariolorum conſuetudo fuit (colligi poteſt ex Seneca De vita beata) laurum geſtare cum per vrbem incederent, quam *fuſtem* videtur Hieronymus vocare; quia erat, credo, virga maiuſcula e lauro. Heſychius, Ἰθυντήριον, ὃ φέρουσιν οἱ μάντεις σκῆπτρον ἀπὸ δάφνης. Sane poëtae dicuntur *laurum mordere*, Iuuenali, et Caſſandra δαφνηφάγος a Lycophrone appellatur: quod quomodo critici explicent, non eſt obſcurum. Apud Aeſchylum in Agamemnone habitus vatis hic eſt, vt amictus veſte vatum propria, quam poëta appellat χρηστηρίαν, manu ſcipionem geſtet, et coronam collo appenſam. nam ait Caſſandra ſe habere Καὶ σκῆπτρα καὶ μαντεῖα περὶ δέρῃ στέφη.

καὶ τὴν ὁδὸν ἐὰν περιδράμῃ γαλῆ] Fortaſſe παραδράμῃ. Ambigunt docti ſitne γαλῆ muſtela domeſtica, an felis. Vtrunque animal fuit olim inter ea quae occurſu ſuo auſpicium facerent, quod Graeci vocabant ἐνόδιον σύμβολον. De muſtela habes apud Plautum in Sticho [3, 2. 7]: de fele extat exemplum apud Terentium. Apud Athenienſes autem γαλῆς tranſcurſus dirimebat comitia, vt apparet ex Ariſtophanis Concionantibus. Artemidorus vero libro tertio, ſiue Ἐνοδίῳ, non parum differre docet, fueritne γαλῆ viſa accedens, an abiens: item agens aliquid gratum an contra: necnon, ageretne an pateretur. Et quod γαλῆ malum augurium faceret, inter alias hanc quoque cauſſam affert, quia ſit voci δίκη ἰσόψηφος. quod ita eſt. nam ſi vtriuſque dictionis litteras ad calculum voces, redibit par ſumma XXXXII. id autem eſt quod Graeci intelligunt, cum dicunt duo vocabula, aut duos verſus, eſſe ἰσόψηφα. Sed quid vetat ipſius Artemidori verba aſcribere? Γαλῆ, inquit, γυναῖκα σημαίνει πανοῦργον καὶ κακότροπον, ἢ δίκην· ἔστι γὰρ ἰσόψηφος δίκη καὶ γαλῆ. ἀπὸ γὰρ τῶν αὐτῶν. σύγκειται γραμμάτων. καὶ θάνατον, ὅ, τι γὰρ ἂν λάβῃ τοῦτο σήπει. καὶ ἐργασίας καὶ ὠφελείας. καλεῖται γὰρ πρός τινων κερδώ, καὶ ἱλαρία. τὴν δὲ δια-

φορὰν

φορὰν ἔξεστι λαμβάνειν τούτων· ἀπὸ τοῦ βλέπεσθαι προσιοῦσαν ἢ ἀπιοῦσαν. πράττουσάν τι ἡδὺ, ἢ ἀηδές· πάσχουσάν τι ἢ δρῶσαν. Ex his apparet γαλῆς conſpectum non malum ſemper portendiſſe, ſed aliquando etiam lucrum, aliquando gaudium ac laetitiam. Quid quod etiam purgandi vim quandam in hoc animali ineſſe crediderunt Athenienſes. qui propterea quando in concionem conueniebant, circumferri ſelem iubebant: eratque hoc purificationis et luſtrationis certum genus. Ariſtophanes Concionantibus, ὁ περιστίαρχος, περιφέρειν χρὴ τὴν γαλῆν. Erat et canis interuentus, ſiue potius tranſcurſus (Plutarchus διεκδρομὴν vocat, Περὶ Φιλαδελφίας) inauſpicatus. vnde eſt apud Plautum [Caſin. 5, 4. 4], *canina ſcaeua.*

ἕως διεξέλθῃ τις] Qui videlicet omen luat, et quod mali portendebat felis tranſcurſus, id ipſe ſubeat.

ἢ λίθους τρεῖς ὑπὲρ τῆς ὁδοῦ διαλάβῃ] Ridere licet veterum ſtultitiam. Putarunt illi cum aliquod triſte ſignum apparuiſſet, poſſe id facile eludi, et quod oſtendebatur periculum effugi, ſi vel verbis, vel aliquo facto, indicarent ſe omen non accipere, ſed abominari. Verbis quidem, cum dicerent, Εἰς κεφαλήν σοι. ***In caput tuum:*** omen nempe redeat. quae abominandi formula frequens eſt apud vtriuſque linguae ſcriptores. vnius Senecae verba ponam ex conſulatione ad Martiam [c. 9]: ***Quis non, ſi admoneatur vt de ſuis cogitet, tanquam dirum omen reſpuat, et in capita inimicorum aut ipſius intempeſtiui monitoris abire illa iubeat?*** Re vero, aut facto aliquo deteſtabantur, id quod portendebat ſiniſtrum aliquid, inſectantes. Cum enim vel auis inebra, vel aliud infauſtum animal occurriſſet, periculo ſe defunctos putabant, ſi id lapidibus petiiſſent, et feriiſſent. Auguſtinus lib. 11. De doctrina Chriſtiana, ***Plerunque tam ſuperſtitioſi ſunt quidam, vt etiam canem qui medius interuenerit, ferire audeant.*** Planiſſime vero Dio Chryſoſtomus, oratione XXXIIII. Ἀνὴρ Φρὺξ, inquit, ἐπὶ κτήνους

ἐβάδιζεν. ὡς δ' ἐθεάσατό τινα κορώνην, οἰωνισάμενος (οἱ γὰρ Φρύγες τὰ τοιαῦτα δεινοὶ) λίθῳ βάλλει· καί πως τυγχάνει αὐτῆς. πάνυ ἦν ἥδη, νομίσας εἰς ἐκείνην τετράφθαι τὸ χαλεπὸν *Homo Phryx iumento vehebatur: qui cornice aſpecta, ominis loco rem ducens (nam Phryges talium obſeruatione excellunt) lapide cornicem petit. accidit vt quam petebat, feriret. ille gaudere ſupra modum: quod crederet in ipſam malum eſſe verſum.* Hinc mos ille veterum notatus Apuleio Mileſia tertia. *Quid?* (ait) *quod iſtas nocturnas aues, cum penetrauerint larem quempiam, ſollicite prehenſas foribus videmus adſigi: vt quod infauſtis volatibus familiae minantur exitium, luant cruciatibus.* atque hoc ſcimus hodieque a quibuſdam obſeruari. Simili igitur ratione iſte quoque conſpecta fele, tres lapides in ipſam iacit: vt nimirum quod malum videbatur portendi, id in ipſius felis caput reiicere ſe hoc facto teſtaretur. Nam, vt Plinius [28, 1] ait, oſtentorum vires in eorum erant pote[illegible]e quibus oſtendebantur: ac prout quaeque eſſent accepta, ita valere illa arbitrabantur. Sic etiam oracula et vaticinationes eludi ſolitas legimus, cum apud alios hiſtoricos vtriuſque linguae perſaepe, tum apud Suetonium in Iulio, capite LVIIII. et Dionyſium Halicarnaſſaeum non vno loco. Sic et viſorum nocturnorum, quae mali aliquid portendebant, efficaciam impediebant reſpuendo et procul a ſe amoliendo. cuius rei exemplum eſt apud Tacitum primo Annalium [c. 65] in iſtis de Caecina: *ducem terruit dira quies. nam Quintilium Varum ſanguine oblitum et paludibus emerſum, cernere et audire viſus eſt velut vocantem; non tamen obſecutus et manum intendentis repuliſſe.* neque enim otioſa ſunt poſtrema verba: ſed illis Tacitus cauſſam reddit, cur hoc rerum exitu caruerit. Ex his, et vera lectio iſtius loci intelligitur: (legendum enim διαβάλῃ, non διαλάβῃ) et verus etiam ſenſus perſpicitur: a quo quantum docti viri decrarint, nolo dicere. aequus lector facile aeſtimabit, et iudicabit.

Ait

Ait autem τρεῖς, quia, vt ex Plinio, Feſto, aliiſque notum, numerus impar deo gratior. quare etiam in illis ἐπῳδαῖς, περιάπτοις, et amuletis, quibus ſuos libros Marcellus et Alexander Trallianus, ipſeque adeo Plinius reſerſerunt, frequens is numerus. Porro videntur Graeci ad hanc ſimilemue aliam triuin lapiduin ſuperſtitionem aluſiſſe illo prouerbio, τρεῖς εἰσιν ἱκανοὶ πρωκτὸν ἐκμάξαι λίθοι. qua adagione vſus Ariſtophanes. nec me fugit quomodo exponatur a veteribus: verum ego arbitror olim fuiſſe aliter conceptum prouerbium: poſtea vero quaeſita, vt fit, occaſione ioci, ita coepiſſe efferri ab hominibus vrbanis. Ἐκμάττειν verbum eſſe huic rei accommodatiſſimum infra docemus. Notauimus et aliam in tribus lapidibus ſuperſtitionem veterum non minus ridendam. Columella libro De arboribus, capite XXIII. *Mala Punica ne rumpantur in arbore, remedio ſunt lapides tres, ſi cum ſeres arborem, ad radicem ipſam collocaueris.* Simile eſt quod de ſcilla idem auctor adiicit. Palladius libro quarto, titulo x. *Qui in ſcrobe deponit, ſi tres lapillos in ipſa radice conſtituat, prouidebit ne poma findantur.* Ne illud quidem praetermittam τῶν Φιλομαθῶν χάριν. Olim ſi duos fratres ſimul ambulantes lapis ſaxumue in via forte iacens diuiſiſſet, ita vt medius inter fratres lapis reperiretur, ominoſum id et infauſtum habebatur. Refert Plutarchus Περὶ Φιλαδελφίας.

καὶ ἐὰν ἴδῃ σοφὴν ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἱερὸν ἐνταῦθα ἱδρύσασθαι] Mendoſam perſpicue lectionem docti viri ſanant, ὄψιν *viſum* aut *ſpectrum* legentes, non σοφήν· et afferunt appoſite ſane locum Platonis e decimo De legibus. Mihi tamen placebat ὄφιν pro σοφὴν reſtitui: cuius coniecturae nondum me poenitet: atque adeo haud aliter a Theophraſto ſcriptum puto: qui cum paullo poſt ἐνυπνίων meminerit, vix eſt vt hic ὄψεως mentionem fecerit. Non quo fugiat me ὄψιν et ἐνύπνιον ſubtiliter a veteribus criticis diſtingui: ſed illam diſtinctionem nemo ſanus hic recipiet. Conſtat vero ex Ciceronis

ceronis libris De diuinatione et multis aliis auctoribus, ſerpentem vidiſſe in aedibus aut in itinere, triſte auſpicium fuiſſe. Solebant autem loca in quibus monſtra fuerant viſa, religioſa fieri: vt in eo loco qui fulmine tactus eſſet, obſeruabant: quem locum Romani, vt notum eſt, bidental, quod bidentibus ibi fieret, appellabant. notus eſt ſuper hoc Artemidori locus: ſed et Plutarchus in Pyrrho ait *τὰ καταβαλλόμενα τοῖς κεραυνοῖς ἀνέμβατα μένειν χωρία.* Idem puto fuiſſe obſeruatum in aliis locis vbi portenta viſa fuiſſent. Hinc illa Platonis querela de ſuperſtitioſis hominibus, mulieribus praeſertim, quas ait leuiſſimas ob cauſas, et pauores inanes, impelli ſolitas, vt aras et ſacella diis ſtatuerent: *vt iam,* inquit Plato, ***nullus locus iis vacet, non domus vlla, non vicus.*** Porro ſerpentes fere per impluuium e tectis deſcendebant in aedes, et ibi ſoliti conſpici. Plautus Amphitruone [5, 1. 56], *Deuolant angues iubati deorſum in impluuium duo.* Terentius Phormione [4, 4. 27], *Anguis per impluuium decidit de tegulis.* vide Alexandrinum Clementem, Theodoretum in Θεραπ. et Dionem. Eo igitur loco (non autem vbi videntur inſomnia) ait auctor, ſacella a ſui temporis ſuperſtitioſis hominibus ſolita excitari. Iure Romano id non erat licitum. fuit enim lex vetus tribunitia, quae vetaret iniuſſu plebis aedeis, terram, aram conſecrare. auctora Cicero Pro domo ſua ad Pontifices [c. 49 f.].

τῶν λιπαρῶν λίθων τῶν ἐν ταῖς περιόδοις] Legimus *τριόδοις*, vel *παρόδοις.* vt de iis lapidibus intelligamus qui in viis a viatoribus coli ſolebant. de iis Sibylla, *Κἂν παρόδοισι λίθων συγχώματα ταῦτα σέβεσθε.* Sed praeſtat legere *τριόδοις.* nam aliud ſunt *ἕρμακες*, de quibus Sibylla ſine dubio intelligit, ab vnctis lapidibus, qui in prouerbium abierunt. Dicebant enim de homine ſuperſtitioſo *πάντα λίθον λιπαρὸν προσκυνεῖ.* Clemens Alexandrinus libro ſeptimo Stromatum, *οἱ αὐτοὶ δ᾽ οὗτοι πᾶν ξύλον καὶ πάντα λίθον, τὸ δὴ λεγόμενον, λιπαρὸν προσκυ-*

προσκυνοῦντες. Meminit et Apuleius initio Floridorum, cuius locum apponam, quia inſignis eſt: multa enim ſimilis ſuperſtitionis exempla velut vno faſce complectitur. *Neque enim iuſtius religioſam moram viatori obiecerit, aut ara floribus redimita, aut ſpelunca frondibus inumbrata, aut quercus cornibus onerata, aut fagus pellibus coronata, vel etiam colliculus ſepimine conſecratus, vel truncus dolamine effigiatus, vel ceſpes libamine humigatus, vel lapis vnguine delibutus.* Sed et alii multi vnctorum lapidum meminere, quod pridem Turnebus in Aduerſariis [1, 17] obſeruauit. Quid quod etiam in ſacra hiſtoria ſimile quid obſeruauimus nos. Vide Geneſeos cap. vigeſimum octauum, commate XVIII. et caput XXXV. comm. XIIII.

2 καὶ ἐὰν μῦς θύλακον ἀλφίτων διαφάγῃ] Etiam mures olim auſpicium faciebant. Auſonius [Idyl. 12, 3], *Quadrupes oſcinibus quis iungitur auſpiciis? mus.* Inprimis autem triſte putabant, ſi quid mures arroſiſſent. vide Ciceronem De diuinatione libro ſecundo. Plinius quoque libro octauo, capite LVII. idem annotat: addens, eos cum candidi prouenere, laetum facere oſtentum. Idem in ſoricibus obſeruabatur: quorum occentu dirimi auſpicia ibidem ait Plinius. Eleganter vero Auguſtinus De doctrina Chriſtiana, libro II. de ſuperſtitioſis loquens: *Hinc ſunt*, ait, *illa: cum veſtis a ſoricibus roditur, plus timere ſuſpicionem futuri mali, quam praeſens damnum dolere. Vnde illud eleganter dictum eſt Catonis, qui cum eſſet conſultus a quodam qui ſibi a ſoricibus eroſas caligas diceret: reſpondit, non eſſe illud monſtrum, ſed vere monſtrum habendum fuiſſe, ſi ſorices a caligis roderentur.* Graeci auctores ſimillimum Bionis (nec ſcio an ita legendum ſit etiam apud Auguſtinum) dictum referunt. Clemens, [Strom. 7 p. 712] Τί δὲ καὶ θαυμαστὸν εἰ ὁ μῦς, φησὶν ὁ Βίων, τὸν θύλακον διέτραγεν, οὐχ εὑρὼν, ὅ, τι φάγῃ; τοῦτο γὰρ ἦν θαυμαστὸν, εἰ, ὥσπερ Ἀρκεσίλαος παίζων ἐνεχείρει, τὸν μῦν ὁ θύλαξ

 κατέ-

κατέφαγεν. Vide etiam Theodoretum. Θύλακος *ſaccus* eſt *ſcorteus*, *vbi erat farina* vel *panis*. nam etiam ἀρτοθήκην, hoc eſt, *panarium*, explicat Ariſtophanis ſcholiaſtes. Eiuſmodi ſaccum ſecum ferebant quando ibant τὰ ἄλφιτα emptum: hoc eſt, farinam quae in foro vaenibat, quod ἀλφιτόπωλις ἀγορὰ appellabatur. Ariſtophanes Concionantibus, Κ' ἄπειτ' ἐχώρεν εἰς ἀγορὰν ἐπ' ἄλφιτα. Ἔπειθ' ὑπέχοντος ἄρτι μου τὸν θύλακον. Interpretes qui θύλακον ἀλφίτων *reticulum panis* vertunt, incogitantiae magnae ſe obligarunt et νωχελίας. Reticulum enim panis apud Horatium [1 Sat. 1, 47] et Iuuenalem eſt quod γύργαθον Graeci vocant. Heſychius, Γύργαθον, σκεῦος πλεκτὸν, ἐν ᾧ βάλλουσι τὸν ἄρτον οἱ ἀρτοκόποι. Gloſſarium, *Reticulum*, γύργαθος. Sed et ad alia his reticulis vtebantur. vnde eſt γύργαθος ψηφισμάτων apud Athenaeum libro primo ex Ariſtophane: quem locum nimis inepte docti viri hactenus ſunt interpretati. Ariſtophanes vero in Veſpis Perſarum braccas et anaxyridas θυλάκους dixit. Adeo autem familiare eſt muribus θυλάκους rodere, vt propterea θυλακοτρῶγες a poëtis appellentur. Heſychius, θυλακοτρώξ, μῦς, οἱ δὲ ἀκρίς.

πρὸς τὸν ἐξηγητὴν] Hoc eſt, *ad portentorum interpretem, et diuinum:* qualis olim Athenis Lampon ὁ μάντις, qui κατ' ἐξοχὴν dictus eſt ὁ ἐξηγητής. Multa de hoc apud comicum, et in hiſtoriis.

ἐκδοῦναι τῷ σκυτοδέψῃ ἀπογράψαι] Lege fideiubente me ἀποῤῥάψαι. quod conuenientiſſimum verbum eſt cerdoni, et veteramentariorum ſutori: quem σκυτοδέψην minus proprie vocat ἀντὶ τοῦ σκυτοτόμον, vel πίσυγγον. ſic enim Athenis nominabantur. Iam ante diximus, ſaccum de quo agitur, fuiſſe ex aluta aut corio: qualis erat, follis aut paſceolus apud Romanos. Scholiaſtes Ariſtophanis [ad Plut. 3, 2. 41] vocem σάκταν, vel, vt alii legebant, σάκκον, interpretatur ἐκ δέρματος σακκίον, ὅπερ θύλακον λέγομεν. Heſychius, θυλάκια, ἀσκοὶ

ἀσκοὶ δερμάτινοι. Graeci peram cynicorum ſolent ita vocare, vt Maximus Tyrius ſermone XXXVII. ea pera fuit coriacea, quod certum eſt. Ideo Tatianus ait, loquens de cynicis, *λέγοντες μὲν δεῖσθαι μηδενὸς, κατὰ δὲ τὸν Πρωτέα σκυτοδέψου μὲν χρῄζοντες διὰ τὴν πήραν· ὑφάντου δὲ διὰ τὸ ἱμάτιον.* Sane vulgata lectio inepta eſt, neque huius fieri debet.

ἀλλ᾽ ἀποτραπεὶς ἐκδύσασθαι] Hoc verbum et *exuendi*, et *excutiendi procul a ſe* ſignificationem habet: nec ſunt audiendi qui reſcribunt *ἐκλύσασθαι.*

καὶ πυκνὰ δὲ τὴν οἰκίαν καθαρεῖν] Harum purgationum auctor et inuentor apud Graecos Epimenides. Laërtius in vita: *Λέγεται δὲ καὶ πρῶτος οἰκίας καὶ ἀγροὺς καθῆραι.* meminit Dioſcorides, et alii.

καὶ οὔτε ἐπιβῆναι μνήματι.] Heſiodus [Ἔργ. 748 ſ.], *Μήτ᾽ ἐπ᾽ ἀκινήτοισι καθίζειν (οὐ γὰρ ἄμεινον) Παῖδα δυωδεκαταῖον, ἅ τ᾽ ἀνέρ᾽ ἀνήνορα ποιεῖ.* Nota ſunt buſtorum formidamina, et monumentorum terriculamenta. Hoc Romani maxime in Diali flamine obſeruabant. nam ille locum in qui buſtum eſſet, nunquam ingrediebatur. A. Gellius lib. x. cap. xv.

οὔτ᾽ ἐπὶ νεκρὸν ἐλθεῖν] B. Chryſoſtomus homilia XIII. in epiſtolam ad Epheſios: Graeci, inquit, *δεδοίκασι τὰ οὐκ ὄντα ἁμαρτήματα οἷον ῥύπον σώματος, κῆδος, λέχος, καὶ ἡμερῶν παρατηρήσεις καὶ ὅσα τοιαῦτα.* Praecipue autem haec obſeruatio in ſacrorum miniſtris locum videtur habuiſſe. Sane apud Moſem [Leuit. 21, 11] hac lege ſummus ſacerdos alligatur. ***Ne ad cadauera venito: ne pro patre quidem ſuo aut matre ſe polluito.*** At apud Romanos Dialis flamen, cui tam multae fuerant ceremoniae impoſitae, etſi mortuum attingere non poterat, funus tamen exſequi non erat illi religio. vide A. Gellium [10, 15]. Lycurgi lege, vt Plutarchus ait, omnis huiuſcemodi circa mortuos ſuperſtitio fuit Lacedaemone ſublata. Caeterum propter hanc cauſſam, inſtitutum olim fuit, vt indicia apponerentur foribus

 domus

domus funeſtae: ne videlicet, inſcius aliquis ingrederetur, et ſe imprudens pollueret. De vaſe aquae luſtralis iam diximus. eodem ſpectabant capilli de ipſius defuncti capite ſecti, qui foribus appendi ſoliti. Euripides Alceſtide [v. 98 ſſ.], Πυλῶν πάροιθεν δ' ὀυχ ὁρῶ πηγαῖον ὡς νομίζεταί γε χέρνιβ' ἐπὶ φθιτῶν πύλαις, χαίτα τ' ὄυτις ἐπὶ προθύρα τομαῖος, ἃ δὴ νεκύων πένθεσι πιτνεῖ. Apud Romanos cupreſſus domus funeſtae faciebat indicium. quod ex Plinio [16, 33] et Seruio pridem doctis viris notum, notatumque. notat autem Servius idem [ad Aen. 3], ab Athenienſibus tractum morem: *nam apud Atticos*, inquit, *funeſtae domus cupreſſi fronde velantur.*

ὄυτ' ἐπὶ λέχει] Scribendum λέχη, vt modo ἐπὶ νεκρόν. Heſychius, λέχη, ἐφ' οἷς τοὺς νεκροὺς κοσμοῦσιν. Etiam Latini *lectos* vocant, in quibus mortui collocabantur et efferebantur. Erit autem figura ἓν διὰ δυοῖν. ὄυτ' ἐπὶ νεκρὸν ἐλθεῖν, ὄυτ' ἐπὶ λέχη, pro ἐπὶ τὰ τῶν νεκρῶν λέχη. et referendum ad προθέσεως ſolemnia. Sed eſt et alia lectio ἐπὶ λεχώ. quam potius retineo. Euripides Iphigenia in Tauris [v. 380 ſſ.], Τὰ τῆς θεοῦ δὲ μέμφομαι σοφίσματα· Ἥτις βροτῶν μὲν ἤν τις ἅψηται φόνου, Ἢ καὶ λοχείας, ἢ νεκροῦ θίγῃ χεροῖν, Βωμῶν ἀπείργει μυσαρὸν ὡς ἡγουμένη. vide Porphyrium lib. II. περὶ ἀποχῆς. Sic λέχος interpretor in ſuperiore loco Iohannis Chryſoſtomi, de cubili puerperae. ſic in homilia III. ad Titum, ἡ ἀπὸ λέχους eſt *puerpera*, vel *quae recens e puerperio ſurrexit.* nam interpretes male aliter accipiunt. In Nouella Leonis appellatur γυνὴ ἐπίλοχος· vbi eorum error corrigitur, qui mulierem nondum ſacro lauacro lotam, poſt partum de vita periclitantem, nolebant baptizare ante diem XXXX. tanquam pollutam, et ſacramento indignam. quae erat crudeliſſima ſententia.

καὶ ὅταν ἐνύπνιον ἴδῃ] Notum eſt, veteres cum triſte aliquod inſomnium viderant, ἀποτροπιασμοῦ χάριν ſacra

cra quaedam factitaſſe. Ariſtophanes Ranis [5, 2. 85 ſſ.], *Ἀλλά μοι ἀμφίπολοι λύχνον ἅψατε, Καλπίσι τ' ἐκ ποταμῶν δρόσον ἄρατε, Θέρμετε δ' ὕδωρ, Ὡς ἂν θεῖον ὄνειρον ἀποκλύσω.* Martialis libro XI. [epigr. 50], *Amphora nunc petitur nigri carioſa Falerni, expiet vt ſomnos garrula ſaga tuos.* Sed in re non obſcura non abutar, neque meo neque lectoris otio. Exempla paſſim apud tragicos.

τίνι θεῷ, ἢ τίνι θεᾷ] Graeci vocant *δαίμονας ἀποτρόπους.* Apud Romanos Ioui prodigiali fiebant ſacra. Plautus Amphitryone [2, 2. 107 ſ.], *Sed mulier poſtquam experrecta es, prodigiali Ioui aut mola ſalſa hodie, aut thure comprecatam oportuit.* Creditum etiam eſt a veteribus expiari ſomnia, ſi illa Soli narraſſent. Euripides, *Ἄκαινὰ δ' ἥκει νὺξ φέρουσα φάσματα, Λέξω πρὸς αἰθέρ', εἴτι δὴ τόδ' εἰς ἄκος.* Sophocles Electra [431 ſ.], *Τοιαῦτά του παρόντος, ἡνίχ' ἡλίῳ Δείκνυσι τοὔναρ, ἔκλυον ἐξηγουμένου.*

3 *πρὸς τοὺς ὀρφεοτελεστὰς κατὰ μῆνα πορεύεσθαι*] Orpheus in Graeciam initiorum genus quoddam, vel teſte Demoſthene, inuexit, quod *ὀρφικὰς τελετὰς* vocabant, et qui illa docerent Orpheoteleſtas. Ait autem *κατὰ μῆνα,* quia ſub exitum cuiuſque menſis videntur ſoliti initiari Athenienſes. Habeo eius rei auctorem ſcholiaſten Ariſtophanis, qui teſtatur circa finem ſingulorum menſium fieri ſolitas *τὰς μυστικὰς δαπάνας.* Proclus in Heſiodi commentariis auctor eſt, veteres operam ſimulatricibus dediſſe die menſis XVIIII. Perſuaſum autem erat Athenienſibus, eos qui myſteriis iſtis et Eleuſiniis eſſent initiati, diuinis in Orco fruituros honoribus. Laërtius in Antiſthene, et alii.

καὶ ἐπὶ ταῖς τριόδοις ἀπελθὼν] Imo *ἐπὶ τὰς τριόδους,* vt poſtulat Helleniſmi ratio. verum arbitror maius vulnus ſubeſſe, et deſiderari aliquod vocabulum, aut etiam fortaſſe plura. Notum autem, in triuiis et compitis ſacra Hecatae olim fieri ſolita. eodem etiam moris fuit

τὰ καθάρματα, et purgamenta vrbium proiicere. Euſtathius, Φασὶν ὅτι δῖον ἐκάλȣν κώδιον ἱερεῖȣ τεθέντος Διῒ μειλιχίῳ ἐν τοῖς καθαρμοῖς Φθίνοντος μαιμακτηριῶνος μηνὸς, ὅτε ἤγοντο τὰ πομπαῖα καὶ καθαρμῶν ἐκβολαὶ εἰς τὰς τριόδȣς ἐγίνοντο. ea purgamenta etiam ὀξυθύμια appellata ſunt. qua de voce et ritu hoc toto conſule Harpocrationem. Atque haec ſacra cum peregiſſent, non ante domum redibant quam et veſtem et corpus aqua vel fluuiali, vel fontana purificaſſent. Porphyrius [lib. 2 § 44], Πάντες ἐν τȣτῳ ὡμολόγησαν οἱ θεολόγοι, ὡς οὔτε ἀπτέον ἐν ταῖς ἀποτροπαίοις θυσίαις τῶν θυομένων, καθαρσίοις τε χρηστέον· μὴ γὰρ ἴοι τὶς εἰς ἄστυ, μήδ' εἰς οἶκον ἴδιον, μὴ πρότερον ἐσθῆτα καὶ σῶμα ποταμοῖς ἢ πηγῇ ἀποκαθήρας.

κατὰ κεφαλῆς λȣ́σασθαι] Colligi hinc poſſe videtur in triuiis fuiſſe περιῤῥαντήρια. poteſt tamen etiam aliter accipi. Ritum lauandi capitis in purificationibus exprimit Perſius [Sat. 2, 15 ſ.], --- *Tiberino in gurgite mergis mane caput bis terque.* et Iuuenalis [Sat, 6, 523 ſ.] *Ter matutino Tiberi mergetur, et ipſis verticibus timidum caput abluet.*

σκίλλῃ ἢ σκύλακι κελεῦσαι αὐτὸν περικαθᾶραι] Tangit duplicem veterum conſuetudinem expiandi luſtrandique ſe. altera erat, circumacta circa corpus ſcilla: altera catulo ſimiliter circa corpus ducto. hoc enim ſignificat περικαθᾶραι. De ſcilla, quod expiandi vim crederetur habere, notum vel ex Plinio et medicorum libris. Artemidorus Ἐνοδίῳ, Ἡ σκίλλα καθάρσιος εἶναι νενόμισται. Lucianus Ἐπισκοπȣ̃ντες ἐκάθηρέ τέ με, καὶ ἀπέμαξε, καὶ περιήγνιζε δᾳδὶ καὶ σκίλλῃ καὶ ἄλλοις πλείοσι. Dio Chryſoſtomus oratione XXXXVIII. ἀλλά μοι δοκεῖ περικαθάραντας τὴν πόλιν μὴ σκίλλῃ μηδὲ ὕδατι, ἀλλὰ πολὺ καθαρωτέρῳ χρήματι λόγῳ κοινῇ πράττειν. Plura Clemens Alexandr. ſeptimo Stromat. et Theocriti ſcholiaſtes in Thalyſiis. De catulo, res minus vulgo, vt videtur, nota. quare etiam eius ritus

igno-

ignoratione interpretes miris modis hunc locum deprauarunt: in quo nihil erat prorſus mutandum. Nam verum eſt quod diximus, veteres catulo ſolitos luſtrare ſe, eum circumferentes circa corpus: eamque luſtrationem vocabant περισκυλακισμόν. Plutarchus in Κεφαλαίοις Romanorum inſtitutorum: Τῷ δὲ κυνὶ πάντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, Ἕλληνες ἐχρῶντο, καὶ χρῶνταί γε μέχρι νῦν ἔνιοι σφαγίῳ πρὸς τοὺς καθαρμούς. καὶ περιμάττουσι τοὺς ἁγιασμοῦ δεομένους, περισκυλακισμὸν τὸ τοιοῦτον γένος τοῦ καθαρμοῦ καλοῦντες. Idem repetit in Romulo. Fuerunt et alii tum ſcillae, tum catulorum in februationibus vſus, quos prudens omitto. Tirones moneo pertinere ad hunc ritum verba legis 111. §. 3. D. Ad legem Corneliam de ſicariis. quae tamen alio referunt viri docti.

αὐτὸν περικαθᾶραι] Significat hoc verbum applicare aliquid corpori, expiandi cauſa, idque in orbem ducere. quod et περιμάξαι dicitur: Latinis circumferre. Virgilius [Aen. 6, 226], *Idem ter ſocios pura circuntulit vnda.* Seruius, *Circuntulit, purgauit. Antiquum verbum eſt. Plautus* [Amphitr. 2, 2. 143], *Pro laruato te circumferam: id eſt, purgabo. Nam luſtratio a circumlatione dicta eſt vel taedae vel ſulphuris. Iuuenalis* [Sat. 2, 157], --- *Si qua darentur. Sulphura cum taedis.* Recte exprimit Seruius circumlationem illam quae in luſtrationibus fieri ſolebat. ſed eius ritus graphica extat deſcriptio apud Claudianum in Panegyrico Honorii, ſexto eius conſulatus [v. 324 ſſ.]; quem locum iuuat aſcribere, *Luſtralem ſic triſte facem cui lumen odorum ſulfure caeruleo, nigroque bitumine fumat, circum membra rotat ductus purganda ſacerdos, rore pio ſpargens, et dira fugantibus herbis numina terrificumque Iouem, Triuiamque precatus, trans caput auerſus, manibus iaculatur in auſtrum, ſecum rapturas cantata piacula taedas.* Similiter et vrbes et agri luſtrabantur, hoſtiis in orbem circumlatis. Polybius libro quarto de Mantinenſibus: καὶ καθαρμὸν

θαρμὸν ἐποιήσαντο, καὶ σφάγια περιήνεγκαν τῆς τε πόλεως κύκλῳ, καὶ τῆς χώρας πάσης. ideo Latinis ea ſacra *ambarualia* dicta. Atque hinc eſt, quod τὸ περὶ fere in vocibus eo pertinentibus reperitur: vt in περιμάττεσθαι, περιθύεσθαι, περιαγνίζειν, περιθειοῦν et περιθείωσις. etſi Homerus διαθειοῦν dixit. Sic et περιβάλλεσθαι κάρφος apud Ariſtotelem in ſexto Hiſtoriarum, de luſtratione gallinarum, quae περικαρφισμὸς Plutarcho nuncupatur. Sed et ἀπομάττειν eo ſenſu vſurparunt. Demoſthenes Pro corona, καθαίρων τοὺς τελουμένους, καὶ ἀπομάττων τῷ πηλῷ καὶ τοῖς πιτύροις. Sic accipiendum et in illo Callimachi, vt puto, verſiculo, initio Athenaei: Τρὶς δ' ἀπομαξαμένοισι θεοὶ διδόασιν ἄμεινον. quem locum non recte Eraſmus, et alii, aliorſum conati ſunt trahere, cum ex hoc ritu ſit explicandus. Hinc dictae ſunt mulierculae illae, quarum hic Theophraſtus meminit, ἀπομάκτριαι, vt eſt apud Pollucem [7, 33], vel περιμάκτριαι, vt vocat eas Plutarchus, De ſuperſtitione. Latinis *piatrices*, et *ſimulatrices*, vel potius *ſimpulatrices.* vide Feſtum. Talem fuiſſe ait Demoſthenes Glaucotheam ſiue Empuſam Aeſchinis matrem.

μαινόμενόν τε ἰδὼν ἢ ἐπίληπτον] Plautus Captiueis [3, 4. 15 ſſ.], *Hegio, hic homo rabioſus habitus eſt in Alide. Ne tu quod iſtic fabuletur, aures immittas tuas. Nam iſtic haſtis inſectatus eſt domi matrem et patrem, et illic iſti qui ſputatur morbus interdum venit. Proin tu ab iſtoc procul recedas.* Suſpicor etiam ob ſimilem ſuperſtitionem factum, vt Akis rex Dauidem inſaniam ſimulantem procul a domo ſua arceret. id enim videntur vltima verba eius capitis ſuadere. Locus eſt primo Samuelis, cap. XXI. Similis ſententia in Eumenidibus Varronis, *Apage in diem rectum a domo noſtra iſtam inſanitatem.*

AD

AD CAPVT XVII

ΠΕΡΙ ΜΕΜΨΙΜΟΙΡΙΑΣ

Ἔστι δὲ ἡ μεμψιμοιρία] Iniuſtitiae ſpecies quaedam eſt et illiberalitatis hoc vitium: quod fere in calamitoſis pauperibusque, vel paupertatem ſimulantibus, et ſenibus, reperitur. Nam vt felicitas ſuperba, ita querula calamitas eſt, eorum maxime qui e magnis aut mediocribus opibus ad inopiam ſunt redacti: recteque ille apud Terentium [Adelph. 4, 3. 14 ff.], *Omnes quibus res ſunt minus ſecundae, magis ſunt neſcio quomodo ſuſpectioſi: ad contumeliam omnia accipiunt magis: Propter ſuam impotentiam ſe ſemper credunt negligi.* et alibi [Adelph. 4, 2. 6] apud eundem poëtam querulus quidam ſenex, *Me credo*, ait, *huic eſſe natum rei, ferundis miſeriis.* Nihil autem intereſt facultatibus ſit pauper aliquis, an animo, quae ſola demum paupertas vere miſera eſt. Multa Seneca de hoc vitio variis locis: ſed vnum notare ſufficiet. Sic ille De tranquillitate vitae libro 1. [immo de tranqu. animi c. 7] de amicorum delectu loquens. *Praecipue tamen vitentur triſtes, et omnia deplorantes, quibus nulla non cauſa in querelas placet. Conſtet illi licet fides et beneuolentia, tranquillitati tamen inimicus eſt, comes perturbatus et omnia gemens.* Μεμψιμοιρίαν autem, *querelam*, non *querimoniam*, vertimus. nam etſi non fugeret nos, bonos auctores promiſcue his vocibus vti, mouit tamen veterum grammaticorum auctoritas. Cornelius Fronte literator, *Querimonia certae rei eſt: Querela ſuperuacua eſt. Itaque prior grauitatis eſt, poſterior leuitatis.* Gloſſarii auctor. *Querela*, μέμψις ματαία. *Querimonia*, μέμψις. Vox δεδομένη ſuſpecta eſt, et ſine damno ſententiae poteſt abeſſe. Habes apud Clementem Alex. Paedag. lib. III. [immo I, 9] et μέμψεως et μεμψιμοιρίας definitiones, quas praetermitto.

ἀποστί-

ἀποςείλαντος τȣ̃ φίλȣ μερίδα] Conuiuae olim e conuiuio apophoreta referebant. de quo more ſupra diximus. abſentibus vero *μερίδες* mittebantur. Plutarchus in Ageſilao, *ἔθυσεν εὐαγγέλια, καὶ διέπεμπε μερίδας τοῖς φίλοις ἀπὸ τῶν τεθυμένων*. Idem auctor in Arati vita ſcribit, Antigonum regem, cum Corinthi ſacra faceret, Arato Sicyonem miſiſſe *μερίδας*. Ariſtophanes Acharnenſibus [4, 6. 3], *Ἔπεμψέ τίς σοι νυμφίος ταυτὶ κρέα ἐκ τῶν γάμων*. Etiam Romanis mos fuit de menſa aliquid mittere amicis, imo vero etiam Iudaeis aliisque gentibus Orientis eundem morem in vſu fuiſſe teſtantur literae ſacrae priore Samuelis capite primo, Nehemiae capite VIII. et alibi.

ȣ̓ διότι ὕει] Quod vulgo fieri ſolet. Theognis [25 ſ.], *ȣ̓δὲ γὰρ ὁ Ζεὺς ȣ̓θ' ὕων πάντας ἁνδάνει, ȣ̓τ' ἀνέχων*. At hic iniquior etiam erga Iouem: quippe cui cum ſit opportuna pluuia, nihilominus tamen de Ione queritur, quod paullo ſerius quam libitum ipſi fuiſſet, pluat.

2 *καὶ πριάμενος ἀνδράποδον ἄξιον*] Querela vſitata herorum, quod nimio ſeruos emerint: quos propterea apud Plautum [Pſeud. 1, 2. 1] et Terentium [Eun. 4, 4. 2] *male conciliatos* vocant, hoc eſt, *magno emptos*. At iſtum miſerum vilitas ipſa offendit. in quem iure illud vſurpaveris, *Ὅταν τὸ ὕδωρ τὸν φάρυγγα πνίγει, τί δεῖ ἔτι πίνειν;*

καὶ πολλὰ δ.] Scrib. *ἅτε πολλὰ δ.*

δεηθεὶς τȣ̃ πωλȣ̃ντ.] Poteſt legi et *δεηθέντος*. Et ſane maius fuerit argumentum rei vili pretio emptae, ſi emptor a venditore rogatus eſt vt eam emeret.

καὶ πρὸς τὸν εὐαγγελιζόμενον] Ait, *εὐαγγελιζόμενον*, reſpiciens cupiditatem qua flagrare ſolent patres filios habendi potius quam filias. Tale illud *εὐαγγέλιον* apud Ariſtophanem Theſmophoriazuſis, *Λέων λέων σοὶ γέγονεν, αὐτ' εἶγμα σόν.*

τῆς

της οὐσίας τὸ ἥμισυ ἄπεςι] Terentius Heautontimor. [4, 1. 15], CH. *ſcio quid feceris: Suſtuliſti* [puellam ſcilicet.] Sy. *Si ſic factum eſt domina, ergo beru' damno auctus eſt:*

ἀληθῆ ἐρεῖς] q. d. quem tu beatum praedicas, verius miſerum dixeris. ſic querulus ille Horatianus Vulteius Menas [1 ep. 7, 93 ſ.], --- *pol me miſerum patrone vocares, ſi velles, inquit, verum mihi dicere nomen.*

3 *καὶ νίκην νικήσας*] Errant interpretes in huius loci interpretatione. male enim referunt alio quam ad victoriam eius qui cauſſam obtinuit, et ſuperior e iudicio diſceſſit. quare etiam *δίκην νικήσας* ſcribendum, non *νίκην*. familiare eſt Atticis ita loqui *δίκην νικᾶν*, vel *ἡττᾶσθαι δίκην*. Nam *νίκην* et *ἧτταν* non eſſe ſolum *πολέμου* ſed cuiuſcunque *ἀγωνίας*, vel vnicus in Lachete Platonis locus poterat docere. Male etiam iidem interpretes orationem, cuius ſit hic mentio, ad *ἐπιταφίους λόγους*, aut neſcio quas viuentium laudationes referunt. quae plane ſunt aegrorum hominum ſomnia. Quis neſcit, veteres Athenienſium oratores ſolitos orationes reis ſuam opem implorantibus ſcribere, quibus orationibus ipſi rei vtebantur in iudiciis? Tales ſunt omnes ferme Iſocratis, Lyſiae et Demoſthenis, quae ad cauſſas priuatorum pertinent: quod nec Cicero praetermittit, et teſtatur Quintilianus non ſemel. Eundem morem fuiſſe Romae, vel cognomen indicio ſit, Lucio Aelio ex ea re partum. dictus eſt enim STILO, *quod orationes nobiliſſimo cuique ſcribere ſolebat*, inquit Suetonius [de Gram. c. 3]. Poſtremo *δίκαια* non ſunt, *laudes merito dicendae:* ſed continentia cauſarum et defenſionis firmamenta. Terentius [Phorm. 2, 1. 50] et Cicero *iuſta* vocant.

ἐγκαλεῖν τῷ γε.] Quid cenſes facturum fuiſſe, ſi litem perdidiſſet? Atqui etiam damnato reo, oratori conſtat eloquentiae officium, ſi omni arte vſus eſt.

ἱλαρός

ἱλαρός ἐςὶ] Lego ἱλαρὸς ἔςω. vt apud Terentium [Adelph. 5, 3. 56], *Hodie hilarum fac te.* et, *Omitte nunc triſtitiam tuam.* Spectatur autem in vultu hilaritas, et opponitur proprie τῇ σκυθρωπότητι. Mox lege, ὅτε δεῖ, non ὅτι. Sic in illo Theocriti, χαίρω πῶς ὅτε τ' ἄνδρας ὁρῶ τὼς μήποτ' ὄπωπα. Atque hoc tam puſillum mendum a doctiſſimo Furlano quum non eſſet animaduerſum; vt nihil hic videret, effecit.

AD CAPVT XVIII

ΠΕΡΙ ΑΠΙΣΤΙΑΣ

Ἔςιν ἀμέλει ἀπιςία] Huic contrarium vitium eſt, quam Graeci εὐήθειαν vocant, Latini *credulitatem*, quae ſaepe in fatuitatem vertit. In medio autem horum extremorum, virtus eſt quaedam ἀνώνυμος, prudentiae velut ἀποῤῥὼξ, per quam et fidem iis habemus qui merentur: et eorum contra fidem ſuſpectam habemus, qui erga alios reperti ſunt infideles. Semper enim, infixum in animo noſtro eſſe debet Ἐπιχαρμεῖον illud, γνῶθι πῶς ἄλλῳ κέχρηται. itemque illud eiuſdem poëtae Ciceroni familiare [ad Att. 1, 19], Νᾶφε, καὶ μέμνασ' ἀπιςεῖν. ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν. hoc eſt, interprete Q. Cicerone [de petit. Conſ. 10], *Nerui atque artus ſunt ſapientiae*, NON TEMERE CREDERE. Extat in hanc ſententiam praeclara oratio Dionis Chryſoſtomi, quam velim legat iuuentus. Spectat eodem epiſtola XXII. Plinii, libro VI. lectu et ipſa digniſſima: nec minus elegans ſenis Aſcraei effatum [ἔργ. 270], Καὶ πίςεις δ' ἄρ, ὁμῶς καὶ ἀπιςίαι ὤλεσαν ἄνδρας.

καὶ κατὰ ςάδιον ἀριθμεῖν] Habes amplum in hunc locum commentarium Plauti Aulnlariam: vbi mirificiſſime miſerum ſenicem Euclionem illa auri aula inquietat. Itaque ait Staphyla [1, 1. 31] eum decies die vno extru-

extrudere omnes aedibus: vt nimirum ſolus theſaurum effodiat et nummos numeret. ſed ipſum poëtam vide. eſt enim ingenioſiſſimus in illius infelicis ἀπιϛίᾳ deſcribenda. Similia reperias apud Lucianum in Alcyone.

εἰ σεσήμανται τὸ κοιλιοῦχιον] Non damno hanc lectionem: etſi alibi haec vox, quod meminerim, haud mihi lecta. Fortaſſe tamen κυνοῦχιον ſcripſerat auctor. Eſt autem κυνοῦχιον vas quoddam inſtar magni marſupii, ſeruandis veſtibus, et aliis id genus rebus: ſic dictum a pelle canina, ex qua vel confici vel integi ſolebat, vt *riſcus* Latinorum. Meminere κυνοῦχου Xenophon et Pollux non vno loco [5, 3. 4 et 10, 17], itemque Euſtathius in Ὀδυσσ. ε, [v. 267]. Quid ſi etiam κυλικούχιον ſcribamus? quam vocem pro κυλικεῖον legere alibi memini. Sed fortaſſe verius eſt, nihil eſſe mutandum. nam ſic appellat, quas Iulius Pollux [7, 19] κοιλάς. In eodem auctore κυμινοδόχιον legas pro *panario* vel ἐδεσματοθήκῃ [10, 23].

καὶ εἰ ὁ μοχλὸς] Euclio Plautinus [Aul. i, 2. 25], --- *occlude ſis Fores ambobus peſſulis.*

εἰς τὴν θύραν τὴν αὐλαίαν] Puerilis ſed frequens error, pro αὐλείαν. Apud veteres θύρα αὐλεία, ſiue αὔλειος, perpetuo eſt idem cum πρώτῃ θύρᾳ.

2 *μετὰ μαρτύρων ἀπαιτεῖν*] Supra ad caput De ſtupiditate.

καὶ τὸ ἱμάτιον δὲ ἐκδύναι δεινὸς] Inepta lectio, et quem ex ea ſenſum interpretes eliciunt, ineptus eſt, aut nullus potius. Dubio procul legendum eſt vt emendauimus, ἐκδοῦναι. quam vocem ſupra eodem ſenſu vſurpauit: capite De ſuperſtitione. Scribendum etiam, οὐχ ᾧ τὰ βέλτιϛα ἐργ. non οὐχ ὥστ. Eſt Atticiſmus translatitius, οὐχ ᾧ, pro οὐκ ἐκείνῳ ὅς.

μάλιϛα μὲν μὴ δοῦναι] Deeſſe aliquid, luce meridiana clarius. Nos ex coniectura locum ſupplebamus in hanc ſententiam, εἰ δὲ μὴ, δοὺς εὐθὺς ἀπαιτεῖν. Sed poſtea adducti ſumus vt ferme crederemus, ita potius

n ſcripſiſſe

ſcripſiſſe Theophraſtum, *μάλιϛα μὲν μὴ δοῦναι· εἰ δὲ μὴ, τὸν παῖδα κελεύειν ἀκολουθεῖν.* nam quia ſequuntur illa verba *καὶ τὸν παῖδά δὲ ἀκολουθοῦντα·* puto hic idem eſſe mendum quod ſexcentis locis obſeruauimus, vt bis poſitae ab auctore voces locis vicinis, ſemel a librariis omitterentur. Similem *ἀπιϛίαν* aut turpiorem etiam notat in diuitibus ſui temporis Iuuenalis ſatira quinta [v. 39 ſſ.]: vbi de illorum conuiuiis loquitur: --- *tibi non committitur aurum. Vel ſi quando datur, cuſtos affixus ibidem, qui numeret gemmas, vngueſque obſeruet acutos.* Quid ſi etiam ſic legas, *μά. μὲν μὴ δοῦναι, εἰ δὲ μὴ, ϛήσας* (vel *ϛαθμήσας*) *δοῦναι.* Nam profecto ita eſt, diligentiores et cautiores patresfamilias, vaſa argentea ſi commodato alicui concedant, non illa tradunt prius quam illorum pondus accurate explorauerint.

καὶ τὸν παῖδα δὲ ἀκολουθοῦντα] Malim *τὸν ἀκολουθοῦντα*, hoc eſt, *puerum ἀκόλουθον, pediſſequum*, vel *famulum itineris comitem.* Sic dictum vt *ἁρμόζων* pro *ἁρμοϛὴς*, *δικάζων* pro *δικαϛὴς*, aliaque apud Atticos: quae et Latini ſunt imitati.

ὄπισθεν μὴ βαδίζειν, ἀλλ' ἔμπροσθεν] Plautus Curculione [1, 2. 1], *I tu prae virgo: non queo quod pone me eſt ſeruare.* Idem Pſeudolo [1, 2. 37], *I puere prae: ne quiſquam pertundat crumenam, cautio eſt.*

καὶ λέγουσι πόσου] Legimus ita hunc locum, *καὶ λέγουσι, Πόσου, εἰπεῖν, Κατάθου. οὐ γὰρ σχο.* inſerta voce *εἰπεῖν* quae manifeſto deſideratur. Πόσου autem verbum eſſe, non nomen, cenſemus: eſtque eo verbo vſus iterum capite vltimo. ſignificat *numerare*, et *rationem inire.* Solent autem mercatores venditae mercis ſummam conficere, quam in librum rationum conferant, praeſens ſi pecunia non numeretur. Quod docti quidam viri emendant, *καὶ λιπόντι τοῦ ποσοῦ*, ne Graeca quidem eſt oratio, nedum eo digna qui a diuinitate ſermonis nomen inuenit: ſaltem dicerent *ἐλλείποντι.* ſed ne ſic quidem placet. Quod ait, *οὐ σχολάζω πέμπειν*, accipi

accipi debet de ſeruo flagitatore. Si legeretur Κατάθες pro κατάθȣ, eſſet id, *Solue nunc.* quod Graeci dicunt, ἀυτόθεν κατάβαλλε. ſed nihil neceſſe mutare, praeſertim ſine veteribus libris: quorum equidem hoc maxime loco optarim fieri mihi copiam. Non eſt autem dubium notari hic diffidentiam mercatorum, quorum pleriſque manus ſunt oculatae, neque quicquam niſi quod vident, cedunt. Tale fuiſſe Graecorum maxime ingenium videtur: vt illi aegre ſuas merces cuiquam abſquè praeſenti pecunia crederent. vnde eſt apud Plautum [Aſin. 1, 3. 47] prouerbium, *mercari Graeca fide.* At ſummus Philoſophus Plato, qui ſciret quam multa incommoda pariat mercatorum facilitas ſuas res temere credentium: (ab hoc enim fonte infinitae poſtea lites manare ſolent, vt alia taceam mala:) adeo ἀπιςίαν hanc non improbauit, vt etiam lege cauerit, ne quis mercator ſuas merces ante pretii numerationem cuiquam daret: aut ſi dederit quis, et poſtea ad ſuum peruenire nequeat, ſibi, inquit, imputet: neque vllam actionem datum ſibi iri eo nomine, ſperet. Verba Platonis ſunt in octauo De legibus, Ἐν τούτοις ἀλλάτ]εσθαι, νόμισμά τε χρημάτων καὶ χρήματα νομίσματος, μὴ προϊέμενον ἄλλον ἑτέρῳ τὴν ἀλλαγήν. ὁ δὲ προέμενος ὡς πιςεύων, ἐάντε κομίσηται, καὶ ἂν μὴ, ςεργέτω, ὡς ȣ̓κ ἔτι δίκης ȣ̓́σης τῶν τοιȣ́των περὶ συναλλάξεων. Appellat Plato ἀλλαγὴν emptionem et venditionem. eſt enim re vera permutatio quaedam, vt etiam Ariſtoteles et Iuriſconſulti docent. Προϊέσθαι vero τὴν ἀλλαγὴν, eſt, cum vel pecuniae numeratio rei exhibitionem praecedit, vel contra. Vtrumque improbat Plato. Doctiſſimus Ficinus aliorſum locum hunc Platonis traxit, et de auctoribus ſecundis accepit, de quibus diximus ſupra, capite Περὶ ἀκαιρίας. quod etſi ineptum non eſt, minus tamen probo. At alii quidam interpretes quid obſecro ſomniarunt, quum illum locum tractarent? Vide locum lector: ridebis: imo indignaberis, et dices cum Iuliano,

 ἀνέγνων,

ἀνέγνων, ἔγνων, κατέγνων. Verbum προΐεσθαι ſic eſſe accipiendum monemus etiam in Animadu. noſtris ad Athenaeum. eo ſenſu et προδιδόναι vſurpabant. Vnde eſt πρόδοσις. Hermippus vetus comicus, vt ait Pollux [lib. 6, 33], eum qui vinum de cupa ſumpſerat, neque ſoluerat, προδόσει πίνειν εἴρηκε, venuſtiſſimo ioco.

ὃ γὰρ σχολάζω πέμπειν] Iam diximus de eo ſeruo haec debere intelligi, quem e re Graeci ἀπαιτητὴν Latini *flagitatorem*, dixerunt: ceu debitarum hero ſuo pecuniarum exactorem. eum vero qui publico debita exigebat, διαγραφάριον aliquando Graeci dixerunt. auctor Heſychius.

AD CAPVT XVIIII

ΠΕΡΙ ΔΥΣΧΕΡΕΙΑΣ

Ἐστι δὲ ἡ δυσχέρεια] Subtiliter diſtinguit Theophraſtus inter δυσχέρειαν, et ἀηδίαν, de qua ſequenti capite. vtraque voce notatur quorundam hominum in congreſſionibus et vitae quotidianae vſu ſcaeuitas ac ſiniſteritas: quibus nihil penſi eſt, eo eſſe habitu, eo ornatu, iis moribus, eos denique ſermones vſurpare, qui ſint iure merito iis quibuſcum verſantur, taedio, odio, et (quae fuit veterum ſuperſtitio) tanquam mali ominis, execrationi. Ac videntur τὸ δυσχερὲς καὶ τὸ ἀηδὲς differre potius τῷ μᾶλλον καὶ τῷ ἧττον quam genere: etſi Theophraſtus per diuerſa genera illa deſcribit, non enim dicam definit. Ipſe ſane etiam τὸν δυσχερῆ hoc capite vocat ἀηδῆ· vt appareat quam paruo interuallo haec duo vitia diſtent: quorum tamen longe grauius et tetrius eſt quod δυσχέρεια appellatur. Exiſtimauimus autem commodiſſime δυσχέρειαν Latina voce *foeditas*, aut *ſpurcities*, exprimi. nam qui *immunditiam* vertunt, parum omnino dixerunt, nec Graecae dictionis vim

ſunt

ſunt aſſecuti. Fuere quibus *intractabilitas* videretur nominanda, quam nos *foeditatem* diximus. ſed quis Latinorum ita, vnquam vſus illa voce? Proprie ſane δυσχερὲς dicitur, vt ipſum nomen indicat, et innuit eruditiſſimus A. Gellius [4, 15], quod eſt intractabile, et moleſtum atque odioſum. ſic dicuntur δυσχερῆ ἕλκη *vlcera inueterata et foetida:* vt cum ait Dio Chryſoſtomus de Philoctete, neminem voluiſſe eum νοσηλεύειν διὰ τὴν δυσχέρειαν τῆς νόσου. et Plutarchus ait quoſdam eſſe morbos ἀτίμους καὶ μισητούς, quales nimirum ſunt qui hic commemorantur: quales etiam fuerunt olim Laſpodiae et Damaſiae Athenienſium, quos vt σαπροκνήμους ob foetiditatem foeditatemque Ariſtophanes et Eupilis traduxerunt. ſic et δυσχεραίνειν verbum accipitur, vt apud Plutarchum in Artoxerxe: ἀλφοῦ κατανεμηθέντος αὐτῆς τὸ σῶμα ἐδυσχέρανεν ἐπὶ τούτῳ μηδ' ὁτιοῦν. Non ſolum autem *foeditatem* notat haec vox, ſed etiam, vti diximus, *malum omen.* ſere enim apud Demoſthenem, et alios ſcriptores Atticos τὸ δυσχερὲς *infauſtum aliquid ac* βλάσφημον ſignificat, vt explicatur ab Vlpiano. Sic apud Latinos voces *foedus* et *ſpurcus.*

καὶ ἀλφόν] Seneca, *foedam ex albo varietatem* nominat: Naturalium libro III. [c. 25]. Fuiſſe δυσχερῆ morbum, etiam Plutarchi quem modo attulimus, locus declarat.

ταῦτα εἶναι αὐτῷ συγγενῆ ἀῤῥωστήματα] Appellat συγγενῆ quae proprie συγγενικά, vt apud Plutarchum in Pericle: et paſſim apud Galenum: qui non vno loco diſputat contra ſophiſtas (ſic enim appellat) qui dicebant οὐδὲν εἶναι συγγενικὸν πάθος. Sic συγγενῆ σημεῖα Ariſtoteli quae Straboni συγγενικά. Non ſunt autem συγγενῆ ἀῤῥωστήματα *ingeniti morbi,* vt docti viri vertunt: ſed *gentiles et auiti.* Nam etſi ſcio, συγγενὴς interdum accipi pro σύμφυτος, aegre tamen conceſſerim, νόσον συγγενικὴν et σύμφυτον idem proprie ſonare. Exiſtimo enim proprie σύμφυτον νόσημα eſſe

morbum qui ἀπὸ παιδὸς συνέζη, καὶ συνανδρώθη, vt loquitur Hippocrates ſecundo prorrhetico. *genitiuum morbum* Latine dixerim: ſicut dixit Ouidius *genitiuam imaginem* [Met. 3, 331]: Suetonius in Auguſto [c. 30], *genitiuas notas*, hoc eſt σύμφυτα σημεῖα, non autem συγγενικά. Συγγενὲς enim vel συγγενικὸν eſt, *quod a patre acceptum eſt*, et vt hic Theophraſtus explicat. *cui pater aut auus amboue fuerint obnoxii.* Nam certum eſt, morbos pleroſque per ſucceſſiones quaſdam vt alia tradi. quin ſaepe accidit, vt ex interuallo reddantur eaedem notae, iidem naeui morbique in nepotibus, qui in filiis deſiiſſe videbantur. Plutarchus De ſera numinis vindicta Ἀκροχορδόνες, inquit, καὶ μελάσματα καὶ φακοὶ πατέρων ἐν παισὶν ἀφανισθέντες ἀνέκυψαν ὕστερον ἐν υἱωνοῖς καὶ θυγατριδοῖς.

2 ἕλκη ἔχειν ἐν τοῖς ἀντικνημίοις] Videtur haec δυσχέρεια frequens per illa tempora Athenis fuiſſe: vt merito Theophraſtus hanc notam non praetermiſerit. Nam etiam apud Ariſtophanem in Equitibus [2, 4. 71 ſ.], quo loco certant adulationis certamen Cleon et Agoracritus, fartor ille impurus pyxidem vnguenti pollicetur iſtiuſmodi hominibus, quibus tibiarum vlcera ſibi inungant. Ἐγὼ δὲ, inquit, κυλίχνιόν τε σοι καὶ φάρμακον δίδωμι, τ' ἀν τοῖς ἀντικνημίοισιν ἑλκύδρια περιαλείφειν. Alludit idem poëta etiam in Pluto [3, 3. 14], vbi Chremylus inter moleſta ſedulitatis officia ſibi blandientium, haec ponit, Νύττουσι γὰρ καὶ φλῶσιν τ' ἀντικνήμια. non intelligunt hunc locum interpretes, qui φλᾶν hic putant eſſe *frangere* aut *infringere*. nam contra *molliter tractare* ſignificat, et cum gratificandi ſtudio. Heſychius μαλάττειν et τρίβειν exponit. ideo addit, eos qui iſta ſibi facerent, hoc ipſo velle declarare ſuam beneuolentiam. Refero ad hunc morbum Athenienſium quod ait Lucretius libro ſexto [v. 1116], *Atthide tentantur greſſus, oculique in Achaeorum Finibus.* Haec ſunt quae vocat Plinius [22, 10] *tibiarum tetra vlcera*, libro

libro XXII, alibi, *tibiarum taedium.* quod reſpondet voci Theophraſti ἀηδία. Ita affectos appellat σαπρογνήμυς Dioſcorides, ψξγ'.

καὶ προσπ]αίσματα ἐν τοῖς δακ]ύλοις] Sic vocat tubercula in manibus ſolita oriri, quae cutem non ſinunt eſſe planam, ſed aſperam efficiunt. vnde etiam ἡ λέπρα nomen inuenit apud Graecos. Huius generis προσπταίσματα ſunt ἀκροχορδόνες, μυρμηκίαι, δοθιῆνες, χοιράδες, et aliae Φυμάτων ſpecies. Fuiſſe enim ἀηδεῖς et δυσεντεύκτυς, qui haberent iſtiuſmodi tubercula, etiam Horatius indicat [1 Sat. 3, 73 ſ.], *Qui ne tuberibus propriis offendat amicum poſtulat, ignoſcat verrucis illius.* Seneca [de vita b. 27]: *Papulas obſeruant alienas, ipſi vlceribus obſiti.* Poſſumus etiam paullo aliter προσπ]αίσματα ἐν τοῖς δακτύλοις explicare: vt ſint *laeſiones digitorum ex offenſatione*, hoc eſt, ἐκ τῦ προσπ]αίειν· vt cum pes ad lapidem aſperum offendit, et laceratur cutis, ac fit vulnus: aut cum ex preſſura ſanguis coit et corrumpitur. Saepe enim accidit vt quae ab initio neglecta ſunt, magnum malum tandem afferant, ac nonnunquam integri membri perniciem; vbi ſemel εὔïατα prius vulnera mutarunt in κακοήθη et ἀνήκεςα, et quae medici θηριώματα καὶ χειρώνεια ἕλκη ac τηλέΦια vocant: Plinius [22, 24] *vlcera deſperantia.* Confirmat hanc interpretationem Pollux, qui [2, 4] notat digitorum κρέματα, hoc eſt, *laeſiones ex offenſione*, π]αίσματα appellari, ab Ariſtophane ἐπιπ]αίσματα. Et in libris medicorum πρόσπ]αισμα eſt ἕλκος ἐκ τῦ προσπταῖσαι. Idem fere πρόσκομμα. de quo vide Euſtathium [ad Il. μ' extr.].

τὰς μασχάλας θηριώδεις καὶ δασείας ἔχειν] Eſt figura ἓν διὰ δυοῖν. *ferinas et hirſutas alas habere*, pro, *ferarum more hirſutas.* Non temere autem haec dicit Theophraſtus. inualuerat enim tunc temporis mos hic apud Athenienſes, ſane δυσχερὴς et foedus. Multi igitur quo magis viri fortes viderentur, et ab omni mollitie

 alieni,

alieni, ſtuduerunt hirſuti eſſe ſub axillis. Nam quum in concionem venerant, in ſuffragiis ferendis, partem illam denudabant, vt poſſet ab omnibus, poſtquam manum vel brachium ſuſtulerant, conſpici. laudi autem ducebant videri habentes illam partem fruticante pilo neglectam, et totum latus horridum. Apud Ariſtophanem Concionantibus mulier quaedam indicare volens omnia ſe feciſſe per quae latere in virorum coetu poſſet, et pro viro haberi, ſic infit, --- *πρῶτον μέν γ' ἔχω τὰς μασχάλας λόχμης δασυτέρας*. Scholiaſtes ibi, Ἔθρεψαν, inquit, *τρίχας, ἵνα ὅταν χειροτονῶσι, δοκῶσιν ἄνδρες εἶναι*. Quod autem in ferendis ſuffragiis, quod *χειροτονεῖν* a ſublatione manuum vocabant, latus nudarent, ex his apparet in eadem fabula, Ἐκεῖνο δ' οὐ πεφροντίκαμεν, ὅτῳ τρόπῳ τὰς χεῖρας αἱρεῖν μνημονεύσομεν τότε. Πρ. Χαλεπὸν τὸ πρᾶγμ'. ὅμως δὲ χειροτονητέον ἐξωμισάσαις τὸν ἕτερον βραχίονα.

ἄχρι ἐπὶ πολὺ τῶν πλευρῶν] Iuuenalis *grandes alas* appellat [Sat. 14, 192 ſ.], *Sed caput intactum buxo, nareſque piloſas adnotet, et grandes miretur Laelius alas.* Idem poëta [Sat. 2, 11 ſ.], *Hiſpida membra quidem, et durae per brachia ſetae, promittunt atrocem animum.* Perſius [Sat. 3, 77], *Hinc aliquis de gente hircoſa centurionum.* Conſtat vero, apud Romanos ſine vlla mollitici ſuſpicione alas velli ſolitas: ſed poſtea eo deliciarum ventum eſt, vt volſellis, pice, reſina, et pumice brachia, crura, aliaſque partes laeuigarent. quam ad rem ſeruorum miniſterio vtebantur, quos alipilos vel alipilarios vocarunt, Graeci *δρωπακιστάς*.

τοὺς ὀδόντας μέλανας, καὶ ἐσθιομένους] Facete dentes dixit ἐσθιομένους, (Hippocrates et ἐσθιομένους et βεβρωμένους) cum potius iis conueniat vt ſint ἐσθίοντες. pari elegantia Symmachus, *Rus*, ait, *quod ſolebat alere, nunc alitur.* Plinius de ſene quodam, libro octauo epiſtolarum, *Quinetiam (foedum miſerandumque dictu) dentes*

lauan-

lauandos fricandoſque praebebat. vbi *foedum miſerandumque*, plane eſt δυσχερὲς καὶ οἰκτρόν.

καὶ τὰ τοιαῦτα] Simile illi capite Περὶ βδελυρίας, Τὰ δὲ δὴ τοιαῦτα, καὶ Φ. Haec autem quae ſequuntur, etſi foeda ſunt, et βδελυρίας μεστά, alia tamen foeditate laborant, quam praecedentia. Ideo videtur quodammodo a ſuperioribus ea diſtinguere voluiſſe.

3 θύειν ἀρξάμενος προσλαλεῖν] Nihil mutauimus, libris non addicentibus. Notat, iſtum, cum ſacra facit, lingua non fauere, quod factum oportuit, vt mox dicemus. Non diſpliceat mihi ſi ἐσθίειν legatur. Clemens Alexandr. Paedagogi libro II. [c. 1] παραφυλακτέον καὶ τὸ φθέγγεσθαι ὁ, τῶν ἐσθίοντα ἅμα. ἀπρεπὴς γὰρ καὶ ἄσημος ἡ φωνὴ γίνεται, πλήρεσι ταῖς γνάθοις στενοχωρουμένη.

καὶ ἀπορρίπτειν ἀπὸ τοῦ στόματος] Quid emittit? ſputum nempe, hoc eſt, τὸν σίαλον. vnde σιαλόχους iſtos Graeci vocitarunt. Heſychius, Σιαλόχους, τοὺς προσραίνοντας σίαλον ἐν τῷ προσδιαλέγεσθαι. extat et verbum σιαλοχέειν apud Hippocratem III. de morbis. Ab hoc vitio nomen inuenit olim Athenis Antimachus quidam Ψακὰς cognominatus: quia, inquit comici ſcholiaſtes [ad Acharn. 4, 7], προσέρραινε τοὺς συνομιλοῦντας διαλεγόμενος. Iuuenalis [Sat. 7, 3 ſ.], *Tunc immenſa caui ſpirant mendacia folles, conſpuiturque ſinus.* Alludit B. Chryſoſtomus ad hanc foeditatem, cum dicit in epiſtolam ad Romanos, de nonnullis peccatoribus, πολλὺν δὲ ἐν τῷ στόματι περιρρέοντα τὸν σιελὸν περιφέρουσι.

ἅμα πιεῖν, προσερυγγ.] Fortaſſe ἅμα τῷ πιεῖν, aut πίνων.

ἐλαίῳ σαπρῷ ἐν βαλανείῳ χρῆσθαι] Puta, oleo lucernario, quo infimae ſortis quidam ſe inungebant. Horatius [I Sat. 6, 124 ſ.], --- *vngor oliuo, non quo fraudatis immundus Natta lucernis.* Iuuenalis in quinta [v. 86. ſſ.] --- *at hic qui pallidus offertur miſero tibi caulis olebit laternam. illud enim veſtris datur alueolis quod canna*

 Mici-

Micipſarum prora ſubuexit acuta: Propter quod Romae cum Bocchare nemo lauatur. Vngebantur pauperes et γλοιῷ, hoc eſt, *olei ſtrigmentis*, vt indicat locus Teletis quem ſupra protulimus.

εἰς ἀγορὰν ἐξελθεῖν] In hoc eſt ἡ δυσχέρεια. nam veteribus in foro honeſte veſtiri moris erat: domi quod ſatis eſſet. aliud enim homini, aliud humanitati ſatis eſſe cenſebant, vt ait Varro. Inde eſt veſtis alia domeſtica, ſiue οἰκουρούντων· alia forenſis, ſiue τῶν εἰς ἀγορὰν προερχομένων, Ciceroni ac Suetonio [Aug. 73] et Plutarcho in Sylla. Qui igitur foede veſtiti in publicum prodirent, odio erant et irriſui, vt indicat Iuuenalis ſatyra III. De munditia in veſtitu locus elegans Senecae epiſtola XCIII. *Mundae veſtis electio appetenda eſt homini: Natura enim homo mundum et elegans animal eſt. Itaque non eſt bonum per ſe munda veſtis, ſed mundae veſtis electio: quia non in re bonum eſt, ſed in electione: quia actiones noſtrae honeſtae ſunt, non ipſa quae aguntur. Quod de veſte dixi, idem de corpore me exiſtima dicere.*

εἰς ὀρνιθοσκόπου τῆς μητρὸς ἐξελθούσης, βλασφημῆσαι] Vertunt, *quum egreditur mater.* ſed ἐξελθούσης, dixit Theophraſtus, non ἐξερχομένης. De eo loquitur qui matri adſit ſacra facienti ex praecepto auguris. Fauere linguis olim in re ſacra, vel maxima religionis pars erat. Fauebant autem linguis, duobus modis: vel ſilentes; vel, ſi loquerentur, male ominatis verbis parcentes. Itaque non ſolum in templis praecones fauentiam imperabant, vt ex Plutarchi Theſeo, Feſto, et tragicis notum: ſed etiam cum indicerentur feriae, populus per eoſdem praecones monebatur, vt a litibus iurgiisque abſtinerent, et, vt loquitur Attius, *ore obſcoena dicta ſegregarent.* quod et ait M. Tullius, et diſerte praecipit Plato in vndecimo Legum: cui legi non multum diſſimilem Solonis legem Plutarchus in vita refert. Graeci εὐφημεῖν hoc dicunt: cui opponitur βλασφημεῖν. qua

notione

notione hic accipitur et ſaepe apud Platonem. Plautus in Caſina [2, 5. 38 et Aſin. 3, 3. 154] *benedicere* dixit τὸ εὐφημεῖν vel εὔχεσθαι μετ' εὐφημίας. At τὸ βλασφημεῖν eidem in Aſinaria [2, 1 extr.] *obſcoenare* dicitur: in Caſina [2, 6. 58] *omen alicui vituperare.* Vlpianus Iuriſconſultus, τὸ βλασφημεῖν τινὰ eleganter dixit, *infauſtas voces aduerſus aliquem iactare.* Tunc autem plurimum videntur exiſtimata nocere verba male ominata, quando a cognatis pronuntiarentur. Plato ſeptimo Legum, Θυσίας γενομένης καὶ ἱερῶν καυθέντων κατὰ νόμον, εἴ τῳ τὶς, φαμὲν, ἰδίᾳ παραςὰς τοῖς βωμοῖς τε καὶ ἱεροῖς υἱὸς ἢ ἀδελφὸς βλασφημοῖ πᾶσαν βλασφημίαν, ἆρ' οὐκ ἂν φαῖμεν ἀθυμίαν καὶ κακὴν ὄτ]αν καὶ μαντείαν πατρί τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἂν οἰκείοις φθέγγοιτο ἐντιθείς. propterea ait Theophraſtus τῆς μητρός. Porro quae fuerint illa verba a quibus abſtinendum eſſet in ſacris, ſciremus ſi perueniſſet ad nos Suetonii liber, cuius hodie ſupereſt ſolum index *De vocibus male ominatis.* vide Artemidorum libro III. capite XXXVIII. Conſtat ſane miram fuiſſe veterum hac in re ſuperſtitionem. erant enim pene infinita, quae nominare religio eſſet. Ac quoniam venit mihi in mentem loci cuiuſdam Demoſthenis, vbi eſt talis ὀτ]είας exemplum, quod doctiſſimus eius interpres non animaduertit, obiter eum proferam et illuſtrabo. In ea contra Leptinem de veterum praemiis loquens, τότε μὲν, inquit, ἡ πόλις ἡμῶν, καὶ γῆς εὐπόρει, καὶ χρημάτων, νῦν δὲ εὐπορήσει. δεῖ γὰρ οὕτω λέγειν, καὶ μὴ βλασφημεῖν. Eruditiſſimus Vuolfius βλασφημεῖν vertit *conuiciari.* non recte profecto. nam hoc voluit Demoſthenes, religionem eſſe ſibi, dicere Rempublicam ἀπορεῖν· idque verbum a ſe reſpui propter ominis diritatem. ideo dicit εὐπορήσει· quia dicere ἀπορεῖ non audebat, εὐπορεῖ non poterat. Neque aliter ſcholiorum Graecorum auctor interpretatur: quem cauſſa non erat cur hic non ſequeretur Vuolfius. Terentius [Heaut. 2, 1. 16] *Vnde dem, recte eſt: nam non*

habere

habere me religio eſt dicere. non ouum ouo magis ſimile. Sic βλάσφημον εἰπεῖν apud eundem alibi. Similis item ſuperſtitio apud Aeſchylum in Agamemnone, vbi Clytemnaeſtra poſt acceptum per faces ſignum, quod parum fidei apud multos merebatur, videns nuntium a marito miſſum ad ſe accedere; Nunc, ait, de rei veritate conſtabit. nam is quem video aduenientem tabellarius, aut laeta nunciabit, aut triſtia. hoc illa quum vellet dicere, poſterius tamen membrum omittit, et abominari ſe mali mentionem ait. Sic illa: ἀλλ᾽ ἢ τὸ χαίρειν μᾶλλον ἐκβάξει λέγων. Τὸν ἀντίον δὲ τοῖσδ᾽ ἀποστέργω λόγον. Simile et illud eſt apud M. Tullium in epiſtola ad Caſſium, libro XII. [ep. 9] *multum intereſt te venire: exigua eſt enim ſpes Reip. nam nullam non licet dicere.* ita enim hic locus accipiendus.

σπενδόντων ἐμβαλεῖν τὸ ποτήριον] Scribendum eſt ἐκβαλεῖν ſicut apud Plutarchum in Craſſo in ſimillima re, τὰ σπλάγχνα τοῦ μάντεως αὐτῷ προσδόντος, ἐξέβαλε τῶν χειρῶν. id quod viſum eſſe ait circunſtantibus vere τεράστιον et triſte. Haec ſunt quae Romani *caduca* auſpicia vocabant. Feſtus, *Caduca auſpicia dicunt, cum aliquid in templo excidit, veluti virga e manu.* Non hoc dicit Feſtus (quod putat ſummus Scaliger) tum demum caducum eſſe auſpicium, ſi e manu flaminis commentaculum virga excidiſſet: ſed quoties aliquid excidiſſet, puta ſpondeum vt hoc loco Theophraſti: aut victima, vel τὰ σπλάγχνα, vt Craſſo accidit: aut de capite ſacrificantis, vitta, quod de Sythace canit Silius Italicus. Simile eſt quod notat Cicero De aruſpicum reſponſis [c. 11], ludos eſſe non rite factos, ſi puer patrimus et matrimus tenſam aut lorum omitteret. Meminerat iterum Feſtus huius ſuperſtitionis in voce *ſilere*, quantum ex iis quae ſuperſunt, licet coniicere.

4 ἀποπτύσαι δὲ βουλόμενος ὑπὲρ τῆς τρ.] Nihil hoc foedius, nihil ſpurcius: verum praeterea notandum eſt, non δυσχέρειαν tantum hic eſſe: ſed etiam, vt ſunt

conca-

concatenata vitia, faſtum, et conuiuarum contemptum. Olim enim in conuiuiis aut aliis congreſſionibus, procul ſpuere, ſignum habebatur eminentiae. Plautus [Perſ. 2, 5. 7] dixit, *magnifice conſcreare:* Quintilianus, *clare exſcreare.* Sotades apud Stobaeum [ſerm. XXII], Εἰ καὶ βασιλεὺς πέφυκας, ὡς θνητὸς ἄκουσον· Ἂν μακρὰ πτύῃς, φλεγματίῳ κρατῇ περισσῷ· Ἂν εὐϊματῇς, ταῦτα πρό σου προβάτιον εἶχεν. Praeclare vero Clemens Alexandrinus, de hoc ipſo loquens II. Paedagogi [c. 7], ἀγερωχίας καὶ ἀταξίας σύμβολον, τὸ προσθεῖναι τοῖς ἥσχοις ἐθέλειν, μὴ οὐχὶ ἀφαιρεῖν. Sic et plurimum tuſſire potentiorum erat tantum. Petronius, *Secundum hanc formulam imperamus Eumolpo vt plurimum tuſſiat, vt ſit ſolutioris ſtomachi, cibuſque omnes palam damnet, loquatur aurum et argentum, fundoſque mendaces.* Erant item argumenta potentiae, ceruices inflectere, et altum loqui, vt ex Plutarchi Pyrrho et Demoſthene intelligitur.

AD CAPVT XX

ΠΕΡΙ ΑΗΔΙΑΣ

Ἔστι δὲ ἀηδία] Iam diximus ad caput ſuperius. Parum autem differre δυσχέρειαν et ἀηδίαν, etiam ex eo diſcimus, quod Plato et Demoſthenes ſaepe vtramque vocem pro eodem vſurpant, quod a nobis eſt obſeruatum. Sed et apud alios ſcriptores has voces ſaepe coniunctas leges: vt cum Iſocrates in Aeginetica, morbo Traſylochi tribuit δυσχέρειαν et ἀηδίαν ſimul: et cum exponunt veteres critici prouerbium ἅλις δρυός. ſcribunt enim dici ἐπὶ τῶν δυσχερῶς καὶ ἀηδῶς ἐσθιόντων· ὕστερον δὲ κάλλιόν τι εὑρόντων. Latiſſime ſane vox ἀηδία patet, et quae ſaepe nihil aliud eſt quam ineptitudo quaedam, aut φορτικότης. Poſſis pro loco recte vertere *inſulſi-*

inſulſitatem, vel *taedium*, aut *odium*; quanquam Plautus et Terentius ipſum potius τὸν ἀηδῆ *odium* appellare ſolent. Plautus in Milite, *incommoditatem* dixit τὴν ἀηδίαν· vt contra tam apud ipſum quam apud alios veteres, ipſumque adeo M. Tullium, *commodus* eſt is qui opponitur τῷ ἀηδεῖ. cuius hominis habes graphicam deſcriptionem in Milite Plautina, ſcen. *Cohibere intra lim.* illo loco, *Et ego amoris* etc. Notabis, vocem ἀηδὴς, et *eum* ſignificare *qui taedio eſt*, et *eum qui eſt faſtidioſus.* Nam ita quoque vſurparunt. Ariſtoteles Magnorum moralium, libro ſecundo, ὁ πλοῦτος πολὺς γενόμενος ὑπερόπτας καὶ ἀηδεῖς ἐποίησεν *Diuitiarum acceſſio ſuperbos et faſtidioſos, moroſoſque efficere ſolet.* Par huic vox veterum Latinorum *Taedulus.* vide Feſtum.

καὶ ἀνάγεσθαι μέλλοντας, κωλύειν] Non diſpliceret μέλλοντα. Senſus erit: Solet retinere amicum qui iam nauim ſoluebat, et eius comites rogare, vt tantiſper expectent donec aliquot cum illo ſuo amico ſpatia confecerit.

2 μασσώμενον σιτίζειν αὐτὸς] Inſigniter lapſi ſunt interpretes non animaduerſo vnius literulae mendo. Legendum enim μασσώμενος, non μασσώμενον. Iam quod iidem μασσᾶσθαι interpretantur *mammam ſugere*, puerilis eſt in re puerili error. Σιτίζειν dicuntur nutrices ſuos alumnos, quando illis manſum ex ore ſuo cibum in os indunt: ipſi autem pueri ψωμίζεσθαι. Ariſtophanes Equitibus [2, 2. 22 ſſ.], Κλ. Ἐπίσαμαι γὰρ αὐτὸν οἷς ψωμίζεται. Αλ. Καθώς περ αἱ τίτθαι σιτίζεις κακῶς. Μασσώμενος γὰρ, τῷ μὲν ὀλίγον ἐντιθεὶς· Αὐτὸς δ' ἐκείνου τριπλάσιον κατέσπακας.

καὶ ὑποκορίζεσθαι ποππύζων] Signate loquitur. Eſt enim proprie ὑποκορίζεσθαι, τὸ τοῖς παισὶ πρὸς ψυχαγωγίαν λέγειν τινὰ, *cum infantibus nutricum more balbutire.* Inde ad alia transfertur, quoties pro duriore voce mollior vſurpatur et minime odioſa. Cicero Attico [9 ep. 10], *Video infinitum bellum, iunctum miſerri-*

ma

ma fuga, quam tu peregrinationem ὑποκορίζῃ. Accipitur et aliter. Sed haec vulgo nota. Ποππύζειν vox eſt ὀνοματοποιηθεῖσα pulchre ad imitationem eius qui voce blanditur, ſiue infanti ſiue equo. ponitur et pro *manu blandiente permulcere*, ſiue καταῤῥέζειν.

καὶ ζωμȣ̃ τȣ̃ παρακειμένȣ] Scribendum eſt, καὶ ζωμȣ̃ τȣ παρακειμένου, εἰπεῖν ὅτι ἐν τοῖς ὑποχωρήμασιν αὐτῷ μελαντέρα ἡ χολή. Eſt autem τȣ pro τινός. Intelligit ius nigrum, quod ἔδεσμα Λακωνικὸν a Grammaticis dicitur, quia plurimus eius vſus Lacedaemone: eratque hoc in eorum phiditiis coenae caput, vt ait etiam Cicero [Tuſc. 5, 34]: ſed et aliae gentes Graeciae eo vſae. vide Athenaeum.

3 ἐναντίον τῶν οἰκείων] Quod tempus alios ſermones poſtulabat. Peccat igitur inſcitia temporis: eſtque non ſolum ἀηδὴς, ſed etiam ἄκαιρος.

ὅτι ψυχρὸν ὕδωρ ἐςὶ παρ᾽ αὐτῷ λακκαῖον] Etſi aliud eſt λάκκος, aliud ψυγεῖον, ſiue, ὑδροψύγιον, hoc eſt, *frigidarium:* tamen, vt vides, etiam λάκκοι a frigiditate commendabantur. Macho poëta apud Athenaeum [13, 5], Νὴ τὴν Ἀθηνᾶν καὶ θεȣ̀ς, ψυχρόν γ᾽ ἔφη Γνάθαιν᾽ ἔχεις τὸν λάκκον ὁμολογουμένως. Frigida delectatos fuiſſe veteres Graecos conſtat: an calida vterentur, quae poſtea fuit in deliciis, quaerit Pollux libro VIIII. [c. 6].

δεῖξαι τὸν παράσιτον αὐτȣ̃ ποῖός τις] Suos enim paraſitos oſtentabant. vnde Diogenis iocus, qui mures hoſpitibus oſtendens, hi, inquit, ſunt mei paraſiti. Itaque ait ille in auctione paraſitica apud comicum [Stich. 1, 3. 72 ſ.], --- *nemo meliores dabit: Nullis meliores eſſe paraſitos ſinam.*

ἐπὶ τȣ̃ ποτηρίȣ] Hoc eſt, *ſuper coenam*, vel *inter coenam.* Plutarchus in Alexandro, ἐπαινέσαι κελευσθεὶς ἐπὶ τȣ̃ ποτηρίȣ Μακεδόνας ὁ Καλλισθένης. Plato in Conuiuio, ἐπὶ τῇ κύλικι λέγειν. Vox ὅτι, vel παρέλκει, vel etiam fortaſſe tolli debet.

AD

AD CAPVT XXI

ΠΕΡΙ ΜΙΚΡΟΦΙΛΟΤΙΜΙΑΣ

Ἡ δὲ μικροφιλοτιμία] Eſt hoc vnum e vitiis illis quae circa τιμὴν καὶ ἀτιμίαν verſantur. ſunt enim non pauca, ſed quae fere nomine careant. Ariſtoteles praecipua tantum explicat, χαυνότητα et μικροψυχίαν. iſtud autem vitium quod hoc capite deſcribit Theophraſtus, obiter tantum attingit in IIII. Nicomacheorum: quo loco ait, eum qui ſit μεγαλόψυχος τῆς παρὰ τῶν τυχόντων καὶ ἐπὶ μικροῖς πάμπαν ὀλιγωρήσειν τιμῆς. Nihil enim aliud eſt μικροφιλοτιμία, quam ***cupiditas honoris*** ſiue ***laudis***, vel, vt dicam melius, ***laudationis*** ἐπὶ μικροῖς, ***ob minuta quaedam et parua.*** Atque hanc cupiditatem veriſſime Theophraſtus illiberalem iudicat. Neque vero vnicum eſt iſtorum hominum genus, ſed duplex: ſunt enim quidam φιλότιμοι, neceſſario μικροφιλότιμοι. eos dico, qui vellent quidem laudem poſſe mereri alia ratione: ſed quia inopes ſunt, et iis praeſidiis deſtituuntur, quae ad conſequendos honores veros deſiderantur: (fere enim ἀμφὶ τιμὰς, vt ait Pindarus, μάρναντι δαπάναι) qua poſſunt ratione, tentant innoteſcere, et vt laudentur, verſenturque in hominum ore, efficere. Atqui ſatius erat, ſua ſorte contentum, abſtinere ab omni tali cupiditate. Haec eſt quam paupertatem ambitioſam vocat Iuuenalis. Alterum genus eſt eorum qui ſimul duobus morbis grauiſſimis tenentur, ambitione et auaritia. Hos, vt honores affectent, impellit ambitio: vt non rectam viam inſiſtant, ſed ſumptus maxime fugiant, facit auaritia. Μικροφιλοτιμίαν autem poſſis Latine dicere ***ambitionem gloriae ineptam et ſordidam:*** vel, ***ineptam et friuolam***, ſicut A. Gellius [15, 30] *oſtentationem ineptam et friuolam* dixit. et apud eundem, ***homo inepte glorioſus*** libro XIII. non longe abeſt ἀπὸ τοῦ μικροφιλοτίμου.

καὶ

καὶ τὸν υἱὸν ἀποκεῖραι, ἀπαγαγὼν εἰς Δελφοὺς] Athenis fuit hic mos: Iuuenes comam alebant ad annos pubertatis: tum a parentibus ad tribules adducebantur, vt comam tonderent, quae *μαλλὸς* et *σκολλὺς* dicebatur. fere autem et Graeci et Romani comam hanc primam alicui deo conſecrabant: et cum illam alere ſe in eius honorem dicebant: tum vbi tonderentur, illam in eius dei templo ponebant: cuius rei apud Pindarum, Aeſchylum, Feſtum, aliosque ſunt teſtimonia. Ac videntur vulgo Athenienſes Herculi conſecrare ſoliti aut alicui alii deo, cuius templum eſſet in vrbe. Heſychius: *Ἀθήνησιν οἱ μέλλοντες ἐφηβεύειν πρὶν ἀποκείρασθαι τὸν μαλλὸν, εἰσέφερον Ἡρακλεῖ μέτρον οἴνου, καὶ σπείσαντες τοῖς συνελθοῦσιν ἐπεδίδουν πίνειν. ἡ δὲ σπονδὴ ἐκαλεῖτο οἰνιστήρια.* Ita igitur vulgus. at qui ſupra vulgus exiſtimari volebant, antiquo Athenienſium inſtituto, cuius meminit Plutarchus in Theſeo, comam filiorum ſuorum Apollini Pythio conſecrabant, et quum tempus aduenerat, Delphos ſuos filios adducebant, vt ibi comam deponerent. quod auctor vult eſſe *μικροφιλοτιμίας* indicium.

ὅπως αὐτῷ ὁ ἀκόλουθος Αἰθίοψ ἔσται] Olim *τρυφηταὶ* et beati homines, puerorum Aethiopum miniſterio vtebantur. Auctor ad Herennium [4, 50] deſcribens oſtentatorem ineptum, ***Et dicit in aurem, aut vt domi lectuli ſternantur, aut ab auunculo rogetur Aethiops, qui ad balnea veniat, aſturconi locum ante oſtium ſuum detur, aut aliquod fragile falſae choragium gloriae comparetur.*** Athenaeus [4, 2] in deſcriptione conuiuii Cleopatrae, *λαμπτηροφόρους παῖδας Αἰθίοπας παρέστησε.* Iuuenalis, [Sat. 5, 52 ſ.] --- ***tibi pocula curſor getulus dabit, aut nigri manus oſſea Mauri.*** Similiter mulieribus fuerunt ſuae ex Aethiopia ancillulae, vt eſt apud Terentium. Tibullus [2, 3], ***Illi ſint comites fuſci quos India torret, Solis et admotis inficit ignis equis.*** Et in epiſtola Leontii ad Lamiam apud Alciphronem nominantur *θεράποντες, θεράπαιναι, Ἰνδοί, Ἰνδαί.* Fuit etiam magnus

vſus Afrorum nomenclatorum, quod ex Luciano colligimus, Περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ σ.

² καὶ ἀποδοὺς μνᾶν ἀργ.] Scribe ἀποδιδούς. Καινὸν autem intelligo nummum recens percuſſum et nouum. tales enim nummi veteribus et vſu tritis ac ſordidis praeferuntur. Tale illud in nono Apuleii *demonſtrat ei nouitate nimia candentes aureos.* Hi ſunt quos vocant nummos aſperos, Seneca, Suetonius [Ner. 44], Perſius [Sat. 3, 70], vt valde miratus ſim nuper doctiſſimi viri ſententiam, qui eam vocem ab origine Arabica repetit. verum de eo alias pluribus.

ἀπαντικρὺ τῆς εἰσόδου προσπαταλεῦσαι] Ita moris fuit apud Graecos, eam partem aedium (quae ab ingredientibus prima conſpicitur, aut a praetereuntibus, quando fores patent, quam ἐνώπια vocabant) omnibus modis ornare. ideo Homerus, ἐνώπια παμφανόωντα dixit [Il. Θ', 435 Odyſ. δ', 42. χ', 121]. Heſychius, Ἐνώπια, τὰ καταντικρὺ τοῦ πυλῶνος φαινόμενα μέρη, ἃ καὶ διεκόσμουν ἕνεκα τῶν παριόντων. Vide amplius Euſtathium in Iliados rhapſodiam Θ', et in Odyſſeam. necnon Aelianum in epiſtolis. De Romanorum atriis et tablinis non eſt obſcurum. at Graeci atriis non vtebantur, ſi credimus Vitruuio. eum vide libro VI. capite X.

ἀναβαλόμενος δὲ θοἰμάτιον] Cum tranſuehebantur equites Athenis, veſte erant amicti purpurea et varia. Scholiaſtes Ariſtophanis, ἐν πορφυροῖς καὶ ποικίλοις ἱματίοις ἐπέμπευον. Eam veſtem ξύστιδα vocabant. Ariſtophanes Nebulis [1, 1. 69 ſ.], ὅταν σὺ μέγας ὢν, ἅρμ' ἐλαύνῃς πρὸς πόλιν, ὥσπερ Μεγακλέης ξυστίδ' ἔχων· Interpres, ξύστις λέγεται τὸ κροκωτὸν ἱμάτιον, ὃ οἱ ἡνίοχοι φοροῦσι μέχρι νῦν πομπεύοντες. Romae quoque equites trabeati erant in tranſuectione.

3 ΚΛΑΔΟΣ ΜΕΛΙΤΑΙΟΣ] Mirus vſus vocis κλάδος. Putet fortaſſe aliquis reſcribendum non procul ab editae lectionis veſtigiis, ΚΥΝΟΣ ΜΕΛΙΤΑΙΟΥ, vel ΚΥΝΙΔΙΟΝ ΜΕΛΙΤΑΙΟΝ, vel ΚΑΛΛΑΘΙΝΟΣ,

vt

vt in epigr. Adaei [Anthol. I, 33], Τῇ βαιῇ Καλαθίνῃ ὑπὸ σκυλάκων μογεῦσῃ. quaſi dicas, quaſillariae quae in calatho aut ταλάρῳ educaretur. et poteſt vtroque loco nomen proprium videri. Puto tamen verius eſſe quod ſupra diximus, cum exponeremus illa ζωμὸν πολὺν γεγονέναι. quae ibi legantur. In poëta minus eſſet mirum. nam ob cognationem quae eſt inter plantarum genus, et ea quae animalia proprie vocantur, non mirum, plantarum appellationes ad homines aut alia animalia transferri. quod in vocibus ἔρνος, ὄζος, μόσχος, θάλος, ἀκρεμὼν, ὄρπηξ, στάχυς, paſſim apud poëtas licet obſeruare. Nec ſoli poëtae his vocibus vſi, verum et ſolutae orationes ſcriptores, ſed fere cum aliqua ſimilitudinis exprimendae nota. Gregorius qui vitam B. Chryſoſtomi ſcripſit, ἐκ δὴ τοιούτων οἷά τις εὐθαλέστατος κλάδος ὁ τίμιος οὗτος Ἰωάννης βεβλάστηκε. Vide Iſidori Peluſiotae libro IIII. epiſtolam CXXXXI. Ab eadem origine ſoboles et propago apud Romanos tribuuntur animalibus. eſt igitur κλάδος Μελιταῖος, *ſurculus Melitenſis*, hoc eſt catellus ſiue ſoboles, parua canum minimorum, quos veteres *Melitaeos* vocabant: etſi parum conſtat ab vtra Melita (duae enim ſunt eo nomine inſulae; altera in Africo mari hodie, ſedes equitum Malthenſium; altera in Ionio Siculo mari) aduehererentur.

ἐν τῷ Ἀσκληπιῷ] Scribe vel ſine ἐν, vel ἐν τῷ Ἀσκληπιοῦ. aut ἐν τῷ Ἀσκληπιείῳ. Erant duo Athenis templa Aeſculapii: alterum in vrbe: alterum in Piraeeo, vel Acharnis. notat comici ſcholiaſtes.

τοῦτον ἐκτρίβειν στεφανοῦν τα· ἀλ.] Scribe, ἐκτρίβειν στεφανῶν· καὶ ἀλείφεσθαι ὅσ.

συνδιοικήσασθαι παρὰ τῶν πρυτ.] Scribe, τὰ παρὰ τῶν πρ. Sic vocat ea quorum adminiſtratio ad curam et officium prytaneorum pertinebat [Tayl. ad Demoſth. p. 347 To. 2]. Inter alia vnum hoc erat, quod oportuit eos θύειν ἑκάστοτε κοινῇ, vt eſt in ea De falſa legatione. Solebant autem prytanei poſt rem diuinam factam po-

 pulo

pulo renunciare, litaſſent ne an non. Extat eius moris illuſtre exemplum in prooemiis Demoſthenicis: quorum vnum eſt totum huic ſacrorum renuntiationi accommodatum. Cum autem quater quoque prytaneatu (erat id ſpatium dierum xxxv. vel xxxvi. teſte Harpocratione) populi concio celebraretur, fiebat, vt puto, quarta tantum concione haec renunciatio. ait enim Pollux [8, 8] τὴν τετάρτην ἐκκλησίαν fuiſſe de rebus ſacris et ad ſacra pertinentibus.

καὶ παρασκευασάμενος λαμπρὸν ἱμάτιον] Vt apud Romanos, ſic etiam apud Athenienſes qui rem diuinam facturi erant, veſte candida erant amicti. id enim eſt λαμπρὸν ἱμάτιον, non *ſplendida veſtis*. Aeſchines de Demoſthene, ςεφανωσάμενος καὶ λευκὴν ἐσθῆτα λαβὼν, ἐβȣθύτει. alii ſcriptores ἱερὰν ἐσθῆτα vocant. Porphyrius Περὶ ἀποχῆς libro ſecundo, modo λαμπρὰν, modo λευκήν· aliquando καθαρὰν, vt Latini, *pura veſtimenta*. Hanc ob cauſſam ſolebant ſcurrae Attici, ſi quis in publicum prodire candidatus conſueſſet, eum appellare ὀλολυγμὸν, quaſi tu dicas, *perpetuo ſacrificantem*. Eſt enim ὀλολύζειν vox ad ſacrorum caeremonias pertinens: neque aliter a vetuſtiſſimis ſcriptoribus vſurpatur, vt alibi annotauimus: idque certiſſimum eſt. Anaxandrides apud Athenaeum libro ſexto [c. 9], Ὑμεῖς γὰρ ἀλλήλοις ἀεὶ χλευάζετε, οἶδ' ἀκριβῶς· ἂν μὲν γάρ ᾖ τις εὐπρεπὴς, ἱερὸν γάμον καλεῖτ'· ἐὰν δὲ μικρὸν παντελῶς ἀνθρώπιον, Σταλαγμόν. λαμπρός τις ἐξελήλυθεν; Ὀλολυγμὸς ȣ̉τός ἐςιν. Protulimus hunc veteris poëtae locum, non tam vt auctorem noſtrum illuſtraremus, quam vt ipſum poëtam. Nam interpretis quidem poſtremorum verborum verſio, plane eſt, (quod ſine docti viri contumelia dictum ſit) inepta: longe vero ineptior eiuſdem annotatio. Riſi ſuauiter cum illa legerem. Enimuero pauci obſeruarunt quid proprie ſit ὀλολύζειν. nec pauci ad eum ſcopulum offenderunt.

ἐθύομεν

ἐθύομεν οἱ πρ.] Demoſthenes in eo cuius modo meminimus prooemio, Ἐθύσαμεν τῷ Διὶ τῷ Σωτῆρι, καὶ τῇ Ἀθηνᾷ, καὶ τῇ Νίκῃ, καὶ γέγονε καλὰ καὶ σωτήρια ταῦθ' ἡμῖν τὰ ἱερά. Ἐθύσαμεν δὲ καὶ τῇ μητρὶ τῶν θεῶν, καὶ τῷ Ἀπόλλωνι· καὶ ἐκαλλιεροῦμεν καὶ ταῦτα.

καὶ ὑμεῖς ἐδέχεσθε τὰ ἀγαθὰ] Lege δέχεσθε. Demoſthenes in fine eius prooemii, Δέχεσθε οὖν παρὰ τῶν θεῶν διδόντων τἀγαθά. Quam nihil intellexerint toto iſto loco priores interpretes, piget dicere.

AD CAPVT XXII

ΠΕΡΙ ΑΝΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣ

Ἡ δὲ ἀνελευθερία ἐστὶ περιουσία τις ἀπὸ φιλοτιμίας δαπάνην ἔχουσα] Nihil deprauatius, nihil infrunitius, iſta lectione: quae cum tam male conueniat τῇ ἀνελευθερίᾳ, cuius definitionem aut deſcriptionem ſaltem promittit, demiror, doctiſſimos viros, et in philoſophia apprime verſatos, mendum non ſuboluiſſe. Atqui illiberalitas neque περιουσία eſt ſimpliciter, hoc eſt, vt illi vertunt, *opulentia:* neque recte δαπάνην ἔχειν dici poteſt. quare conſtat, tam in eo quod generis locum obtinet, quam in differentia vitium eſſe. At non ſunt accuratae Theophraſti definitiones in hoc libello, dicet aliquis. ſane fateor τὸ ἀκριβὲς illas non habere: falſas tamen eſſe et ineptas, hoc vero nego tibi atque pernego. Vt igitur ineptias vitemus, ſic legamus, Ἡ ἀνελευθερία ἐστὶ περιουσία τις ἀφιλοτιμίας δαπάνην φεύγουσα. Nemo recti iudicii qui ſit (quod impune dixiſſe liceat) de veritate huius lectionis dubitabit. Iam ergo non eſt genus περιουσία, ſed ἀφιλοτιμίας περιουσία. neque differentia τὸ δαπάνην ἔχειν· ſed τὸ φεύγειν δαπάνην. Contra virtutis oppoſitae ἐλευθεριότητος, proprium

docent eſſe philoſophi τὸ προετικὸν εἶναι χρημάτων εἰς τὰ ἐπαινετά. hoc eſt, *facilem eſſe ad faciendos ſumptus liberales.* eſt enim pecuniae vſus duplex: alius ad ſumptus neceſſarios, alius ad ſumptus liberales, vt eſt apud M. Tullium [Off. 2, 12]. Ideo dicebat Plato in octauo De republica τοὺς Φειδωλοὺς eſſe Φαύλους ἀνταγωνιστὰς ἤ τινος νίκης, ἢ ἄλλης Φιλοτιμίας τῶν καλῶν. cauſſam nunc accipe, χρήματά τε οὐκ ἐθέλειν εὐδοξίας ἕνεκα καὶ τῶν τοιούτων ἀγώνων ἀναλίσκειν. Non alia aut interpretatione verba Theophraſti opus habent: aut confirmatione, noſtra emendatio.

οἷος νικῆσαι τραγῳδοὺς] Scribe νικήσας τραγῳδοῖς. Alibi hunc locum explicabimus, et de hoc more multa dicemus. Notum autem, tragoediam Libero patri fuiſſe dicatam, vt Apollini comoediam. Videat ſtudioſus lector, ſi lubet, quae De ſatirica Graecorum poëſi ſcripſimus: vbi de veterum Tragicorum tetralogiis diſſerimus.

καὶ ἐπιδόσεων γενομένων] Difficilibus Reip. temporibus ſolebant Athenienſes pro virili parte quiſque publice pecunias erogare, ad ſubleuandam aerarii inopiam, quod ἐπιδιδόναι proprie dicebant: quaſi dicat aliquis, *ſupra ordinaria munia aliquid amplius largiri.* erant enim ordinariae et legibus conſtitutae λειτουργίαι. Cum igitur pecuniis opus erat, Prytanei populum conuocabant: anguſtias Reip. exponebant: ad collationem quemque hortabantur. tum ſurgebat vnuſquiſque ordine ſuo et loco: ac ſi quidem vellet aliquid conferre, id profitebatur; et dicebat, Ἐπιδίδωμι ἐγὼ τοσοῦτον. ſin animus largiendi quicquam non eſſet, vel tacebant cum ſurrexerant, vel e concione clam ſe eripiebant. quod vel ex iſto loco clarum eſt. Athenaeus libro IIII. [c. 19] de Phoco Phocionis filio, homine luxu perdito, loquens, Ἐπιδόσεων δέ ποτε γινομένων, παρελθὼν καὶ αὐτὸς εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἔφη, Ἐπιδίδωμι κἀγώ· καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ὁμοθυμαδὸν ἀνεβόησαν, Εἰς ἀκολασίαν. Sentiebat Phocus ſe velle conferre aliquid: populus verniliter nimis accepit

Ἐπιδί-

Ἐπιδίδωμι, ea notione qua vſurpatur pro *creſcere*, et *in aliqua re proficere.* In orationibus Graecorum oratorum ſexcentis locis fit ἐπιδόσεων iſtarum mentio.

ἐκ τοῦ μέσου ἀπελθὼν] Scribe ἀπελθεῖν.

τοῦ μὲν ἱερείου πλὴν τῶν ἱερείων] Fortaſſe legendum, πλὴν τῶν ἱερέων καὶ ἱερειῶν. hoc eſt, *exceptis iis partibus quae ad ſacrificos et ſacrificas pertinebant.* Veteres enim deos precaturi, et viros et mulieres ſacerdotes adhibebant. Plato, Legum quinto, εἶτα ἱερέων καὶ ἱερειῶν εὐχαῖς ποιησομένων ἐπὶ τοῖς πρώτοις θύμασι καὶ δευτέροις. Sed placet nunc, nihil eſſe mutandum: vt haec ſit ſententia, Hominem illiberalem de ea quam aris deum admouerit victima, tantum ſibi perire ſinere, quantum ſit neceſſario adolendum, aut aliter diis offerendum. coxam fere offerebant, aut inteſtina, aut aliud non magnae rei, perſaepe, vt ad Athenaeum [3, 34 et 4, 11] pluribus oſtendimus. at caeteras carnes victimae in proprios vſus vertebant; aut vendentes illas, ſi familiam non haberent; aut ſi haberent, huiuſmodi carnibus eam alentes. Vopiſcus in Tacito Imperatore: *hoſtias ſuas ſemper domum reuocauit, iiſdemque ſuos veſci iuſſit.*

τὰ κρέα ἀποδίδοσθαι] Quam inhumanum Athenis hoc exiſtimaretur, non poteſt melius declarari quam Alexidis quodam loco: quem eo libentius proferam, quod videam hodie in editis Athenaei codicibus, qui illum laudauerat, integros ferme duos verſus deſiderari. Nos igitur locum integrum ex veteribus codicibus apponemus. Sic Alexis [apud Athen. 15, 3], Οὐδ' ἐν Τειβαλλοῖς ταῦτά γ' ἐςιν ἔννομα, Οὔ φασὶ τὸν θύοντα τοῖς κεκλημένοις Δείξαντ' ἰδεῖν τὸ δεῖπνον εἰς τὴν αὔριον Πωλεῖν, ἀδείπνοις ἅπερ ἔθηκ' αὐτοῖς ἰδεῖν.

τοὺς δὲ διακονοῦντας ἐν τοῖς γάμοις οἰκοσίτους μισθώσασθαι] Mos fuit parcorum hominum cum nuptias celebrarent, opera et miniſterio vti adiutorum atque adiutricum (ſic vocat Plautus) οἰκοσίτων, hoc eſt, *qui ſuo cibo miniſtrarent*, vt idem poëta loquitur: vel, vt idem alibi,

qui ſuo ſumptu et cibo veſcerentur. Crates Συναριςώσαις fabula [apud Athen. 6, 12], --- ἀςεῖον τὸ μὴ Συνάγειν γυναῖκας μηδὲ δειπνίζειν ὄχλον, ἀλλ᾽ οἰκοσίτυς τοὺς γάμυς πεποιηκέναι. Scio aliter poſſe exponi γάμυς οἰκοσίτυς. ſed quominus ſic recte accipiatur, nihil vetat. Plautus Caſina, tangit morem illis verſibus [3, 1. 8 ſſ.], --- *Al. quin Aedepol ſeruos, ancillas, domos certum eſt omnes mittere ad te.* ST. *Eho nimium ſcite ſcitus es. Sed facito dum memineris verſus quos cantat Colax: cibo cum ſuo quiqui facito vti veniant, quaſi eant Sutrium.* Item alibi. Menander οἰκόσιτον ſponſum appellauit in Dactylo [apud Athen. 6, 12], qui parua aut nulla dote eſſet contentus: Οἰκόσιτον νυμφίον ὐδὲν δεόμενον προικὸς ἐξευρήκαμεν. Plutarchus in Craſſo, milites οἰκοσίτυς, *qui ſine ſtipendiis alicui militarent.*

2 καὶ τριηραρχῶν] Cuiuis puto notum eſt ex oratoribus Graecis, quale genus λειτουργίας eſſet Athenis τὸ τριηραρχεῖν. et veteres grammatici id ita diligenter explicant, vt videantur mihi (dicam libere) parum in hac lingua exercitati, qui haec non intellexerunt. Vertimus autem, *triremi quam inſtruxit praefectus*, non autem *imperans*, quia omne imperium erat τῦ ςρατηγοῦ, non τῦ τριηράρχου, vti docent Atticae hiſtoriae, et ante omnes Demoſthenes.

τὰ τῦ κυβερνήτου ςρώματα ὑπὸ τῦ καταςρ.] De viatoriis cubilibus non repetam quae ſupra diximus. Lego autem hic, ὑπὲρ τῦ καταςρ. vel ἐπὶ. Lucianus in dialogo Mercurii et Charonis, σὺ μὲν ῥέγκεις ἐπὶ τῦ καταςρώματος ἐκταθείς. nam ſuper tranſtris dormiebant nautae in naui, non ſub tranſtris. Euſtathius, δῆλον δ᾽ ὡς οἱ ναυτικοὶ ἐπὶ τῶν ἐρηθέντων καταςρωμάτων κοιμῶνται. Trierarcho vero ſuus erat locus ad nauis puppim, vbi illi tabernaculum extrui ſolitum. Pollux [1, 9], τὰ δὲ περὶ τὴν πρύμναν προὔχοντα ξύλα, περιτόναια καλεῖται· ἐκεῖ που καὶ σκηνὴ ὀνομάζεται, τὸ πηγνύμενον ςρατηγῷ ἢ τριηράρχῳ. Ibi ergo trierarchi in ſuis

ſuis ſtragulis quieſcere moris habebant. at illiberalis iſte et ſordidus promiſcue cum reliquis, in tranſtris cubat, et gubernatoris vtitur ſtragulis: quae ſolent eſſe vilia, et vt plurimum ſegeſtria, aut tegetes: proinde parum e trierarchi dignitate. Perſius [Sat. 5, 146 ſ.], *Tu mare tranſilias? tibi torta cannabe fulto coena ſit in tranſtro?* Propterea Donatus, τοὺς φορμοὺς, hoc eſt, *tegetes* et *ſtoreas,* ſiue *crones.* quibus pauperes loco ſtragulorum et tapetium vtuntur, ſtramen nauticum vocat. Alciphron epiſtola quadam, ὃ γὰρ ἀνεχόμενος τῶν ξύλων τῆς ἁλιάδος, ἐπί τε ταπήτων τινῶν ξενικῶν καὶ ἐφεστρίδων κατακλινείς· οὐ γὰρ οἷός τε ἔφασκεν κεῖσθαι ὡς οἱ λοιποὶ ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων, τὴν σανίδα οἶμαι νομίζων λίθου τραχυτέραν. Leuitatem eorum, qui noſtram hanc interpretationem odio noſtri an veritatis, carpere ſuſtinuerunt, ſatis ſuperque confutauimus in noſtris ad ſuperiorem Perſii locum Commentariis. Enimuero ſi tanta eſt reprehendendi libido, cur in me, cur in aliis, ea potiſſimum arrodunt quae certiſſima ſunt et veriſſima? miſeret me illorum.

ἔνδον μένειν] Vt pote qui veſtem forenſem habeat vnicam. quod illiberale eſt planeque ſordidum. Inde Ciceronis iocus in Decianum quendam lepidiſſimus, in oratione pro L. Flacco [c. 29], *Romam aduenis: affers faciem nouam, nomen vetus, purpuram Tyriam, in qua tibi inuideo quod vnis veſtimentis tandiu lautus es.*

3 ἀλλὰ μισθοῦσθαι εἰς τὰς ἐξόδους] Iuuenalis ſatira ſexta [v. 351 ſſ.] in Romanis mulieribus hanc notat illiberalitatem ſimul et ambitionem; *Vt ſpectet ludos conducit Ogulnia veſtem, conducit comites, ſellam, ceruical, amicas, nutricem, et flauam cui det mandata puellam.* Demoſthenes Midiae exprobrat quod cum eſſet praefectus equitum, alieno equo in pompae tranſuectione vſus fuiſſet. Ἐξόδους accipe vt in illo, χαλεπὴ γυναικῶν ἔξοδος, initio Lyſiſtratae. Raro olim matronae pedem domo efferebant: nec in publicum niſi ſtipatae gregibus

 ancil-

ancillarum, prodibant. Interdum ἔξοδος γυαικῶν dicitur de profectione ad ducendam pompam. vnde eſt apud Platonem in fine ſexti De legibus, muliebris cuiuſdam ſupplicii genus, μὴ μετέχειν τῶν ἐξόδων τῶν γυναικείων καὶ τιμῶν, καὶ τῶν εἰς τὰς γάμους, καὶ γενέσεις παίδων φοιτήσεων. lege Suidam in Αἰμιλία. Inde dictae φιλέξοδοι γυναῖκες, quae non ſunt οἰκουροὶ et caſariae.

καὶ τὰς κλίνας ἐκκορῆσαι] Heſychius qui τὸ κορεῖν etiam φθείρειν exponit, videtur hoc voluiſſe docere, eam vocem a κόρις deductam, interdum accipi pro *cimices occidere*, vel *cimicibus lectos purgare*, quod *cimicare* Latinis dicitur, vt *pulicare:* Graeci, φθειρίζειν. Atque haec interpretatio locum hic habere poteſt. Parmenio poëta ἐκκορίζειν dixit in lepidiſſimo diſticho [Anthol. 1, 6], Οἱ κόρις ἄχρι κόρου κορέσαντό μου· ἀλλ᾽ ἐκορέσθην ἄχρι κόρου κάντος τοὺς κόρις ἐκκορίσας.

καθεζόμενος παραστρέψαι τὸν τρίβωνα] Non eſt in eo nota illiberalitatis quod veſtem inuertit: ſed quod tritam et macularum plenam veſtem geſtat, quam poſtea in coetu honoratorum virorum (ita accipi debet illud καθεζόμενος) cogitur inuertere, vt maculas ab oculis eorum ſubmoueat quibus aſſidet: atque hoc ſaltem in iſto laudandum: ſicut contra in ſuperioribus nota δυσχερείας erat, geſtantem obſoletam et κηλίδων μεστὴν veſtem, verſari in oculis hominum. Hinc ortum eſt apud Graecos prouerbium, quod nos, vt puto, primi obſeruauimus, τὰ καλὰ τρέπειν ἔξω. Pindarus Pythionicarum tertio, --- τὰ μὲν ὦν οὐ δύνανται νήπιοι κόσμῳ φέρειν, ἀλλ᾽ ἀγαθοὶ, τὰ καλὰ τρέψαντες ἔξω. *Res adverſas*, inquit, *neſciunt moderate ferre ſtulti: at ſciunt ſapientes, quae pulchra ſunt, foras et in publicum vertentes:* hoc eſt, cuiuis fortunae ſe accommodantes, et decenter ea vtentes: quae ſunt aduerſa, diſſimulantes. *Miſerias enim*, ait Q. Curtius [5, 5. 11], *optime ferunt qui abſcondunt.* Alio ſenſu dicere ſolet Seneca, *bonos non*

fulgere

fulgere extrinſecus, ſed bona eorum introrſus eſſe obuerſa, De diuina prouidentia, et epiſtola cxx. et alibi. Caeterum Pindaricum iſtud prouerbium vernacula noſtra lingua hodieque agnoſcit. Aliud autem παραστρέφειν ἱμάτιον, aliud ἐκστρέφειν. illud eſt *ex parte inuertere*: hoc, ***totam veſtem quaſi de integro reficere verſis pannis, et nouam illi faciem dare.*** Ariſtophanes [Nubb. 1, 1. 89], ἔκστρεψον ὡς τάχιστα τοὺς σαυτοῦ τρόπους. Scholiaſtes, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ῥυπουμένων ἱματίων καὶ ἐκστρεφομένων. ἐκστρέψαι δὲ ἱμάτιον, τὸ ἀλλάξαι τὸ πρὸς τὸ ἔσω μέρος ἔξω. Lucianus dixit ἀντιστρέφειν τὸ τριβώνιον, in Alectryone: ἀπέρχομαι, ait, κοσμίως μάλα ἐσχηματισμένος, ἀντιστρέψας τὸ τριβώνιον, ὡς ἐπὶ τοῦ καθαρωτέρου γένοιτο ἡ ἀναβολή. quae verba Theophraſti locum explicant. Vox τρίβων, alias *lacernam*, aut *pallium* ſignificat: alias *tritam vſu et decotem veſtem atque obſoletam.* ſic tamen vt aliud proprie ſonet τρίβων, aliud ῥάκος. vide Euſtathium [ad Odyſ. ξ' p. 559].

AD CAPVT XXIII

ΠΕΡΙ ΑΛΑΖΟΝΕΙΑΣ

Ἡ ἀλαζόνεια δόξειεν εἶναι προσδοκία τινῶν ἀγαθῶν οὐκ ὄντων] Obſcurat hanc definitionem verbum προσδοκία, in noua, ne dicam inuſitata, ſignificatione poſitum. accipitur enim non tam pro ***expectatione***, vt vulgo ſolet, quam pro ***excitatione expectationis:*** quod Graeci προσδοκίαν παραστῆσαι, vel vno verbo ἐπαγγέλλεσθαι dicunt: Homerus [Il. ἔ, 832 et alibi] στεῦται· Latini ***promittere.*** vt in illo Iuuenalis [Sat. 2, 11 ſ.], --- ***durae per brachia ſetae promittunt atrocem animum.*** vel ***ſpondere.*** vt cum ait idem de oſtentatore [Sat. 7, 134], ***Spondet enim Tyrio ſtlataria purpura filo.*** denique idem fere eſt προσδοκία iſto loco ac προσποίησις. Plato in Ὅροις,

ὅροις, Ἀλαζόνεια ἕξις προσποιητικὴ ἀγαθοῦ ἢ ἀγαθῶν τῶν μὴ ὑπαρχόντων. Ariſtoteles adiicit haec verba in Nicomacheis, δόξης χάριν. quae particula neceſſario addenda ad Platonis et Theophraſti definitiones: vt diſtinguamus oſtentatorem qui mendacium ſuum refert ad inanem gloriam, ab eo qui lucrum aucupans, ſe ſuaque praedicat. nam id quoque hominum genus frequens eſt, vt ad caput primum notare meminimus. Notant grammatici Graeci, proprium eſſe Atticis, vt non glorioſum tantum, ſed quemuis mendacem, ἀλαζόνα appellent.

ἐν τῷ διαζεύγματι ἑστηκὼς] Quid appellat διάζευγμα? non eſt dubium, publicum aliquem Athenarum locum intelligi, vbi conuentus fieri ſolebant. Quare arbitror locum eſſe corruptum, et lego Δείγματι. Digma appellabatur locus in Piraeeo e re nomen habens. ibi enim peregrini mercatores ſuarum mercium δεῖγμα et ſpecimen producebant, ἐν τρυβλίῳ, credo, περιφέροντες, vt alicubi Plutarchus ait. Itaque peregrinis hominibus fere erat ille locus refertus. Auctor ſcholiorum Ariſtophanis [ad Equitt. 2, 4 extr.], Δεῖγμα τόπος ἐστὶν ἐν Πειραιεῖ ἔνθα πολλοὶ συνήγοντο ξένοι καὶ πολῖται καὶ ἐλογοποίουν. quae poſtrema verba ita hanc emendationem confirmant, vt nihil ſupra. propterea enim ait Theophraſtus διηγεῖσθαι ξένοις. In antiquis libris lineola ſuperducta nomina locorum propria ſolebant notari et diſtingui. qui mos poſtea neglectus multas ſaepe tenebras attulit. Exemplo ſit, (et ſunt infinita exempla) locus ille Platonis in Menexeno, vbi interpretes quod legiſſent, ἐν τῇ σφαγίᾳ perperam pro Σφαγίᾳ, turpiter lapſi ſunt. quamquam Ficinus melius pudori ſuo conſuluit omiſſis his verbis quae non intelligebat: noui vero interpretes audacter iuxta et imperite *in hac clade* verterunt. Intelligit Plato illis CCXCII. Lacedaemonios, quorum CXX. Spartani erant, qui, expugnata tandem Sphacteria inſula, in poteſtatem Athenienſium venerunt,

venerunt, vt narrat Thucydides libro quarto. Sphacteriam autem inſulam etiam Sphagiam dici ſolitam certum eſt. vel adi Stephanum Περὶ πόλεων.

ὡς πολλὰ χρήματα αὐτοῖς ἐςιν ἐν τῇ θαλάττῃ] Scribe αὐτῷ. Pertinet hoc ad nauticum foenus quod a multis exercebatur Athenis. Nemo autem ignorat quam improbum et graue fuerit id foenus, etiam legum conceſſu, vel Romanarum. vide Iuriſconſultos. In orationibus Graecorum, maxime Demoſthenis, plurima huius vſurae mentio: propter quam quod tantopere Demoſthenem reprehendit Plutarchus, vereor vt ei ſit ſatis aequus. damnat enim rem moribus legibuſque receptam et probatam. Sed apparet ex variis Plutarchi locis, ipſum validiſſime foenus nauticum abhorruiſſe: quod in Catone Cenſorio appellat, τὸν μάλιςα διαβεβλημένον τῶν δανεισμῶν.

περὶ τῆς ἐργασίας τῆς δανειςικῆς] Hoc quoque refero non ad foenus ἔγγειον, ſed ad nauticum: quam vocat Demoſthenes τὴν κατὰ θάλατταν ἐργασίαν.

ὡς μετὰ Εὐάνδρε ἐςρατεύσατο] Docti viri iam ante nos emendarunt μετ' Ἀλεξάνδρου· quae emendatio vera eſt et certa.

2 τρίτον δὴ λέγοντα] Adnotata eſt in quibuſdam codicibus altera lectio τριταῖον, pro τρίτον. quae ferri poteſt, ſi referas ad tempus ſcriptae epiſtolae. alioquin ſenſus erit abſurdus ob locorum interualla. Antipater hic ille eſt quem mors Demoſthenis nobilitauit. Hunc ait Diodorus libro XVIIII. δοκεῖν γεγονέναι φρονιμώτατον τῶν ἐν δυναςείᾳ γεγονότων.

3 διδομένης αὐτῷ ἐξαγωγῆς ξύλων ἀτελὲς] Quarundam mercium exportatio Athenienſium legibus prohibebatur, quae propterea ἀπόῤῥητα vocabant. In primis autem τῶν ἀποῤῥήτων fuere quaecunque ad nauium fabricationem pertinebant: hoc eſt πᾶσα ἡ ναυπηγήσιμος ὕλη, vt ſunt abies, pinus, picea, cupreſſus, platanus, quae alias ναυπηγήσιμα ξύλα, alias ξύλα abſolute, vocantur.

cautur. non fuiſſe autem copiam magnam huius materiae in agro Athenienſium, docet etiam Demoſthenes, aut quicunque alius eſt auctor orationis De foedere cum Alexandro. Erant τῶν ἀποῤῥήτων, et τὰ ἀσκώματα, hoc eſt, *folliculi nautici*, et λίνα, κηρὸς, καὶ πίττα, inquit Ariſtophanis ſcholiaſtes. Alia ratione dicebantur ἀπόῤῥητα quae Athenas importare non permittebantur: vt θρυαλλίδες, ex quibus fiebant ellychnia· has enim, ſicut conſtat ex Ariſtophanis Acharnenſibus, fuit cum non liceret Boeotis afferre venales in vrbem: credo ob metum incendiariorum. thryallidum namque ſtuppae vſus fuit ad ἀστιόχους et malleolos incendiariorum.

καὶ ἐν τῇ σποδίᾳ] Plane non erat ferendum doctis viris iſtud verbum dicam, an verbi monſtrum? Legendum aio, σιτοδεία. Imperiti homines et piſtrino digni, ex σιτο fecerunt σπο. Haec prima mendi indoles. inde fluxit vox nequam et nihili, σποδία. At σιτοδεία idem ac σπανοσιτία, niſi quod illud eſt ἐμφατικώτερον. Doctorum virorum emendatio ἐν ταῖς σπονδαῖς, vt Muſis iratis genioque ſiniſtro nata, refutatione non eget. Non erat autem inſolens Athenienſibus malum, frumenti inopia, vt hiſtoria docet et oratores ſaepe. Quomodo autem ſoliti eſſent ditiores in caritate annonae pauperes ſubleuare, diſces ex Demoſthene contra Phormionem.

4 καὶ ποσοῦν αὐτὰς καθ' ἑξακοσίους κατὰ μίαν] Hoc eſt ſexcentos homines ſolet ſigillatim nominare, quorum ſingulis aliquid erogarit: atque hac ratione efficere vt cum aera omnia in vnum colligentur, ex ea ſupputatione ſumma naſcatur decem talentorum. Imitatur iſte ἀλαζὼν eos qui rationum libros conficiunt, in quibus videas ſingula aera ſeorſim annotari. Aera appello, quos vulgo articulos dicimus, Gallice *les items:* quia ſolent in noſtris rationum libris ſinguli articuli a voce *Item* incipere. Graeci ἀπολογισμοὺς nominant, vt Plutarchus in Politicis praeceptis. At Romani *aera* appellabant, Cicero Hortenſio [apud Nonium]: *Quid*

tu,

tu, inquam, ſoles cum rationem a diſpenſatore accipis, ſi aera ſingula probaſti, ſummam quae ex his confecta ſit, non probare? Apuleius De deo Socratis. *Igitur quotidiana eorum aera diſpungas: inuenies rationibus multa prodige profuſa, et in ſemet nihil.* Nonius, *Aera, numeri nota. Lucilius, libro* XXVIIII. *Haec eſt ratio peruerſa aera ſumma, et ſubducta improbe.* Locus eſt corruptiſſimus, quem ita reſtituendum puto. *Haec eſt ratio: perverſa aera: ſumma ſubducta eſt improbe.* Cicero in epiſtola ad Dolabellam libro nono ad familiares, *verſiculos* aera haec appellare videtur. *Profert alter (vt opinor) duobus verſiculis expenſum Niciae.* Sed ad Theophraſtum redeamus; qui quidem glorioſorum hominum ingenium et mores mira elegantia exprimit. Non enim illis ſatis eſt ſummatim ſe laudare, et ſua praeclara facinora praedicare: niſi etiam longa eorundem enumeratione obuios quoſque obtundant. Talia illa in Milite Plautina [1, 1. 42 ſſ.], Py. *Ecquid meminiſti?* Ar. *Memini: centum in Cilicia, et quinquaginta centum Sycolatronidae, triginta Sardi, ſexaginta Macedones, ſunt homines tu quos occidiſti vno die.* Py. *Quanta iſthaec hominum ſumma eſt?* Ar. *Septem millia.* Py. *Tantum eſſe oportet: recte rationem tenes.* Prorſus hic Plauti locus (etſi verſantur hi duo glorioſi in diuerſa materia: Plautinus enim virtutem bellicam: hic noſter diuitias oſtentat) prorſus inquam explicat quid ſit hoc loco ποσοῦν τὰς ψήφους καθ' ἑξακοσίας, κατὰ μίαν. quae verba quam fuerint doctis viris hactenus obſcura, quid attinet dicere? Res clamat ipſa. vide Martialis epigramma ad Afrum libro IIII.

καὶ προστιθεὶς πιθανὰ ἑκάστοις τούτων ὀνόματα] Bene hoc. ſeruat enim ſolemne eorum qui mentiuntur. vide ad caput περὶ λογοποιΐας. Auctor Rhetoricorum ad Herennium in deſcriptione illa ingenioſiſſima oſtentatoris pecunioſi [lib. 4, 50], non plane diſſimilem glorioſorum iſtiuſmodi morem notat: quem placet hic profer-

proferre, vt collatione Graeci ſcriptoris qui id ipſum ſuauiſſime notat, locum illuſtrem. Ait ergo Latinus auctor, *Cum puerum reſpicit hunc vnum quem ego noui (vos non arbitror nouiſſe) alio nomine appellat, deinde alio atque alio.* Mox, *vt ignoti qui audiunt, vnum putent eligi de multis.* Alexis vero ſic in deſcriptione πτωχαλαζόνος, ſiue glorioſi pauperis, --- οἶδα δὲ κἀγὼ τινὰ πολίτην ἡμέτερον Πτοχαλαζόνα, ὃς δραχμῆς ἔχων τὰ πάντ' Ἀργυρώματ', ἐβόα καλῶν τὸν οἰκέτην ἕνα ὄντα καὶ μόνον, ὀνόμασι δὲ χρώμενον Ψαμμακοσίοις· παῖ Στρομβιχίδα μὴ τῶν χειμερινῶν Ἡμῖν παραθῇς, ἀλλὰ τῶν θερινῶν. ſic emendamus elegantiſſimum hunc locum apud Athenaeum [6, 3].

καὶ ποιῆσαι δέκα τάλαντα] Delendum τὸ καὶ. et mox καὶ τοῦτο φῆσαι, non φήσας. Sic locus et planus et perſpicuus.

